


# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Institutiones iuris prudentiae canonico-civilis ... in gratiam tyronum - Cod. Ettenheim-Münster 77**

**[S.l.], 1701-1739**

[urn:nbn:de:bsz:31-108650](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108650)



Er. M. 77

10  
15  
20  
25  
30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85  
90  
95  
100  
105  
110  
115  
120  
125  
130  
135  
140  
145  
150  
155  
160  
165  
170  
175  
180  
185  
190  
195  
200  
205  
210  
215  
220  
225  
230  
235  
240  
245  
250  
255  
260  
265  
270  
275  
280  
285  
290  
295  
300  
305  
310  
315  
320  
325  
330  
335  
340  
345  
350  
355  
360  
365  
370  
375  
380  
385  
390  
395  
400  
405  
410  
415  
420  
425  
430  
435  
440  
445  
450  
455  
460  
465  
470  
475  
480  
485  
490  
495  
500  
505  
510  
515  
520  
525  
530  
535  
540  
545  
550  
555  
560  
565  
570  
575  
580  
585  
590  
595  
600  
605  
610  
615  
620  
625  
630  
635  
640  
645  
650  
655  
660  
665  
670  
675  
680  
685  
690  
695  
700  
705  
710  
715  
720  
725  
730  
735  
740  
745  
750  
755  
760  
765  
770  
775  
780  
785  
790  
795  
800  
805  
810  
815  
820  
825  
830  
835  
840  
845  
850  
855  
860  
865  
870  
875  
880  
885  
890  
895  
900  
905  
910  
915  
920  
925  
930  
935  
940  
945  
950  
955  
960  
965  
970  
975  
980  
985  
990  
995

us

Con

10  
15  
20  
25  
30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85  
90  
95  
100  
105  
110  
115  
120  
125  
130  
135  
140  
145  
150  
155  
160  
165  
170  
175  
180  
185  
190  
195  
200  
205  
210  
215  
220  
225  
230  
235  
240  
245  
250  
255  
260  
265  
270  
275  
280  
285  
290  
295  
300  
305  
310  
315  
320  
325  
330  
335  
340  
345  
350  
355  
360  
365  
370  
375  
380  
385  
390  
395  
400  
405  
410  
415  
420  
425  
430  
435  
440  
445  
450  
455  
460  
465  
470  
475  
480  
485  
490  
495  
500  
505  
510  
515  
520  
525  
530  
535  
540  
545  
550  
555  
560  
565  
570  
575  
580  
585  
590  
595  
600  
605  
610  
615  
620  
625  
630  
635  
640  
645  
650  
655  
660  
665  
670  
675  
680  
685  
690  
695  
700  
705  
710  
715  
720  
725  
730  
735  
740  
745  
750  
755  
760  
765  
770  
775  
780  
785  
790  
795  
800  
805  
810  
815  
820  
825  
830  
835  
840  
845  
850  
855  
860  
865  
870  
875  
880  
885  
890  
895  
900  
905  
910  
915  
920  
925  
930  
935  
940  
945  
950  
955  
960  
965  
970  
975  
980  
985  
990  
995

10  
15  
20  
25  
30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85  
90  
95  
100  
105  
110  
115  
120  
125  
130  
135  
140  
145  
150  
155  
160  
165  
170  
175  
180  
185  
190  
195  
200  
205  
210  
215  
220  
225  
230  
235  
240  
245  
250  
255  
260  
265  
270  
275  
280  
285  
290  
295  
300  
305  
310  
315  
320  
325  
330  
335  
340  
345  
350  
355  
360  
365  
370  
375  
380  
385  
390  
395  
400  
405  
410  
415  
420  
425  
430  
435  
440  
445  
450  
455  
460  
465  
470  
475  
480  
485  
490  
495  
500  
505  
510  
515  
520  
525  
530  
535  
540  
545  
550  
555  
560  
565  
570  
575  
580  
585  
590  
595  
600  
605  
610  
615  
620  
625  
630  
635  
640  
645  
650  
655  
660  
665  
670  
675  
680  
685  
690  
695  
700  
705  
710  
715  
720  
725  
730  
735  
740  
745  
750  
755  
760  
765  
770  
775  
780  
785  
790  
795  
800  
805  
810  
815  
820  
825  
830  
835  
840  
845  
850  
855  
860  
865  
870  
875  
880  
885  
890  
895  
900  
905  
910  
915  
920  
925  
930  
935  
940  
945  
950  
955  
960  
965  
970  
975  
980  
985  
990  
995

Con

Ex. Mandato Reverendissimi ac Illustrissi-  
mi Episcopi Uranopolitani. Librum Cui  
Titulus Institutiones Jurisprudentiae Cano-  
nico Civili &c. Authore R. Patre Germa-  
no Cartier Benedictino Monasterii Divi  
Ettonis, et ibidem s. Canonum Professore;  
perlegi, nihilque in eodem quod Orthodoxa  
fidei, vel moribus repugnet inveni. Argen-  
tinae, Die Decimasexta Januarii Anni: 1740.

Josephus Canonicus Argentinae apud  
Sanctum Petrum Juniores

Visa supra designati libri approbatione,  
permittimus ut typis mandetur. Argentinae  
Die Decima Sexta Januarii Anno D. Milleesimo  
Septingentesimo quadragesimo.

J. F. Episcopus Uranopolitani  
Suffrag. Vic. Generalis, et  
Officialis Argent. Jurisg.  
Colleg. Eccl. Sti Petri Juniores  
intra Argentinam praepositus

Ad Mandatum R. M. S. S.

W. W. W.

# Institutiones Juris prudentiæ Canonico-Civilis

Quibus

Natura, Origo, Principia, Differentiæ, Con-  
trarietates, Loci argumentorum legales, Axi-  
omata, Regulæ, Termini, abbreviatioes &c.  
Utriusq[ue] Juris in gratiam  
Tyronum breviter  
exponuntur

Additis præcipuis Juris utriusq[ue], præsertim  
Canonici Controversiis ea Methodo Dis-  
cussis, quæ Jurisprudentiæ Candi-  
datis apprime grata sit,  
vel utilis

Authore

J. Germano Cartier, Benedictino in Mo-  
nasterio Divi Ettonis prope S. Landeleinum vul-  
gò Ettenheimmünster, Congregationis Be-  
nedictinæ Argentiniensis Professo, et  
Capitulari, nec non SS. Canonum  
Professore.



Praxis  
iuris principum  
Canonico-Civilis

Quibus

Notum, Ordo, Principia, Differentia, Con-  
tractatus, et instrumentorum leges, et  
omnia, Regulae, etiam, approbationes,  
utriusque iuris in partem  
Iurum breviter  
exponuntur

Abbatibus, quibus iuris utriusque professoribus,  
Canonice, Doctoribus, et Theologis, et  
caeteris, quae iurisprudentiae, et  
caeteris, quae iurisprudentiae, et  
caeteris, quae iurisprudentiae, et

Authores

J. Germano Cartier, Benedictino in Mo-  
nasterio S. Martini prope S. Landshut  
pro Theologiae magistro, et  
rectore, et Administratore, et  
Capitulo, nec non S. Landshut  
Professore



✓



VI

Handwritten text from the adjacent page, including words like "et", "secun", "ad su", "sec", "pud", "horu", "lignura", "ai", "diper", "repe", "leg", "plicas", "pous", "dearu", "hu", "usti", "witer", "ere", "Crimin", "Hi com", "cu", "ati a", "San", "tholog", "Pau".

VII  
Praefatio

Nihil S. Jurisprudētia Studio, si dignitatem spectaverimus, nobilius, <sup>nihil</sup> si ejus ~~emphaticum~~ contemplatione fuerimus, utilius. Enimvero S. haec disciplina infallibiles tradit regulas, quibus fideles ad Deum ritē colendum honeste et juxta rectam rationem vivendū, quā secum ipso, quā cum proximo, ac tandem ad suum ultimum finem Supernaturalemq; beatitudinem seure obtinendam diriguntur. Certē S. Canonēs, sunt verba Henrici Wagnereck<sup>o</sup>, proximum post S. Scripturae Thesaurus locum habent, dignitateq; sua et usu omnes alias Scientias longe superant. Imo cum saepe Sacram interpretentur Scripturam, ejusq; genuinum sensum declarent, optimo jure ipsis applicaverimus, quod Justinianus et Valerianus de Jurisprudētia generatim edixerunt, quod nempe sint divinarum atq; humanarum rerum notitia, justis atq; injustis Scientia. Quid ni igitur Sapiens cespitent, graviterq; impingant, ac turpiter errent Theologi, ubi ipsis debita S. Canonum peritia defuerit. Qua ratione sibi commissas seuro tramite adducant animas, curamq; illarum probe exercebunt, si justis atq; injustis nullam habuerint Scientiam. Quem proinde necessariam agit Theologia Studiosus, inquit Sapiētissimus Canisius,<sup>b</sup> cum et S. Canonum cognitionē sua

<sup>a</sup> In exegesi praefat. ad lect.

<sup>b</sup> in Summa

<sup>a</sup> Tom. 1. Consult.  
14. n. 11

<sup>b</sup> Can. 1. dist. 38.

<sup>c</sup> Can. 4. ead. dist.

professioni conjungit, eam aliquando in Ecclesia usum et ornamentum traducturus. Non dubito pronuntiare indignum Theologi nomine, ait Jac. Pignatellus, qui jus Canonicum ignorat, sine quo est Empiricus inter Medicos. Inde Ecclesiae legibus constitutum, ut viri Ecclesiastici se ad H. Canonum scientiam conuertant. Siant Sacerdotes Scripturas Sacras et Canones, inquit Concilium Tolletanum IV. Et Celestinus Papa; Nulli, inquit, Sacerdotum liceat H. Canones ignorare.

Deplorandum igitur quod hoc Studium adeo necessarium et utile, adeo augustum et nobilitate multis in locis praesertim in Monasteriis pene neglectum cernamus; non quod omnes illud parvi pendant, aut illius scientiam habere non cupiant, sed quod plerumque <sup>Doctoribus</sup> destituantur, quorum opera in hac S. disciplina institui deberent; nam licet eis <sup>non desint</sup> Authores, qui in Jus Canonicum egregie commentati sunt; verum quia in exponendis H. Canonibus juridicos, eosque obscurissimos, plerumque usurpant terminos, quos explicare praetermittunt inter eos, ut qui illi qui notitiam hujusmodi terminorum non habent, sensa eorum Doctorum capere non possunt.

Illorum igitur illorum utilitate consulere, praesentes elucubravit institutio- nes, quarum lectio ipsis adeo proficua sicuti speramus; futura est, ut sine ullo Professore aut ulteriori expositione, sine Jure Canonico, sine illius Interprete satis superque intellecturi sint.

At cum perspiceremus, tantam inter Jus Canonicum et Civile esse connexionem,

ut, quemadmodum advertit P. Smiev<sup>a</sup>, ad <sup>a</sup> Praefat. ad Lect.  
solidam Canonica disciplina peritiā pertinere nequeat, qui disciplina Civilij manu  
auxiliari destituitur. Nec ullus, ut ait <sup>b</sup> l. Tr. 27. c. 8. §. unic.  
Layman, se Canonistam, uel Casuistam pro-  
fiteri possit, nisi Civilium Legum aliqua-  
ten habeat notitiā; hinc est quod im-  
presertiarum non solum juris Canonici sed  
etiam Civilis principia, regulas, terminos  
legales, ac similia, qua ad utriusq. juris  
notitiā quidpiam conducere visa sunt,  
exponamus; additis praecipuis ac selectis  
utriusq. juris praesertim Canonici contro-  
versis eā methodo discussis, qua juris-  
prudētia Candidatis s: in quorum gratiā  
hunc laborem unice in nos suscepimus: s:  
apprime grata ac utilis futura sit, si  
contingat, ut in Collegiis, aut publicis dis-  
putationibus, argumenta proponere, aut  
examen pro consequenda Juris Laurea  
subire debeant.

TX

l. Tr. 27. c. 8. §. unic.  
n. 9.

X

Handwritten scribble or mark on the left margin.

Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or German, covering the majority of the page.

Fragment of handwritten text visible on the right edge of the page, including words like "Quid", "virtute", "dirigit", "aqua", "haec", "igitur", "communi", "et per", "labat", "et", "pro", "vellet", "3. g", "tum ju", "nautic", "et mo", "Poro g", "su gas", "subdit", "thia", "inclinat".

## Quaestio Proemialis

Præquam ad naturam specificasq; materias utriusq;  
Juris tum Canonici tum Civilis descendamus, quædam  
sunt necessaria de Justitia et Jure præmittimus.  
Juri enim operam daturus, inquit Ulpianus C. 1. ff.  
de Just. et Jur. prius nosse oportet, unde nomen Ju-  
ris descendat.

Quid, et quotuplex sit justitia?

Justitia, à qua secundum Ulpianum C. 1. cit. Jus  
derivatur, potissimum tripliciter sumi solet.  
I. Pro omni virtute, seu virtutis actu generatim.  
Sic dicitur Matth. 9. v. 6. Beati, qui esurunt et sit-  
iant justitiam; nam per virtutes Legi divinae  
seu potius Deo redditur, quod ipsi debetur.  
II. Sumitur pro gratia sanctificante, quâ nimirum  
coram Deo justis efficiuntur. III. Sumitur pro particu-  
lari virtute, quæ secundum recta rationis exi-  
gentiâ dirigit, ac disponit hominem ad alterum,  
ponendo aequalitatem cum eo, quæ alteri debetur,  
et de hac quaestio hæc procedit.

Justitia igitur pro particulari virtute sumpta  
communiter ex Ulpiano definitur cons-  
tans et perpetua voluntas jus suum cuius  
tribuenti tribuendi.  
Dicitur 1. voluntas, id est habitus, vel actus  
voluntatis, voluntas enim hæc utriusq; infert.  
Dicitur 2. constans et perpetua, ut denotetur  
firmum propositum ad perpetuò jus alterum  
reddend; qui enim aliquoties tantum ad pres-  
tare vellest justus esse non posset.  
Dicitur 3. Jus suum cuius tribuend;, per quod  
obiectum justitiæ, quod est cuius suum redde-  
re inuitur, simulq; justitia ab aliis vir-  
tutibus moralibus distinguitur.

Porro justitia rectè dividitur in lega-  
lem seu generalem, et in particularem:  
hæc subdividitur in commutativam et dis-  
tributivam. Justitia legalis est virtus,  
quæ inclinât hominem, qui est pars comu-

2  
dativa ad praeſtanda ea omnia, quae ſunt legibus  
conſtituta in ordine ad bonum commune. Di-  
citur Legalis, quia verſatur circa Reges: ge-  
neralis, quia ſpectat ad bonum generale com-  
munitatis.

Justitia Commutativa eſt virtus, quae par-  
tes dirigit in actionibus, quibus inter ſe com-  
municant, ut in iis ponatur aequalitas arithme-  
tica, id eſt, rei ad rem; Vg. Dabes Centum totidemque  
reſtituis, ponis aequalitatem arithmetica, et facis  
juſtitiam commutativam.

Justitia distributiva eſt virtus, quae distri-  
buit, et dividit munera, et officia, ac bona  
communitatis ſecundum proportionem geome-  
tricam, id eſt, conſiderando non ſolum valorem  
et quantitatem bonorum, ſed etiam perſonarum  
merita ac dignitatem. Vg. Paulus habet  
dignitatem triplo majorem, quam Petrus:  
ut igitur ponatur aequalitas geometrica,  
dari debet Paulo portio bonorum commu-  
nium triplo major.

Ex his patet differentia inter hanc tri-  
plicem juſtitiam. Legalis enim ordinat, et dis-  
ponit partem ad totum ſeu Republicam: Comuta-  
tiva partem ad partem. Distributiva denique ad  
Communitatem ſeu eos, qui eam repraeſentant,  
ad partem, id eſt, ad privatos dirigit.

Huius triplicis juſtitiae ſuperaddunt Do-  
ctores juſtitiam vindicativam, quae dicitur  
virtus ſuſtendens aequalitatem poena cum  
delicto. Verum hae juſtitiae proprie dici  
juſtitiae, nequit oportet enim, ut vera juſtitia  
jus alterius reſpiciat; at qui criminis  
reus eſt proprie non dicitur jus habere  
ad accipiendam poenam, ſed potius Princeps  
jus habet ad eam infligendam.

Quid et quotuplex sit jus?

Jus diversimode sumi solet. 1. Pro loco, in quo jus dicitur, et justitia administratur, quo sensu sumitur illud, in jus vocare, in jure comparare. 2. Nomine juris quandoque, Judicis sententia significatur: et sic intelligitur illud: extra territorium jus dicenti non parere 7 impune. 3. Jus accipitur pro ipsa lege, Canone, regula, quo sensu dividitur in naturales, et ac positionu: et hoc in divinum et humanu. 4. Pro potestate seu facultate aliquid legitime agendi, vel omittendi, vel alteru obligandi, ad aliquid dandu, faciendu, vel omittendu: in hoc sensu dicitur aliquis conservare jus suu, vel transferre in alium. 5. Sumitur pro arte seu Jurisprudencia: et sic dicitur definitur, ars aequi et boni. 6. Denique sumitur pro aequalitate inter jus activu unius et debitu alterius. et sub hac exceptione ratione habet obiecti formalis justitia. Si rogas, quomodo jus in praesentium sumamus? De nos accipere jus, ut est legis, Canonis, aut regula praescriptu.

Jus hoc modo sumptum aliud est publicu, et aliud privatu. Jus publicu immediate concernit et respicit Regni, Republicae, Statu, ac regimen; unde et de Religione, de pace, et bello, de foederibus, de Legationibus, aliisque publicae Republicae utilitate tractantibus tractat. Jus vero privatu immediate ac principaliter respicit privata singuloru Civiu utilitate; ordinat anim, ac disponit judicia, contractus, successiones &c. respicit viduis, Pupillis, Minoribusq. &c.

Ceterum cum jus quarto modo sumptu, nempe pro potestate seu facultate aliquid legitime agendi, vel omittendi, & celebres recipiat divisiones, opera pretium est, ut de his hic mentionem faciamus.

Dividitur itaque, jus pro potestate legitima sumptu in jus proprietatis, et jus jurisdictionis. Jus proprietatis est legitima potestas plena et legitime disponendi de re aliqua tanquam sua. Tale jus est omne dominium rerum corporaliu et incorporaliu.

Jus jurisdictionis est potestas publica gubernandi subditos in ipsorum commodum: ejus actus principales sunt praecipere, vetare, permittere, premiari punire.

Jus proprietatis aliud dicitur in re, et aliud ad rem. Jus in re est, quod tribuit actionem realem, seu quod rem ipsa obligata habet; ita ut ad quemcumque res illa transeat, nobis



maneat adstricta, et vindicari possit. Jus ad rem est, quod directe, et immediate non tribuit actionem in rem, seu actionem realem, sed tantum personalem sive in personam, quia nimirum res ipsa per se non traditur, quamvis aliqua persona sit obligata ad rem aliquam suo tempore danda, quo fit, ut si res illa ab hac persona ad aliam transeat, non possimus illam nobis vindicare. V. g. Si ego emi aliquid à te, quod tu mihi necdum tradidisti, diu acquirivisse jus ad rem, id est, in tuam personam, non verò jus in re ipsa. Unde si rem, quam mihi necdum tradidisti, alteri vendas, illamque ei tradas, actionem quidem habeo contra te, quia me de fraudasti tradendo rem alteri, quam prius mihi vendideras, non habeo tamen jus in re ipsa.

Jus in re acquiritur per emptionem, et alios contractus secunda rei traditione, et acceptatione. Sufficit tamen nonnunquam sola acceptatio, ut in beneficiis Ecclesiasticis, in hereditatibus ex testamento, in legatis à Testatore relicto, aut in iis, quae Ecclesiis, piis locis, vel civitatibus donantur. Jus ad rem acquiritur per donationem, per emptionem, aliosque contractus non secunda rei traditione, sine ante rei traditione.

Jus reale proprietatis subdividitur in perfectum et imperfectum. Illud se extendit tam ad proprietatem rei, quam ad omnia ejus emolumenta. Hoc verò continet vel proprietatem rei sine emo-

lumentis, vel emolumenta sine proprietate.  
Si primum, vocatur jus seu dominium  
imperfectum directum. Si secundum, nuncu-  
patur utile. In exemplo: Princeps, qui est  
proprius Dominus feudi, cum fructus et emo-  
lumenta feudi percipere nequeat, dominium  
imperfectum directum habere dicitur:  
E contrario Feudario seu Vasallo domi-  
nium imperfectum utile competit; quia  
licet non sit ejus proprius Dominus, jura-  
men habet ex eo percipiendi emolumenta

### De jure naturali et positivo.

Diximus Superius, jus sumptum pro ipsa lege  
Canone, seu regula s: qua acceptio ad nos-  
trum institutum proprie spectat: s: dividi in  
jus naturale et positivum. Est autem jus na-  
turale, ut vult Ulpianus l. 1. §. jus ff. de  
just. et jur. id, quod natura omnia ani-  
malia docuit; Sed dubitari non potest, quin  
hic jurisconsultus improprie ac ample jus  
naturale definierit. Quare magis proprie  
loquendo dicimus, quod jus naturale sit ra-  
tionis et mentis prescriptum, sive jussum  
nobis congenitum, quod bonum sequendum,  
malum fugiendum prescribit, ac docet. Agor.  
just. mor. p. 3. l. 1. c. 2. Et in hoc jure seu  
lege naturali fundantur precepta Deca-  
logi, alias conclusiones, que ex his duobus  
principiis, bonum nempe sequendum, malum  
vero fugiendum deducuntur.

Disceptant hii Doctores, an jus naturale  
mutari possit?

Respondemus n. Jus seu legem naturalem  
mutari posse per additionem. Et ratio est,  
quia ea lex per additionem mutari potest, cui

6  
alia leges et conditiones addi possunt, quibus  
omissis factum aliis de jure natura va-  
lidum non subsistit. Sed legi naturali hu-  
jusmodi leges addi possunt, imò addita sunt;  
Sic per Conciliū Trid. addita est Matri-  
monio s: quod aliis de jure natura ex  
solo partium consensu subsistit; talis con-  
ditio, ut eā omisā nullū sit Matrimonium.

Respondemus II. Legem, seu jus natura-  
le non posse mutari per abrogationem.  
Ratio est; quia abrogatio fit, quando  
Lex, quæ perfectè obligabat, simpliciter  
dicitur, et aboletur; sed Lex naturalis  
simpliciter aboleri nequit, cum ea sit velu-  
ti ipsum dictamen rationis, quod aboleri ne-  
quit, quia hoc ipso aboleatur natura ra-  
tionalis.

Respondemus III. Legem seu jus naturale  
non posse mutari per dispensationē proprie  
dictam. Ratio est; quia Deus non potest  
facere, ut, quod recta ratio dicit esse bo-  
num, eadem ratio, manentibus iisdem cir-  
cumstantiis, dicit esse malum; ac proin-  
de jus naturale dispensationem seu mi-  
tationem proprie dictā recipere nequit.

Dico dispensationē proprie dictam; nā jus naturale  
mutari posse per dispensationē improprie dictā, quæ  
habetur, quando mutatur materia legis, ea qua ipsius  
legis obligatio oriebatur, omnes facile conveniunt;  
Sic enim Deus dispensavit cum Israelitis, quò ad furtū  
Exod. ij. in quantum nāpe Deus, qui est omnium rerū Domi-  
nus, vasa argentea, quæ erant Aegyptiorum, fecit esse Is-  
raelitarū, ut hi non tam aliena raperent, quā potius  
sua reciperent.

Porro jus positivū, quod opponitur naturali descri-  
bi potest, quod sit quidā rationis ordinatio libera Dei, vel  
hominis voluntate introducta dictans, quid agendū aut omit-  
tendum sit. Differt potissimum à jure naturali, in hoc, quod quæ  
jure naturali sunt prohibita, deo sunt prohibita; quia ea  
sunt mala, quæ autē jure positivo prohibentur, ideo sunt

mala, quia sunt prohibita. Quandoquidem vero Jus po-  
sitivum supra partem suam in divinum et humanum; ideo in  
utriusque naturam indagare nobis nunc incumbit.

### De Jure Divino et humano

Jus Divinum est vocatur illud, quod à Deo latum et pro-  
mulgatum est, vel per Prophetas in veteri Testamento,  
vel à Christo Domino, eiusque Apostolis in novo Testamento,  
sive de in scriptum, sive traditum sit.

Vetus Testamentum, seu Lex antiqua triplicis generis  
continet praecepta, nempe Ceremonialia, qua consiste-  
bant in ceremoniis, quibus utebantur Judaei, in colendo  
Deo. Judicialia, qua praescribebant modum, et formam jus-  
tiae servandae inter homines. Et moralia, qua ordinabant  
hominem ad servandam ea, quae sunt legis naturalis.

Novum Testamentum, seu Lex Evangelica compren-  
dit potissimum praecepta de fide, Spe, Charitate, de  
Sacramentis, de Sacrificio Missae, quae Apostoli  
ex Christi ore accepta nobis tradiderunt.

Porro Legem antiquam per novam abrogatam  
esse, quod ad praecepta Ceremonialia et judicialia in-  
dubitatum est apud Catholicos; et constat ex c. 3. de  
constit. ex c. 7. ad Hebraeos; ibi: Translato Sacerdotio  
veteris Testamenti; necesse fuit, ut etiam legis trans-  
latio fieret, nimirum veteris in novam.

Averte tamen, quod Ceremonialia ita sint abroge-  
ta, ut non solum mortua dicantur, sed etiam mortifi-  
fera; quae ob causam recipi amplius nequeunt. Ratio  
est; quia figurabant Christum venturum; unde qui illis  
uteretur, hoc ipso negaret Christi adventum. Et contrario  
Judicialia ita sunt abrogata, ut solum mortua sint, mi-  
nimè tamen mortifera; hinc absolute recipi possunt.  
Ratio est; quia ea non signabant Christi Domini ad-  
ventum; atque adeo eo praesente recipi possunt. Haec de  
jure Divino, nunc de humano.

Jus itaque humanum sunt ea Leges ac praecepta, quae ho-  
mines accepta à Deo potestates ferunt. Dico accepta  
à Deo potestate; non est enim potestas nisi à Deo, et  
qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Rom. 13.

Est autem jus humanum positivum in triplici differentia;  
aliud enim dicitur Jus Gentium, aliud Jus Canonicum,  
seu Ecclesiasticum, et aliud Jus Civile.

Jus Gentium passim duplex assignari solet, prima-  
rium scilicet, et secundarium: Jus Gentium primum  
coincidet cum jure naturali; estque illud, quod naturalis

ratio inter omnes Gentes constituit, quodq; mentibus hominum à Deo naturaliter inditum est, et ab omnibus populis esse creditur. S. jus autem Inst. de J. N. G. et C. Ad hoc jus vocatur, ut parentibus et Patrie pareamus, Deum colamus, vim atq; injuriam propulsemus, homo homini non insidietur, cum inter homines natura quaedam cognatione constituta fuerit. At de hoc nobis iam non est sermo, eodq; jus hujusmodi potius jus naturale, quàm jus Gentium dici debeat.

*7 aut.* Jus gentium secundarium: quod et jus Gentium proprie dictum, etiam jus Gentium humanum appellant. dicitur illud, quod pleraq; Gentes communi quadam ratione atq; intelligentia propter conservationem humanam civitatis introduxerunt. Sau, est jus ab hominibus pro commodo humani commercii inventum. Ab hoc jure fluxerunt bella, captivitates, servitutes, postliminia, fœdera pacis, inducie, legatorum non violandorum religio et similia.

Quares in quibusnam jus Gentium differat à jure naturali, et civili?

Q. 1. Jus Gentium precipue differt à jure naturali in sequentibus. 1. quia quæ precipit, non sunt intrinsece honesta, et quæ vetat, non intrinsece mala, uti tamen, quæ precipit, vel prohibet jus naturale. 2. quia originem trahit ac subsistit à libera Gentium voluntate. Jus vero naturale solum Deum, qui humana natura lumen rationis indidit, tanquam sui Authorem agnoscit. 3. quia non obligat omnes, propterea Gentes, sicut jus naturale, sed solum illas, apud quas vel expressè voluntate receptum est, vel usu et consuetudine invaluit.

Q. 2. Jus Gentium differt à civili tripliciter. 1. Jus Gentium respicit plurius communitatum et populorum felicitatem; Jus vero civile, ut postea declarabimus, fertur pro unius tantum Reipublice subditis et bono. 2. Jus Gentium plerumq; moribus tantum et usu introductum est; Jus vero civile per leges constituitur. 3. Jus Gentium proximè fundatur in illo naturali principio: fides data est servanda; Jus vero civile proximè fundatur in voluntate Legislatoris humani, et remotè tantum in illo naturali principio: Legislatori justè imperanti parendum est. Proinde jus gentium vicinius est juri naturali, quàm civile. Haec de jure Gentium, nunc ad Jus Canonicum et civile, quò præsent institutum nostrum collimat, descendamus.

# Institutiones Jurisprudentiae Canonico-civiles

## Caput I.

### De Jure Canonico ejusque partibus.

#### §. I.

#### De notione, definitione, ac divisione Juris Canonici.

Jus Canonium à graeca voce Kanon Latine regulam denotante appellatur. Vocatur etiam alio nomine jus Ecclesiasticum, tum quia continet constitutiones Ecclesiasticas, tum etiam, quia potissimum de personis rebusque Ecclesiasticis tractat. Et quia à Summis Pontificibus institutum est, nuncupari quoque solet jus Pontificium.

Describi autem potest jus Canonium, quod sit jus positivum, ex sacris canonibus s: hoc est, regulis Ecclesiasticis et collectum, et ad recte vivendum aeternamque salutem consequendam, et justitiam in populo Christiano conservandam constitutum. Ita in re omnes

Dicitur jus positivum; eo quod auctoritate humanae sine potestate Ecclesiastica Summis Pontificibus divinitus concessa institutum sit.

Dicitur ad recte vivendum aeternamque salutem consequendam e. quibus verbis indicatur finis primarius ipsius Juris Canonici.

Ceterum constitutionum Ecclesiasticarum, quas in se complectitur jus Canonium, septem numerantur species. 1. nuncupatur Canon, qui est constitutio edita in Concilio. 2. Decretum, quod est constitutio edita à Pontifice, ad nullius consultationem, de consilio Cardinalium. 3. Decretalis epistola, quam edit, et scripto transmittit ad alicujus consultationem, et idem est, quod

rescriptum. 4. Dogma, quod est constitutio de re ad fidem pertinente. 5. Mandatum, quod est constitutio ad mores et disciplinam Ecclesiasticam ordinata. 6. Interdictum, quod est constitutio prohibitoria nullam adjectam poenam in transgressores. 7. Sanctio, quae est constitutio, qua dicitur poena non obtemperantibus. Verum ista saepe à Juris peritis promiscue usurpantur.

Quod juris Canonici divisionem spectat, aliud est scriptum, aliud non scriptum. Scriptum constituitur partim ex jure divino, ac scriptura, partim ex decretis Conciliorum, partim ex diversis rescriptis et constitutionibus summorum Pontificum, partim ex legibus Imperatorum, nec non ex SS. Patrum dictis. Non scriptum continet traditiones, et laudabiles consuetudines Ecclesiasticas.

Alia vero est juris Canonici divisio nempe in jus commune, et speciale. Commune dicitur quod ipsam universalem Ecclesiam afficit, atque ad omnes fideles constrit. Speciale vero, quod pro certa diocesi aut provincia editum est, ut sunt statuta provincialia, quae à Metropolitanis ac suis suffraganeis, <sup>in unum congregatis</sup> ~~ab alijs~~ ~~probat~~ ~~congregatis~~ <sup>sanciantur</sup> ~~gatis~~; Item diocesana seu episcopalia, et Synodi, quae ab Episcopo <sup>una cum</sup> suo Capitulo, ~~Abbatibus~~ alijsque sua Diocesis clericis ~~debetur~~ <sup>debetur</sup> ~~tur~~. Et haec extra provinciam aut diocesim non ligant.

Hic advertendum est, quod jus Canonium commune necdum totum sit insertum corpori, ut vocant, juris Canonici; plurima enim Decreta Conciliorum generalium praesertim Concilij Tridentini, pluresque decretales summorum Pontificum, quae in Ecclesia vim legis universalis obtinent, adhuc extra corpus juris Canonici vagari dignoscuntur.

§. 2.

De origine, obiecto, et subiecto juris Canonici

Dico 1. Origo seu causa efficiens juris Canonici primaria et universalis est ipse Deus.

qui primus praecepta Decalogi, aliasque re-  
le vivendi regulas hominibus praescripsit,  
quibus dein Summi Pontifices, ut suos  
Canones constituerent, usi sunt. Engel  
in proem. n. 2. König in proem. n. 5. Causa  
vero secundaria et particularis sunt  
i. apostoli, quorum Canones Clemens I.  
Romanus Pontifex s. qui sedit circa an-  
num Domini 91. in unum coegit,  
et Canonesq; Apostolorum nuncupavit.  
Et hi in Decreto Gratiani ad finem  
ponuntur. Deinde Summi Pontifi-  
ces tanquam Successores Apostolorum alios  
et alias constitutiones addiderunt, quae pas-  
sim citantur in Decreto Gratiani, aut  
per Decretales, Clementinas, et extra-  
vagantes exhibentur.

Nec obstat, quod jus Canonium non  
solum ex constitutionibus Summorum  
Pontificum, sed etiam ex sententiis S.  
Patrum, placitis Imperatorum et similibus  
constituatur; haec enim in quantum autho-  
ritate Summi Pontificis Corpori juris  
Canonici sunt inserta, emendata aut appro-  
bata quodammodo pro constitutionibus Pon-  
tificis reputantur. Omnia quippe nostra  
facimus, quibus nostram impertimur autho-  
ritatem. c. Si apostolica 22. de Praebend. in 6. 7. ait Summus Pontifex

**Dico 2.** Obiectum seu materia juris  
Canonici sunt actiones Christianorum diri-  
gibiles per leges Ecclesiasticas ad rectam  
vita normam, et finem Supernaturalem  
consequendum; nam circa huiusmodi actio-  
nes jus Canonium unice versatur; ex quo  
consequitur, quod finis juris Canonici sit  
ipsa disciplina Ecclesiastica, pax et iustitia  
in populo Christiano conservanda, ipsiusque  
salus aeterna promovenda, ut ex definitione  
supra data facile innotescit.



Dico 3. Subjectum juris Canonici sunt  
soli et omnes Christiani. Dico soli  
Christiani, ut excludamus eos, qui necdum  
sunt baptizati, quales sunt iudaei, et  
gentiles; hi enim propter defectum  
Baptismi non sunt membra Ecclesiae,  
nec proinde eius subduntur jurisdictioni.  
Dico omnes Christiani, ut comprehendamus  
etiam ipsos haereticos, qui non minus quam Catho-  
lici ff. Canonibus ligantur, quemadmodum  
controversia 1. infra ostendamus.

S. 3.  
De partibus Corporis juris Canonici.

Sex sunt Corporis juris Canonici partes.  
nempe 1. Decretum Gratiani. 2. Quinque  
libri Decretalium. 3. Sextus Decretalium.  
4. Clementina. 5. Extravagantes Joannis 22.  
6. Extravagantes Communes, de quibus jam per  
ordinem.

Sectio 1.  
De Decreto Gratiani, et modo illud  
citandi.

Decretum Gratiani ab auctore suo Gra-  
tiano Benedictino professo in Monasterio  
S. Felicis Bononiae nomen traxit. Hic  
tempore Eugenii III. an. 1150 hoc opus ex  
diversis summorum Pontificum, et Conciliorum  
decretis, ff. Patrum dictis, atque Impera-  
torum placitis compilavit, quod et Concor-  
diam discordantium Canonum nuncupavit. Cau-  
te proinde legendum est Decretum Gratia-  
ni; neque enim sententia firma ea primis  
occurrentibus capitulis desumenda est, sed  
etiam reliqua sunt perlustranda; solet  
enim Gratianus dubias quaestiones ab initio  
proponere, atque in utramque partem ventilare,  
ac tandem in fine conciliare; nota enim,

qua cursivo caractere exprimuntur, et quibus non est praefixus asteriscus, sunt ipsius Gratiani Decisiones. Dixi, quibus non est praefixus asteriscus, nota, qua asteriscus signantur alios habent Authores, nempe correctores Romanos.

Dividitur autem hoc Decretum in tres partes. Prima complectitur 101. distinctiones divisas in Canones, uel Capitula, quibus imprimis agitur de jure in genere, tum de Personis Ecclesiasticis sive Ecclesiasticis Ministris: atque sic citari solet. Can. jus Gentium dist. 1. Vel: Can. g. D. 1. Vel: dist. c. 9.

Secunda pars continet 36. causas, seu causas et controversias juridicas, divisas in questiones, in quibus de forma et materia judiciorum disputatur, subdivisas in Capitula, aut Canones: et citantur hoc modo: Can. vel C. Si quis suadente. Causa / quod vocabulum tamen plerumque omitti solet. / 17. q. 4. Adverte, Causa 33. questionem tertiam subdividi in 7. Distinctiones, de poenitentia tractantes, qua sic allegantur: Can. Homicidiorum dist. 1. de poenit.

Tertia pars Decreti agit de Consecratione, et constat 5. distinctionibus in Canones, seu Capitula subdivisis. Citatur sic: C. Relatum II. dist. 2. de consec. Quando igitur allegatur Distinctio cum addito de consecrat: querendum est in ultima parte Decreti; si cum quando allegatur Distinctio cum addito de poenitentia, querere oportet in secunda parte, puta in causa 33. q. 3. Dum vero notatur Distinctio sine addito, queri debet in 1. parte.

Speciale dubium est, quid sentiendum sit de illis Canonibus, seu Capitulis, qua sub nomine paleae Decreto inspersa sunt? Quidam arbitrantur per hujusmodi capitula nomine paleae inscripta intelligi de-

127  
tere ea, in quibus res leves et inanes conti-  
nentur; verum id mihi non probatur; eo-  
quod plura hujusmodi capitula nomine palae  
in scripta dentur, in quibus res magni momen-  
ti proponuntur, ut Can. Constantinus. dist.  
96. Vnde alii probabiliter per palaeas ad-  
ditiones quasdam intelligunt, quae non ab ipso  
Gratiano, sed ab alio Authore postmodum  
Decreto inserta sunt. Vid. Engel in Proem.  
n. 6.

Porro in fine Decreti adnotatur Cano-  
nes Poenitentiales, numero 47. ex variis Pa-  
trum scriptis collecti, in quibus pro gravis-  
simis criminibus certa poena statuitur.  
Sed horum Canonum rigor, licet olim in  
usu fuerit, hoc tamen tempore in defue-  
tudinem abiisse videtur.

Post Poenitentiales subsequuntur Cano-  
nes Apostolici, sic dicti, quia Apostolos  
tandem Authores habent. Computan-  
tur quidam Canones Apostolici inter apo-  
cryphos He. Sancta 3. dist. 15. Verum hic  
locus explicari solet de adulterino quodam  
Apostolicorum Canonum libro ab Hæreticis  
Priscilianistis confecto.

### Sectio. 2.

De 5. libris Decretalium, ac reliquis  
partibus Corporis <sup>juris</sup> Canonici, et  
eas citandi, usque

Secunda pars corporis Canonici sunt De-  
cretales jussu Gregorii IX. à Raymundo epis-  
copo Pontificis Capellano et Poenitentia-  
rio, quem ex ordine Prædicatorum post  
obitum à Clemente VIII. in Sanctorum nume-  
rum relatum fuisse asserunt, conscripta Is-  
idi Decretales libri à decernendo sine Ita-  
tuendo sic dicti constant potissimum ex De-  
cretalibus Epistolis, quas diversi Summi  
Pontifices in dubiis questionibus juris in-  
terrogati se consulentibus rescripserunt  
quæ iam in corpus juris relata authorita-  
tem universalis legis obtinent, ad eum modum

quo Codex Justinianus in Corpore juris  
Civilis majori sua parte ex diversorum  
Imperatorum ad dubios juris articulos  
rescriptis compilatus est.

Dividuntur autem Decretales in v.  
libros, libri in titulos tituli in capi-  
tula; olim sic allegabantur C. jura  
2. extra de testibus; qua propositio  
extra indicabat capitulum extra Dece-  
retum esse inquirendum; hodie autem ple-  
rumque sic citantur: C. si diligenti 12. de  
solo competenti. Qui titulus, in quo libro  
aut pagina sit reperendus, in indice titu-  
lorum reperiri inquirendus est. Porro  
materiam Decretaliu glossa Proemia-  
lis his versibus exhibet

Pars prior officia parat, Ecclésiæq; Ministros:  
Altera dat testes et cetera iudicioru:  
Tertia de rebus, et vita presbiteroru.  
Quarta docet, quales sint nexu conjugiorum.  
Ultima de vitis et poenis tractat eoru.  
Idem alii exprimere voluunt hoc unico versu:

Index, iudicium: Clerus, sponsalia, crimen.

Tertia pars inscribitur Sextus Decreta-  
lium; eo quod post v. libros Decretalium  
Gregorii IX. in lucem editus sit à Boni-  
facio VIII. Hic liber collectus est ex  
Summorum Pontificum Gregorio IX. pos-  
teriorum, item ex duorum Generalium  
Conciliorum Lugdunensium constitutio-  
nibus, descriptis, et decretis. Subdividitur  
etiam in v. libros, quorum tituli eadem  
habent iustitias, et materias, quas Dece-  
tales Gregorii IX. Id quod etiam in se-  
quentibus, nempe Clementinis, et Extra-  
vagantibus videre est. Idem huius alle-

16  
gandi modus observatur ac in Decreta-  
libus; excepto, <sup>quod</sup> in fine tituli addatur  
in 6. nempe sic: c. ut animarum de  
Constitution. in 6.

Quarta pars Sunt Clementinae sic  
dicta à Clemente v. Pontifice maximo,  
qui videlicet multas constitutiones tum  
in Concilio Viennensi in Gallia, tunc etiã  
ante et post Concilium hoc à se editas in  
unum congestis volumen. Ad morte  
proventus eas edere non potuit; Qua-  
re successor ejus Joannes XXII. eas  
memoratas Clementinas conulgavit,  
et authoritate Apostolica roboravit.

Continentur autem in v. libris di-  
visis in Titulos et Capitula. Certe  
hoc modo: Clement. cum illud de Re-  
nuntiatione. Vel: Clement. ad nostrum  
3. de hereticis.

Quinta pars Sunt extravagantes  
Joannis XXII; id est, constitutiones,  
ac Epistola Decretales, quae quia nume-  
ro erant paucae, nec peculiare  
volumen complere poterant, extra-  
vagantium nomen obtinuerunt;  
vel dicta sunt extravagantes; eò quod  
ante hæc extra corpus juris, quasi incerta  
sed sede vagarentur. Modus eas in-  
tandi iste est: Extravagant. Joannis 22.  
de voto. cap. antiqua.

Sexta denique pars Sunt extravagantes  
communes sic dicta, quia multis Ponti-  
ficibus communes, seu à pluribus edita  
sunt, atque olim extra corpus juris vaga-  
bantur. <sup>et sic</sup> Dividuntur in v. libros, cum  
<sup>allegari solent.</sup> Extravagantes Ambitio-  
sa inter Commun. de rebus Eccl. non  
alienand. Vel: c. Ambitiosa inter extravag-  
comun. de reb. Eccl. non alien. Licet

vero non satis constet, an ista Eccl-  
 vagantes alicujus summi Pontificis de-  
 creto publicata, ac Corpori juris inser-  
 ta sint; nihilominus cum sint deci-  
 siones summorum Pontificum, et à mul-  
 tis temporibus possessione in Corpore  
 Juris acceperint, passim apud Docto-  
 res pro Authenticis habentur. Engel  
 in Proem. n. 10.

Novissimè in lucem prodit liber sep-  
 timus Decretalium operæ Petri Matthæi  
 Perti Lugdunensis editus, atq; per Typo-  
 graphos alius juris Canonici libris ap-  
 positus; verum alicujus Pontificis  
 approbationem necdum habere meruit.

**Sectio 3.**

**De authoritate Decretorum ac reli-  
 quarum partium Corporis Canonici.**

Dico 1. Decretum Gratiani per se non  
 habet authoritatem Legalem, et vim juris  
 decisivi; contenta tamen in eo retinent  
 vim quam habent fontes, ex quibus re-  
 gulas et constitutiones hausit Gratianus.  
 Ratio est 1. partis est, quia Gratianus  
 tanquam vir privatus condenda Legis potes-  
 tate caruit; et aliunde compertum non ha-  
 bemus, Decretum Gratiani à quoquam Sum-  
 morum Pontificum approbatum esse: ~~sed in~~  
~~repositis fontibus reperitur de his quæ~~  
~~in illis obligantur. de illis quæ de rebus obli-~~  
 gantur, constitutiones summorum Pontifi-  
 cum ac Conciliorum Generalium in de-  
 creto contenta vim legis obtinent, cetera  
 vero magnam quidem sibi vendicant  
 authoritatem, non tamen irrefragabile;  
 Unde licet eis nullus morem gerere,  
 teneatur, non tamen otiosè sed nervosè alle-  
 gantur.

Nota hic incidenter ratione  
 citationum sapientis ex corpo-  
 re juris allegari argumentum  
 capituli hoc modo arg. c. licet  
 de consensu; et hujus sensus iste  
 est, nempe quod pro materia, de  
 qua agitur, non possit quidem  
 ex eo capitulo offerri aliquis  
 textus formalis, possit tamen  
 eunde argui et argumentum  
 deduci, quod illud capitulum  
 faciat pro ea materia, de  
 qua disputatur.

Ratio 2. partis est; quia huiusmodi regulae de sua vi vel auctoritate nihil amittunt, per hoc quod a Gratiano Corpori juris Canonici inserta fuerint.

Oppones Contra 1. partem. Decretum Gratiani legitur in Scholis et quoties allegatur, ac in iudiciis recipitur; ergo videtur, hoc ipso tantum approbatum; ac proinde vim juris habet ex toto decisivam.

R. dist. Ant. Decretum Gratiani legitur in Scholis et ita tamen ut testis ex eo citati revertatur ad primam suam auctoritatem. Et ita ut prorsus omnes habeant vim juris decisivam. N. Ant.

Instabis 1. quod Summi Pontifices ipsum Gratiani Decretum in suis posterioribus constitutionibus pro se allegant; sed non est verisimile quod Pontifices allegaturos fuisse Decretum Gratiani, nisi illud agnovissent in omnibus habere vim juris decisivam; ergo. Prob. Ant. de ea cap. Cum Apostolica. de his, que sunt a Prelatis, ubi Auctoritas dum I. Hieronymi, dum Leonis Papa iterato a summo Pontifice allegatur ex Decreto. Idem contingit C. continebatur de despons. impuberu. et alibi.

R. Summi Pontifices, dum quandoque in suis Decretis allegaverunt Decreta suorum antecessorum suorum, ea non desumpserunt primum ex volumine seu Decreto Gratiani, sed iam prius, et aliunde habuerunt in forma Authentica.

Inst. 2. In dicto cap. Continebatur haec expressè leguntur: cum in Decretis habeatur expressum; ergo summus Pontifex

suam sententia prorsus ex Decreto solidare intendit.

~~Quod si hoc decretum sit tale, cuius textus, si reducat in primam auctoritatem sortitur vim legis.~~

~~Neg. Sicut, etiam alia Decreta esse huiusmodi, si enim leges civiles solummodo per hoc, quod referantur in Decretum canonizantur, quanto magis alia Decreta~~

quod huiusmodi Decretum sit tale, cuius textus, si reducat ad primam auctoritatem, sortitur vim legis universalis.

At dices. Etiam alia Decreta in

à Gratiano relata esse huiusmodi. ergo. Probas sic. Si Leges civiles

soluimodo per hoc, quod referantur in Decretum canonizantur, quanto magis alia Decreta, atque leges civiles, quae in eo continentur,

per hoc, quod referantur in Decretum, iam sunt canonizata, et vim legis obtinent. ergo. Prob. min. Ex communimo-

do loquendi. Glossa et Doctorum id asserentium. vid. Glossa Margin in

Authent. quas actiones G. de Sacrosanctis Ecles. c. i. C. de Episcop. et Cleric. cap. l.

Hic istum modum loquendi. Glossa et aliorum Doctorum largè accipi debere,

nempe pro eo, quod huiusmodi leges reputatae sint tanquam dignae, ut in ius canonicum referrentur, non vero, quod hoc

ipso vim iuris decipivam obtineant.

Neg. urget auctoritas Cardinalis Tuschii, dum litt. D. Concluf. jo. n. 2. et 11.

ait: hodie temporibus nostris fuit approbatum Decretum, et contenta in eo

si regis  
font  
juri  
retur  
otiae  
ergo  
i, ac  
accipit  
tiani  
i fact  
ra ju  
omas  
ant  
Pont  
in ju  
je al  
Pont  
Grati  
Liber  
b. Jul  
is, que  
dum  
i ju  
den  
non in  
andog  
ant de  
volu  
iam po  
Auth  
atur  
his lib  
hijer



Sunt Leges Canonicae effecta; ~~ergo~~.  
 Nam Cardinalis iste designare debuisset  
 illum Pontificem, per quem Decretum ap-  
 probatum dicitur.

Dicit forsan Cum Canano et aliis,  
 per Galatum et Eugenium tertium.  
 At oportuisset afferre exemplar dictae  
 approbationis. Certe in Bullario magno  
 nihil tale reperire est.

Quod si dicas hanc approbationem  
 factam esse per Gregorium ~~13<sup>um</sup>~~ sic enim  
 praecipit Pontifex in suo Breui, ut qua  
 emendata, et reposita sunt: Subintellige  
in Decreto: omnia quam diligentissime  
retineantur &

Q. ~~Idem~~ Hunc Papam ibi confirma-  
 re emendationem Decreti, atque velle, ut  
 ei nil ulterius addatur, aut quidquam in  
 eo immutetur; Non tamen hoc ipso appro-  
 bare omnia in eo contenta.

Replicabis. Ergo frustra tam longissi-  
 mo tempore in emendatione Decreti à  
 diversis Pontificibus, et viris peritissi-  
 mis laboratum est, si post eius emen-  
 dationem nemo ei morem gerere tenetur.

R. Neg. illatum. Nam per hanc  
 emendationem factum est, quod longe  
 maior habeatur ratio illius operis, quam  
 antea, et multis Decretis in eo conten-  
 tis morem gerere oporteat, eo quod  
 conformia suis exemplaribus, quae per  
 se vim legis habent, reddita sint.

Repones Summum Pontificem in die  
 30 Breui expressè asserere, quod in me-  
 morata Decreti emendatione magna  
 ratio publica utilitatis habita sit:  
 sed nulla, aut non nisi modica videtur  
 utilitas huius Decreti, si in eo conten-

24  
ta non obligant, nec habent vim legis.

ergo.

*Dist. min.* Si omnia in eo conten-  
ta non obligent. *Conc. fauus Neg.* Cum  
igitur multa in Decreto contenta, si  
reducantur ad primariam auctoritatem  
vim legis habeant, ut antea diximus, ca-  
etera vero magnam mereantur fidem,  
inde publicam utilitatem pullulare  
palam est.

Dico 2. Decretales, Clementinae,  
et extravagantes cum Joannis XXII.  
Cum Communes habent auctoritatem  
legis. Et ratio est, quia ut alicui  
constitutioni insit auctoritas legalis,  
plus non requiritur, quam ut lata  
fuerit ab eo, qui per eam potest, et  
vult obligationem imponere. Sed  
Decretales, Clementinae, et Extrava-  
gantes latae sunt à summis Pontifi-  
cibus, qui possunt et volunt per eas  
obligationem imponere; ergo.

#### Sectio 4.

De Rubricis, Superscriptionibus,  
et Summariis Capitulorum.

Nota 1. per rubricas; sic dictas, quia  
olim rubro caractere exprimebantur; et  
intelliguntur illae inscriptiones, quibus  
tituli librorum, vel distractionum pra-  
notantur. v.g. in Decreto Gratiani pri-  
ma Rubrica est ista: de jure ~~actorum~~ Di-  
vina et humana constitutionis. In  
Decretalibus prima haec visitur: de  
Summa Trinitate, et fide Catholica.

Nota 2. Superscriptiones Capitulo-  
rum sunt ea verba, quae immediatè ipsi  
textui proponuntur, denotantq; Authorem

valent  
omnia.

ipsius Capituli. Prima itaq; Super-  
scriptio in Sexto Decretalium hac est: ~~Gregorius~~  
~~Gregorius IX.~~ in ~~Generali Concilio Lugdunensi~~  
~~nona~~, an. 1245 in Gallia. Verba vero  
qua cursivo caractere exprimuntur ab  
hujusmodi Super-  
scriptiones antecedunt, di-  
cuntur Summaria Capitulorum. His nota-  
tis:

Dico 1. Rubrica Decretalium, Clementia-  
rum, Extravagantium vim habent decisiva-  
rum, non item Rubrica Decreto Gratiani infer-  
Ratio 1. mi est; quia Rubrica hujusmodi  
eundem recognoscunt Authorem, quem  
ipsimet libri, qui cum polleant vi decisiva  
consequens est, ut et Rubricis eorumdem  
eadem authoritas tribui debeat.

Ratio 2. di est; quia sicut Decretum  
ab Authore suo vim legis universalis ha-  
bere non potuit, sic nec Rubrica.

Dico 2. Super-  
scriptiones Capitulo-  
rum in Decretalibus posita sunt au-  
thentica. Ratio est, quia Gregorius IX.  
omnia Superflua in Decretalibus re-  
secuit. Cum igitur Super-  
scriptiones reliquerit, atq; totum volumen tanquam  
Authenticum declaraverit, necesse est ut  
et Super-  
scriptiones ejus approbaverit.

Dico 3. Summaria Capitulorum  
non habent vim decisivam. Ratio est;  
quia ea solum pro majori legentium  
commoditate primum addita fuerunt ex  
diversorum Authorum scriptis, quales  
sunt Abbas Siculus, Joannes Andree,  
Dominicus et alii, unde et nomina eo-  
rum plerumq; allegantur.

Porro Glossam non habere vim legis  
omnes conveniunt. Est autem Glossa  
uberior explanatio Canonum et textuum  
facta ab Accursio antiquo juris Canonici  
interprete. Corpus vero juris, quod hanc

7 ut constat ex illo  
Brevi. libris Decre-  
taliu prefixo.

fusiorem expositionem continet, dicitur  
glossatum, seu maius.

~~Capit 3.~~

~~De partibus juris Canonici,  
quae extra ipsum corpus  
vagantur.~~

Advertendum est, quod, cum Sapius in  
capitulis Decretalium invenitur no-  
tatum et infra, vel, et q. id nihil aliud  
denotare velit, nisi quod in Bulla vel  
rescripto Summi Pontificis, ea quo de-  
sumptae sunt capitula, adhuc quadam 7 praedictorum Decretalium  
alia reperiantur, quae cum ad legem sta-  
tuendam nihil conducere, a Compi-  
tatore ommissa sunt; quadam vero, quae  
saltem ad notitiam facti quidpiam confer-  
re postea visa sunt cursivo caractere  
in fine capituli per Correctores Ho-  
manos posita sunt, ut videre est cap.  
9. de constit. et alibi passim.

S. 4. 2.

De partibus juris Canonici, quae extra  
ipsum Corpus vagantur.

Dari constitutiones Canonicae non  
clausas Corpore juris supra jam insinua-  
vimus. Sunt autem 1. Concilium Tri-  
dentinum. 2. Bullarium magnum. 3. De-  
cisiones Rota Romana. 4. Regula Can-  
cellaria. 5. Declarationes Cardinalium,  
de quibus singulis per ordinem modo bre-  
viter agendum.

Sectio 1.

De Concilio Trid. Bullario M. Decisio-  
nibus Rota ac Reg. Cancellaria

Dico 1. Concilium Trid, quod an. 1545  
inchoatum, et an. 1563 finitum, plures

7 Sint oecumenica et

quo ad articulos fidei, quos praesertim contra Lutheranos et Calvinistas definit est infallibilis auctoritas; Ratio quia fuit congregatum et approbatum a S. Pontifice, at huiusmodi concilia generalia infallibilia esse, constat ex eo, quod representent Ecclesiam Dei, qua est columna veritatis 1. Tim. 3. et adversus quam porta inferi non praevalent. Matth. 16.

Corit. Iulius. ut continentur

#

Dixi quo ad articulos fidei; nam quo ad decreta morum et reformationes Concilium hoc non habet nisi auctoritatem legalem, hoc est, jus universale, constituit, <sup>unde</sup> ubicumque promulgatum, vel contraria consuetudine, vel privilegio Apostolico ei derogatum non fuerit, omnino parendum est; Siquidem major in Ecclesia potestas esse nequit, quam Concilium Generale capiti suo adunatum.

Dico 2. Bullarium magnum s. quod varias Summorum Pontificum constitutiones continet in iudiciis non facit plenam probationem, nisi Bulla in eo contenta ab allegante in Authentica forma producantur Engel in Proemio juris Canon. n. 13. Ratio est, quia Bullarium hoc nec promulgatum nec approbatum a Summo Pontifice invenitur; quamquam enim ductu et auspicio Sixti V. Laertius Cherubinus id primum divulgavit, ac cum privilegio Urbani VIII. ab Angelo Maria Cherubino eius filio Monacho Cassinensi cum novissimis Bullis denuo editum fuerit, nulla tamen ait Engel l. cit. apparet expressa, et Authentica alicujus Summi Pontificis approbatio, vel de eo recipiendo decretum.

Quares, quid sit sentiendum de iis Bullis, quae nec Corpori juris, nec Bullario insertae sunt?

R. Bullas has extravagantes in rigore non obligare, nisi constet eas rite promulgatas usu receptas, atque originali suo in omnibus et per omnia correspondere. Card. Tuschus l. cit. 6. et alii communissime.

25

Dico 3. Decisiones Rota Romana si plu-  
res extent uniformes super eadem questione,  
inducunt quidam consuetudinem, et Stylus  
curia Romana, extra curiam tamen Romanam  
vim juris universalis non obtinent, cum  
nullibi reperiatur Auditoribus Rota Romana  
fuisse concessam potestatem jus novum con-  
dendi. Ita communissima Canonistarum Sen-  
tentia. Est autem Rota Romana tri-  
bunal Romani Pontificis ad decidendas  
causas litigiosas constitutum, cui praesunt  
12. Praelati, partim Itali, et Hispani, partim  
Germani et Galli Jurisprudentia peritissi-  
mi, qui cum in orbem sedentes controver-  
sias audiant, auditores Rota nuncupari  
consueverunt.

Dico 4. Regulae Cancellaria Apostolica  
vim legis universalis sortiuntur. Ra-  
tio est, quia ipsum Summum Pontificem  
Authorem habent. Sunt autem Regulae  
Cancellariae ordinationes quaedam Pontifi-  
ciae maxime causas beneficiale concer-  
nentes, quas primus omnium Joannes  
XXII. edidisse, et hoc nomine appellasse  
traditur. Eisdem deinde Successores Pon-  
tifices auxerunt, et declararunt. Ceterum  
id habent speciale, quod cum morte Summi  
Pontificis expirent, ac sede Papali vacan-  
te suam vim amittant, donec a novo Pon-  
tifice ad libitum reassumantur, vel reno-  
ventur. Et haec facile ab omnibus admit-  
tuntur, at circa declarationes Cardinalium  
major inter Doctores est controversia, unde  
sit.

### Sectio 2.

De declarationibus Cardinalium et  
eorum auctoritate.

Declarationes Cardinalium aliud non  
sunt, quam interpretationes Decretorum  
Concilij Trid. ad reformationem morum

7 vel Concilio Generali  
sub suo presidio

7 alia jura interpretantur

pertinentium facta à S. Congregatione  
Cardinalium per Romanos Pontifices in  
hunc finem instituta. Dixi ad refor-  
mationem morum; nam fidei dogmata  
in hoc Concilio contenta summi Pontifi-  
ces sibi exponenda reservarunt.

Quaritur autem hinc an declarationes  
Cardinalium obtineant vim legis? Ne-  
gant quidam Doctores apud Barbosam  
l. x. juris Eccl. Univ. c. 4. n. 82. exis-  
timantes hujusmodi declarationes solum  
esse probabiles, et doctrinales. Verum  
contraria sententia, quæ eis vim legis  
tribuit, longe verior est; Et ratio est;  
quia incredibile non est, quod Summus Pon-  
tifex Cardinalibus quos voluit loco sui  
interpretari decreta Concilij Trid. majo-  
rem non dederit potestatem, quam alii  
habent privati Classici Doctores. Et  
certè si hujusmodi declarationes non  
sunt authentice, videtur inutiliter ins-  
titutum Collegium Cardinalium ad inter-  
pretanda Concilij Trid. decreta; expo-  
sitio enim, quæ non est authentica, sed  
solum probabilis, facile relinquitur ac  
spernitur.

Interim tamen, ut nominata declara-  
tiones vim habeant legis, tres condiciones  
habere debent juxta receptissimam senten-  
tiam. 1. ma, ut fiant consulto Summo  
Pontifice. 2. da, ut in authentica forma  
producantur. 3. na, ut sint comprehensivæ,  
non vero extensivæ, hoc est, ut sint secundum  
tenorem et proprietatem verborum legis,  
eamque interpretentur dumtaxat, non vero  
extendant, et veluti novam legem condant.

Oppones. Non feruntur hujusmodi de-  
clarationes per modum legis. Sed per modum

29  
opinionis, ergo non habent vim legis,  
sed solum doctrina. Prob. Ant. S. Con-  
gregatio hoc verbum usurpare solet  
censemus, vel, censet Congregatio, quod  
idem est, ac existimat; sed hoc modo  
loquenti tantum declaratur opinio, non  
vero fertur lex; ergo.

Q. quod verbum censere iudicia  
significet idem ac decernere, statuere,  
praecipere, prohibere. l. III ff. de v. s.

Just. Si seratum ferrentur per mo-  
dum legis, contraria sibi esse non de-  
berent; nam leges sibi contrariae non  
oportet, at multa circumferuntur de-  
clarationes Cardinalium sibi invicem  
contrariae; ergo.

Q. Minorem veram esse de iis declara-  
tionibus, quae afferuntur sine authen-  
tica forma, scus dicendum de iis, quae  
in authentica forma videntur.

Dices: Si huiusmodi declarationes  
vim habeant legis, ergo authentica sunt;  
ergo nullatenus damnari debent. At  
sapius ~~enim~~ huiusmodi declarationes  
damnatae sunt à Summis Pontificibus,  
ut testatur Zypaeus, consult. Canon. l.  
fil. de elect.; ergo.

Q. Censuram istis solummodo declaratio-  
nibus iniustam esse, quae absq; authentica  
forma circumferantur, et tanquam sup-  
posititia deprehensoe sunt.

Dices iterum: Ad rationem legis necessa-  
rio requiritur promulgatio: sed decla-  
rationes Cardinalium non solent promul-  
gari; ergo.

Q. Dist. Maj. Ad rationem legis, quae condit  
ius novum necessario requiritur promulga-



24  
ante conditum <sup>maj.</sup> hio Conc. Ant. Ad rationem legis, qua tan-  
tum juste applicat necessario requiritur pro-  
mulgatio N. M. Porro Declarationes Car-  
dinalium, cum non sint extensiva, sed so-  
lum comprehensiva, non condunt jus novum,  
sed duntaxat ante conditum et applicatum  
et promulgatum explicat; nec proinde  
indigent promulgatione.

Caput 2.  
De jure Civili  
eiusq. partibus

§. 1.

De definitione et divisione  
juris Civilis.

Jus Civile secundum Justinianum di-  
citur id, quod Magistratus, populus, vel  
Civitas sibi constituit. Inst. 2. §. 1. De jur. H.  
G. et C. Sed videtur hic jus civile municipi-  
ale definiti, non autem Civile in Comuni.  
Jus igitur Civile in genere sum-  
ptum definiti potest, quod sit jus posi-  
tivum auctoritate Principis, vel Magis-  
tratus Saecularis conditum, ad rectam  
Reipublicae Civilis gubernationem, pa-  
cem et salutem temporalem immediate  
ordinatum. Hodie a populo solo jus  
amplius ferri non solet. et ideo in de-  
finitione nulla populi facta est mentio.

Jus civile dividitur in jus com-  
mune, et privatum sive municipale.  
Jus commune dicitur, quo omnes, qui  
Imperio Romano subiecti sunt ligantur.  
Unde et Romanum, ac Romano-Germani-  
cum appellari consuevit. Jus privatum  
est, quo non omnes, sed unius tantum  
provinciae, vel Civitatis Imperialis subdi-  
ti obligantur, ut jus Saxonum Bavari-  
cum; Item particularia locorum Statuta.

29  
Jus commune dividitur in jus scriptum  
et non scriptum. Jus Civile commune  
scriptum dicitur illud, quod in Corpore  
juris civilis continetur, nec hodie potest  
condi, nisi à supremo Principe, hoc est,  
Imperatore, quia per legem regiam,  
qua de Imperatoris potestate. Cata est  
populus Imperatori omne imperium suum  
ac potestatem concessit §. sed et quod Prin-  
cipi de jur. Nat. G. et C. Jus Commu-  
ne non scriptum est ipsa Imperii consue-  
tudo, qua eiq. ligat omnes subditos, qui  
sunt sub Imperio Romano. At hoc ho-  
die scripta est in libris Feudorum.

Jus Civile commune scriptum divi-  
ditur in duas species, nempe in jus  
Civile in specie scriptum, et jus Pratorium.

Jus Civile commune in specie scriptum  
dicitur, quod est conditum legibus 12 ta-  
bularum, tum ex plebiscito, Senatus con-  
sulto, Principum placitis, Responsis pru-  
dentum, hoc est, Jurisconsultorum.

Leges seu Leges 12 tabularum

Lex seu Leges 12 tabularum sunt ea  
quas populus Romanus pulso Tarquinio  
superbo VII. et ultimo Romanorum Rege,  
constituit duodecim ancis tabulis incis, 7 tum ex  
unde et leges 12 tabularum nuncupari  
solent.

Plebiscitum est jus, quod <sup>per</sup> plebe plebeio  
Magistratu s. velut tribuno: / interrogan-  
te constituebatur. Dicitur per plebem, non  
per populum, differunt enim haec duo no-  
mina, ut genus et species; nam appellatio-  
ne populi universi cives significantur: con-  
numeratis etiam Patitiis et Senatoribus.  
Plebis autem nomine ceteri cives sine Patri-  
tiis et Senatoribus significantur.

Senatusconsultum est, quod Senatus jubet atq;  
constituit; idq; necessitas peperit, aucto-  
ritas enim ita populo, ut convocari in unum faci-  
le non possit, necessitas curam Republica  
ad Senatum deduxit.

Principum placita sunt Principu constitutiones;  
quidquid enim Principi placuit, le-  
gis habet vigorem: et quidquid is per Epis-  
tolam constituit, vel cognoscens decrevit vel  
adicto praecepit, legem esse constat. Inst. 2. §.  
Ius et de jur. N. G. et C.

Responsa prudentum sunt Sententia<sup>et</sup> opinio-  
nes eorum, quibus consultis et rogatis de iure  
datum fuit à Cesare respondendi ius. Et  
ab eorum opinionibus non licuit recedere,  
modo responsum ab omnibus probaretur, et non  
ab uno solum. Inst. 2. §. Responsa eodē

Porro ius Praetorium dicitur, quod  
Praetores intraduxerunt, vel adjuvandi  
vel supplendi, vel corrigendi iuris ~~et~~  
et sicut aliquis appellavit, ~~et~~  
rationem ~~et~~ propter honorem Praetoris in  
civilis gratia. In exemplo: De iure  
civilis datur heredibus petitio hereditatis,  
qua agunt ad hereditatem defuncti: ultra  
illam introducit ius Praetorium bonorum  
possessionem, qua idem consequuntur here-  
des. Item de iure civili datur pro fur-  
to actio in duplum simpliciter, nec distingui-  
tur, utrum furtum sit manifestum, sive  
non manifestum. Ius autem Praetorium  
distinguit supplens ius Civile, nempe quod  
pro furto non manifesto datur actio dupli.  
Pro furto vero manifesto actio quadrupli.  
Et sic in pluribus aliis.

Dividitur autem ius Praetorium in  
duas species, nempe in Edicta Praetorum  
et in Edicta aedilium curulium.

Edicta Praetorum sunt quae à Praetori-  
bus variis de causis sunt emanata; qua-  
lia sunt de restitutione in integrum, de  
honorum possessionibus, de interdictis, et  
infinitis alijs rebus.

Edicta Aedilium Curulium sunt, quae  
proponerentur de aedibus conservandis,  
ne scilicet incendiis, vel aedium ruina,  
urbis aspectus deformatur. Item de eden-  
dis ne videlicet caro <sup>morbosa</sup> ~~bona~~ ~~fama~~ ven-  
datur & de quibus habes totum titulum  
ff. de Edi. Edict. Ceterum jure civile  
discrimen inter jus & Civile et Praetorium,  
quia actiones, quae oriuntur ex jure Civili  
plerumque durat perpetuo, hoc est, 30. annis.  
quae vero ex jure Praetorio dimanant, an-  
nales solummodo sunt.

S. 2.

### De partibus Corporis juris Civilis.

Corpus juris Civilis et Communis com-  
pletitur quatuor partes, nempe institu-  
tiones, Digesta, seu Pandectas, Codicem, et  
Novellas.

Institutiones sunt quasi compendium ju-  
ris, et prima Elementa. Has institutio-  
nes jussu et auctoritate Imperatoris Jus-  
tiniani Senioris tres ejus Ministri, Tribu-  
niani, Theophilus, et Dorotheus ex anti-  
quis constitutionibus collegerunt, ac in  
24. libros certis titulis et paragraphis dis-  
tinctos dividerunt. Deinde ab ipso Im-  
peratore lectas et auctoritate firmatas in  
lucem edidit. Citari saepe solent: Primo lo-  
co ponitur S. Deinde titulus in hunc modum:  
S. Inter eas 2. Inst. de Nupt. Nonnunquam

omittitur numerus, et statim dicitur. S. Ja-  
ker cas Inst. de Nupt. vel vicissim ponitur  
numerus, et omittitur initium S. hoc modo:  
S. 2. Inst. de Nupt. Porro  
Institutiones non raro per unicum litteram  
J. exprimuntur.

Digesta graecè Pandecta; à πᾶσι om-  
ne, et δέξοναι continere; dicuntur, eo quòd  
omnem juris doctrinam è bis mille libris  
veterum jurisprudentum extractam con-  
tineant. Constant autem 50. libris tripli-  
ci volumine comprehensis. Primum dicitur  
Digestum vetus, quòd 24. libros in  
se recondit. 2<sup>du</sup> nuncupatur Digestum  
Infortitatum, forte, quia continet leges  
de testamentis et ultimis voluntatibus,  
qua sunt fortissima; vel quia versa-  
tur circa fortuitas successiones, et  
complectitur 14. libros. 3<sup>tium</sup> di-  
citur Digestum Novum, quòd absolvi-  
tur 12. libris.

Quando allegantur Digesta formatur  
duplex ff. vel majuscula littera D. vel  
Graecum π. Duplex ff. forte invaluit  
ex incertitia vel incuria Librariorum aut  
celentate libros describentium, qui pro gra-  
ca littera π substituerunt ff. latinum.  
Primo loco citatur lex per litteram L; De-  
inde initium vel numerus legis, vel initium  
et numerus simul: tum additur ff. Demum  
Titulus seu rubrica in hunc modum: L. jus  
publicum ff. de pactis. Vel. L. 58. ff. de pactis.

Quando lex est longior et in §§. divisa,  
allegatur vel ejus principium per litteras  
pr. vel §. et quandoq, etiam versus per  
litteram V. nempe sic: L. jurisgentium 7.  
S. 8. v. in rem ff. de pactis

Codex modernus et Justinianus conti-  
net Statuta, sanctiones et diversa praecepta

Imperatorum. Concinnatus est <sup>7</sup> ab ipso Imperatore  
Codice antiquiori, nempe Gregoriano,  
Hermogeniano, et Theodosiano, quibusdam  
ex hoc Codice expunctis, quibusdam  
vero a liis de novo ei insertis. Divi-  
ditur in duodecim libros partiales; et cita-  
tur eodem modo, quo Digesta, nisi quod  
loco D. aut ff. ponatur C. quo Codex de-  
notatur.

Authenticum s. alio nomine. Novella,  
vel Authentica, Subintelligo Constitutio-  
nes; continet novem Authenticas Col-  
lationes, quae dividuntur in Titulos et Ca-  
pita, et nonnunquam in §§. habetque  
pariter Auctorem Justinianum, qui in  
his novem Collationibus posuit Cons-  
titutiones suas post Codicem jam edi-  
tum factas, et ideo Jus novissimum  
etiam vocantur, vel Novella, quae in  
citationibus saepius indicatur per majus  
N. Allegatio Novellarum vetus erat:  
Auth. de hered. ab intest. venient. Collat.  
g. fil. l. c. 2. Hodie vero expeditior  
et usitatio est ista: Nov. 118. c. 2. v. Si  
autem. Vel: In Epilogo N. l. de heredib.  
et falcidia. Et haec sunt illa, quae  
Justinianum habent auctorem volumina,  
seu juris Civilis partes

Porro his Juris Civilis partibus addi-  
ta sunt sequentia. 1. Justiniani Edic-  
ta 13. Item Novella aliquot Constitu-  
tiones Justiniani, aliquot Tiberij, et adhuc  
quada Justiniani. 2. Novella Consti-  
tutiones 113. Leonis Imperatoris. 3. Di-  
versorum Imperatorum Constitutiones.  
4. Consuetudines Feudales, seu libri

35  
Feudorum, partim ex Constitutionibus Imperatorum post Justinum in Occidente imperantium, partim ex consuetudinibus à Gerardo Nigro, et Oberto Orto Consulibus Mediolanensibus collecti. Citatio eorum fit per unum vel duplex FF. v. g. 2. F. 55. id est, lib. 2. Feudorum. Tit. 55. vel: 1. FF. Tit. 14. §. uel. de Feudo Marchie. Denique 5. Extravagantes, et liber de pace Constantia.

Aduerte, prater memorata volumina dari adhuc alias Constitutiones vim Juris in Imperio obtinentes, quae tam in Ordinario Corpore Juris non clauduntur: nimirum 1. Aurea Bulla s. sic dicta ab appenso sigillo aureo / qua agit de electione Imperatoris, de officis et juribus Principum Electorum. facta est à Carolo IV. et Norimbergae promulgata An. 1356. 2. Capitulatio Casarea, hoc est, conventio, quae Imperator Electus ante coronationis solemniam certas condiciones sibi propositas acceptat sub juramento. 3. Pax Profana, hoc est, Pragmatica Sanctio, qua omnis injusta vis ardetur à statibus et subditis Imperii. 4. Pax Religiosa, id est, Pacificatio Passaviae ex dira necessitate ad evitandum majus malum inita à Ferdinando I. An. 1552. firmata Augusta An. 1555. et per Instrumentum Pacis Osnaburg-Monasteriensis renovata An. 1648. In qua certum sectarum nimirum initio Lutheranae, et tum etiam Calvinianae liberum exercitium in Imperio permixtum

est. 5. Ordinatio iudicij Camere Im-  
perialis. 6. Ordinatio iudicij Audi-  
co = imperialis. 7. dicitur, Recessus  
Imperij. Quando allegatur Bulla  
Aurea, ponitur B. A. Pacificatio Es-  
nabrug = Monasteriensis denotatur per  
P. O. Recessus vero Imperij per R. I.

### Caput 5.

De convenientiis, differentiis ac  
contrarietatibus inter utrumque jus.  
ac legum interpretationibus.

§. 1.

De differentiis et convenientiis juris  
Civilis cum Canonico.

Convenientia ac differentia inter jus  
Civile et Canonium varia recenseri solent,  
nos non nisi principales tangemus.

Conveniunt itaque 1. in eo, quod utrumque jus  
primario procedat à Deo, tanquam à su-  
premo Legislatore, et per quem Reges  
regnant, et legum Conditores iusta de-  
cernunt prov. 8. qui providet, quod ius-  
tum est decernit, et promulgat omnia  
jura humana.

Conveniunt 2. in eo, quod utrumque jus  
intendat dirigere in bonum commune.  
Canonium quidem in bonum commune  
quod concernit statum Universalis Ec-  
clesiae. Civile vero in bonum commune,  
quod respicit ipsam gubernationem  
totius Reipublicae.

Conveniunt 3. in eo, quod utriusque juris  
praecepta sint haec: honeste vivere, alte-



rum non Cadere, jus suum cuiq; tribuere,  
prout notatur in S. juris precepta Inst.  
de J. et Jur.

Conveniunt 4<sup>o</sup> in ratione obiecti, si-  
quidem Juris utriusq; obiectu, seu mate-  
ria circa quam sunt persona, res, actiones  
et judicia.

Intervedit

Porro discrimen, quod jus Canonicum in-  
ter et Civile in sequentibus præcipue con-  
sistit. 1. Jus Canonicum constat regulis  
Apostolicis, sacris et divinis; Civile vero  
politicis et secularibus. 2. 3.

2. Canonicum dirigit homines ad justitiam  
et felicitatem Supernaturalem. Civile vero  
tendit ad pacem Reipublicæ temporale.

3. Jus Canonicum non nisi Christianos  
constringit; Jus vero Civile sine Chris-  
tianiis, sine Judæis, sine Paganis leges  
prescribit.

4. Conditor juris Canonici nempe Summus  
Pontifex auctoritatem Canones ac leges fe-  
rendi immediate à Christo accepit, ut pa-  
tet Jo. 21. Conditor vero juris Civilis  
potestatem suam potestatem à populo ac-  
ceptam refert justa l. d. ff. de constit.

S. 2.

De contrarietatibus inter jus Civile  
et Canonicum.

Multa sane sunt leges in jure Civi-  
li, quæ S. Canonibus adversantur, ex his  
paucas selegimus, quas hic apponere  
placuit.

1. De jure Civili, Possessor mala fidei  
res sic possessas prescribit tempore lon-  
gissimo. l. sicut, et l. omnes, et l. cum no-  
tissimij C. de Prescript. 30. vel 40. Ann. Scus

est de Jure Canonico, c. ult. de Prescript. ubi  
leges Civiles allegatae velut nutritiva pecca-  
ti, expressè revocantur.

II. Secundum Canones, juramentum in Pu-  
pillo doli capace servandum est, ac proinde  
valet arg. Can. parvuli, 22. q. 5. juxta c. 1.  
de delictis puerorum. Tacus videtur esse de  
jure Civili, arg. l. Sacramenta puberum  
C. si adversus venditionē C. et l. qui jurasse,  
ff. de iurajur.

III. De Jure Civili debent ordinandi ali-  
quid offerre Episcopo ordinanti, juxta Authent.  
de sanctissimis Episcopis. S. 1. Collat. 9. Se-  
cus est de Jure Canonico, arg. Can. Quella,  
20. q. 1. et Can. Quella 20. q. 2.

IV. De Jure Canonico usurae sub gravissi-  
mis poenis prohibita sunt, et pertinaciter  
asperens, exercere usuras non esse peccatum  
veluti haereticus punitus, c. 4. de Usuris et  
alibi. At secundum leges Civiles usurae con-  
suetudine licita s. ff. de Usuris ibi: placuit  
licitas usuras, pati posse. Idem dicitur l. eos  
qui C. eodem.

V. De Jure Civili, licitum est patri occi-  
dere adulterum in flagranti crimine cum  
filia deprehensum, dummodo est filiam  
occidat l. Patri, et seq. ff. ad Legē Juliam  
de Adulteris. Idemq. permittitur marito  
respectu certarum personarum, si depre-  
hendatur in adulterio cum uxore sua l.  
Marito ff. eodem. Utinam horū execranda  
ff. Canones, Can. si non licet, 23. q. 5. ff.  
Can. inter haec, C. 33. q. 2.

VI. De Jure Canonico, quando Coniux  
causa captivitatis, vel peregrinationis, aut  
hujusmodi diutius abest, non licet alteri  
coniugi novum Matrimonium inire, donec  
certum nuntium acceperit de morte prio-  
ris conjugis, c. in praesentia, 19. de Sponsal.

39  
et c. Dominus, 2. de Nuptiis. Scius est de  
Jure Civili, nam juxta hoc, si non constet,  
priorem conjugem esse superstitem, suffi-  
cit expectare per quinquennium, quo elap-  
so, et altero conjugis non comparente, per-  
mittitur novum Matrimonium, Auth. de  
Nuptiis, §. sed et captivitate Collat. 4.

VII. De jure Civili impune permittitur  
Concubinatus in l. 4. ff. et C. de Concubin.  
et in Novell. 18. c. 5. Ad per ff. Cano-  
nes Concubinatus expresse prohibetur. c.  
quidam dist. 34.

VIII. De jure Civili requiritur Consen-  
sus Parentum ad validitatem Matrimonij,  
adeo, ut sine eo Nuptia non subsistant,  
ubi Nuptia ff. de Ritu Nuptiar. et l. Nae  
Filius C. de Nuptiis et S. l. Inst. eod. eod.  
Scius est Spectato jure Canonico, ubi talis  
consensus non requiritur, nisi de honesta-  
te, can. Sufficiat 27. q. 2. et can. Hoc sanc-  
tum, 32. q. 2. Item Conc. Trid. sess. 23.  
c. 1. de Reform. Matrim. ubi oppositum af-  
ferentes anathemate damnantur.

IX. De jure Civili possunt Consobrii, seu  
duorum fratrum vel sororum Liberi, cum  
de matrimonio contrahere. l. celebrandis C.  
de Nuptiis, et §. Duorum fratrum Inst. eod.  
Non sic de jure Canonico, c. Non debet, de  
consang. et affinit.

X. De jure Canonico gradus Consanguini-  
tatis ita computantur, ut duo fratres sint  
in primo gradu, et filij duorum fratrum in  
secundo gradu conjuncti can. ad sedē, et can.  
ult. 35. q. 5. De jure Civili, autem duo fra-  
tres in secundo, et filij filij eorum in qua-  
rto consanguinitatis existunt, §. Secundo gradu  
et seqq. Inst. de gradibus Cognationum.

XI. De jure Civili Imperator potest Ec-  
clesias, ac Personis Ecclesiasticis imponere

collectas l. Nominis C. de Sacrosanct. Ecles.  
Secus est de jure Canonico, c. non minus,  
et c. Adversus, de Immunit. Ecles.

XII. De jure Canonico in omni Rescripto  
Papa subintelligitur illa clausula, Si pre-  
ces veritate nituntur, licet non apponatur,  
c. ex parte 2. de Rescriptis. Verum de jure  
Civilis clausula illa necessario est apponenda  
aliquin non valent Rescripta Principis, l.  
Universa, 7. C. de diversis Rescriptis.

Qui plures inter utrumq. jus contrarietates de-  
siderat adeat Jacobum Brandum  
in sua introductione ad Jus Canonicum

S. 3.

Quid observandum, quando pugna est  
inter Jus Canonicum, et Civile

XIII. De jure Civili  
heres ex delicto defuncti  
conveniri nequit, nisi ex  
tali delicto factus sit locu-  
pletior, vel si cum de-  
functo contestata fuerit.  
l. un. C. ex delictis, de-  
funct. De jure tamen  
Canonico ad exoneranda  
conscientia defuncti qui  
jure naturali tenentur  
lasi damna compensare,  
etiam heres pro pro viribus  
hereditatis in idem satisfaci-  
re tenetur. c. 9. de raptu  
rib. jureand.

Pro rei notitia sequentes comuniter tradun-  
tur regula.

Prima est. Quando aliquis casus dubius est  
in jure Civili; jure autem Canonico  
clare decisus, secundum leges Canonicas  
terminandus est. Et e converso, si in jure  
Canonico res dubia est; jure vero Civili  
clare decisa, jure Civili standum est  
etiam in foro Ecclesiastico, dummodo  
res hujusmodi sit profana. Vtrumq. hoc  
desumitur ex c. 1. et 2. de Novi oper. nunciat.  
ubi dicitur. Sicut leges non dedignantur. S. Ca-  
nones imitari, ita et S. Canonum re statuta  
Principum constitutionibus adjuvantur.

7 seu causa

Dixi, dummodo res sit profana; na in mate-  
ria spirituali leges Civiles in foro Ecle-  
siastico locum non habent, nisi expresse  
vel saltem usu a S. Canonibus recepto in-  
veniantur.

Secunda est. C. in materia, que non est  
per se pecaminosa, sed solum profana

ut sunt sollemnitates Contractuum et similia / pu-  
 gna sit inter jus Canonicum et Civile, tunc  
 quodlibet Jus in foro suo servandum est ni-  
 mirum in terris Summo Pontifici subiectis  
 jus Canonicum: In terris Imperii jus Civile.  
 Ratio est, quia in materia profana nec po-  
 testas secularis subordinata est Ecclesiastica,  
 nec Ecclesiastica seculari.

Tertia. Quando agitur de materia concer-  
 nente conscientiam, uti est concubinatus, ce-  
 nentes filia in adulterio deprehensa, et si-  
 milia, qua ~~et~~ s. priori aliter jure Canonico,  
 aliter jure Civili decisa esse ostendebamus,  
 tunc procedendum est secundum jus Canoni-  
 cum, etiam in terris Imperii, cum generali-  
 ter omni constitutioni derogandum sit,  
qua absq. peccato mortali non potest observa-  
 ri. c. fin. de prescript.

Quarta. In rebus spiritualibus, quales sunt  
 matrimonia, vota, juramenta, expleto jure  
 Civili, standum est juri Canonico in utroq.  
 foro; nam de rebus spiritualibus tractare  
 non ad secularem potestatem, sed ad Ecclesias-  
 ticam spectat. c. decernimus 2. de judiciis.

Quinta. Leges Civiles disponentes per mo-  
 dum precepti de personis et rebus Ecclesias-  
 ticis sunt licet favorem ac bonum Ecclesia-  
 rum aut personarum Ecclesiasticarum concer-  
 nant, invalida reputantur. c. 1. dist. 9.  
et c. 10. de Constit. Certum namq. est, per-  
 sonas Ecclesiasticas, resq. earum a potestate  
 secularium jure divino exemptas esse.  
Dicitur per modum precepti; si enim merum  
 favorem ultra preceptum, aut obligationem  
 contineant, omnes convenerunt, quod etiam  
 ante approbationem Prælatorum Ecclesiasti-  
 corum robur habeant; ne, quod in Ecclesiasti-  
 carum personarum favorem introductum  
 est, in earum odium retorqueatur contra

212  
Regulam 6j. de Reg. J. in 6. Talis favor  
aut privilegium est in Auth. quas actiones  
C. de ff. Ecclesis, ubi contra Ecclesiam  
Romanam tantum Centenaria contra alias  
quadragenaria præscriptio admittitur.

§. 4.

### De interpretatione Legum.

Præstat hæc referre, quædam præcepta seu re-  
gulas, quæ circa interpretationem legum  
sive Ecclesiasticarum sive Civilium observari  
debent.

Prima est, quod interpretatio legis potius men-  
ti, quam verbis Legislatoris convenire debeat.  
Siquidem non debet intentio verbis, sed ver-  
ba intentioni deferre. c. Secundo requiritur  
48. de appellat. Et in c. 48. de Ri. J. in 6. cer-  
tum est, ait Pontifex, quod is comittat in legem  
qui legis verbum complectens, contra legis ni-  
tatur voluntatem. Sic delinquit in legem, qui  
prohibitus, ne sine lumine noctu ambulet,  
illud quidem defert, sed ita absconditum, ut  
à nemine videatur.

Secunda est. Quandoquæq; jus positivum  
potest concordari cum jure naturali, debet  
cum illo concordari; unde leges ambiguae,  
an videlicet à jure naturali recedant, potius  
cum eo convenire, quam ab eo discordare cen-  
senda sunt. Smalzgrueber. p. 2. §. 14. n. 151.  
qui ait hæc esse certam Jurisconsultorum  
regulam. Et ratio est, quia jus naturale cer-  
tum non debet infringi per leges positivas du-  
bias, sicut debitum certum non expungitur per  
solutionem aut relaxationem dubiam.

Tertia est. Licetum est, nonnunquam uti  
epitimiâ, id est, interpretari leges secundum  
bonum et æquum; atq; adeo ob rationes  
legitimas nonnullos casus speciales ab ipsis  
legibus excipere, de quibus S. Princeps in-

Interrogatus fuisset, ipsemet eos excepisset,  
Eruitur hæc regula ex prima; et fundamen-  
tum habet in l. placuit §. C. de judiciis, ubi  
Imperator ait, quod in omnibus causis potior  
esse debeat aequitas, quam stricti juris ra-  
tio.

Quarta est. Quando totalis et adæquata  
legis ratio seu finis cessat, cessat et ipsa lex  
c. cum cessante 60 de appell. Quod si uero  
finis legis solum cesset in particulari casu,  
sunt perseverat ipsa obligatio legis, præser-  
tim si lex formas substantiales præscribat,  
vel alias conformitatem in omnibus mem-  
bris respiciat. Engel. l. 1. §. 2. §. 4. n. 79.

Quinta. Leges favorabiles ampliorem  
recipiunt interpretationem, at contra le-  
ges, quæ poenales sunt et odiosæ, aut ma-  
gnum præjudicium afferunt, stricta sunt  
interpretationis, nec ultra verborum proprie-  
tatem extendenda. Fallit tamen probabi-  
lius hæc regula, ubi est eadem ratio in lege  
expressa; ob hanc enim lex poenalis, vel  
alias odiosa ad casum non expressum exten-  
ditur. Abbas Panorm. l. 1. Consil. 175. n. 6.  
Jusch. litt. E. Conclus. 665. n. 24. Glossa  
in Clement. d. vers. Eligatur de Elect. arg.  
c. si postquam 33. §. Si uero de Elect. in 6.  
et l. si quis id ff. de jurisdic. Quia ratio in  
lege expressa est anima legis. Can. Consuetu-  
do. dist. d. et l. cum ratio 7. ff. de portio-  
ne liberis. Et ubi hæc est eadem, etiã eadem  
consuetur legis dispositio l. ideo 27. ff. de  
legibus. §.

Sexta. Verba legis accipienda sunt, se-  
cundum propriam significationem, et non  
improprianda, nisi aliter constet de mente  
Legislatoris, l. non aliter 69 ff. de legatis 3.

q. c. in poenis. c. odiosa 15.  
de Reg. J. in 6.

q. Huc referri potest illa  
regula, quam tradit Engel  
l. 2. §. 37. n. 18. circa leges  
poenales quæ, inquit ita  
sunt interpretanda ut poe-  
na potius mitigentur quã  
exasperentur; hinc si in  
jure vel in facto dubium  
occurrat, an crimen conis-  
sum, vel quã poenã pu-  
niandũ sit, regulariter  
judex semper in mitio-  
rem partem inclinare  
debet, ut si in jure Ca-  
nonico poena depositio-  
nis statuatur, non de  
reali, seu de degradatione  
sed de verbali, seu sim-  
plici depositione acci-  
piendum est.

In dubia autem et ambigua significatione  
 verbi, <sup>vel legis</sup> preferenda est, qua communi homi-  
 num acceptioni, <sup>ipsius</sup> vel menti, legis, aut equi-  
 tati magis correspondet, vel ad poenas et  
 odia minuenda, favores autem ampli-  
 candos magis convenit. Engel l. 1. tit. 3.  
 §. 4. n. 83.

7 aut consuetudine  
 recepta est; consue-  
 tudo enim est op-  
 tima legum inter-  
 pres. l. 37. ff. de ll.

Septima. Constitutiones posteriores so-  
 lent prioribus, si sibi invicem adver-  
 sentur, derogare. Ratio est, quia, cum  
 Princeps presumatur nosse leges suas,  
 eo ipso, quod per legem posteriorem praeci-  
 pit contrarium alteri, censetur priorē  
 revocare. Si tamen constitutio poste-  
 rior cum priorē probabili aliqua ratione  
 conciliari potest, debet conciliari; juriū  
 quippe correctio, quantum fieri potest,  
 vitanda est. c. 29. de Elect. in 6.

7 l. si unus §. pactus,  
 ff. de pactis.

De Superfluitate verborum vitanda

Ad Canonos bene interpretari valea-  
 mus, opere pretium est scire, an in De-  
 cretalibus, ceterisque juris partibus nihil  
 omnino superfluum admitti possit. Vi-  
 detur enim superfluitatem verborum non  
 nunquam tolerandam esse, praesertim  
 in Bullis Pontificiis, ubi saepius ejusmo-  
 di inculcantur verba: ubi fieri, et potiri  
libere possit, et valeat, quae idem significant.

Dico nihilominus, quod in ff. Canonibus  
 superfluitas verborum sit vitanda, nec admit-  
 tenda. Id clare desumitur ex proemio De-  
 cretalium Gregorii IX. ibi rescriptis super  
flais. Item ex proemio sexti Decretalium.



75  
ubi pariter Pontifex attestatur, compila-  
tionem illam fuisse factam, superfluis per-  
nitus resecatis. Ex hoc

Inferatur 1. Cum omnis superfluitas  
in Canonibus tollitur.

Octava. Verba legis taliter sunt interpre-  
tanda, ut aliquid operentur, <sup>in</sup> quibus super-  
fluitas evitetur, adeo quidem, ut potius ver-  
ba ad impropria significationem trahi debeant,  
quam quod sint superflua. Card. Tuschus  
Concl. 895. n. 30. Patet hoc ex cap. Si Papa  
10. de Privilegiis in 6. ibi: cum verba ali-  
quid operari debeant. Concordat textus  
in L. At Prator §. 1. ff. de iurjurando, ibi:  
Nec frustra adicitur & Et hoc maxime  
locum habet in Decretalibus Gregorii IX. in  
quorum proemio haec leguntur resecatis  
superfluis. Idem exprimitur in proemio  
Sexti Decretalium, ubi Summus Pontifex  
attestatur illa compilatione facta fuisse  
superfluis pernitus resecatis.

Fallit tamen haec regula 1. quando in-  
de sequeretur aliquid iniquum, vel absurdum,  
quia potius admittitur superfluitas in sta-  
tuto, quam quod Statuentes voluerint aliquid  
illicitum, et non permixtum, vel absurdum sta-  
tuere. Barbosa. axiomat. 216. n. 10. et 11.

Fallit 2. in Bullis Pontificiis, in quibus  
sapientius inculcantur ejusmodi verba, uti, fons  
potius liberè possit, ac valeat, quae idem omni-  
potius significant; quanquam forsitan dici posset  
ea verba non omnino esse superflua, eo quod  
ad majorem energiam ponantur. Ceterum haec  
regula non solum in partibus juris, sed etiam  
in omnibus aliis dispositionibus, instrumentis,  
et scripturis locum habet. patet ex l. ult. C. Qui  
admitti ad bonorum possessi ibi: verborum inanium  
excludimus captiones.

Caput 4.  
De locis argumentorū legalibus.

Nota, locos à nobis impraesentiarum appellari. Sedes quaedam ac promptuaria, è quibus ad res confirmandas, refellendasve necessaria vel probabilia ducuntur argumenta; eorū autem notitia juris Candidatis non solum utilis, sed summe necessaria est; quemadmodum testatur Everhardus in praambulis loci argum. Leg. Proinde non abs re erit, si hūc praecipuos, ac in usu frequentiores proponamus; sunt autem sequentes.

I. A genere ad speciem valet argumentum, si procedatur negative; à quocumq; enim remouetur genus, remouetur et qualibet species <sup>feius</sup> ejus. Textus est notabilis in D. C. si causa C. de Transact. Hoc argumento utitur Baldus in c. 1. de prohib. feud. alien. per feder. cir. ca fine principij, ubi dicit, quod si mulier prohibetur per statutū donare, non possit etiam donare mortis causa, quia à quocumq; remouetur genus, necesse est, ut et qualibet species remouetur. Dicit negative; nam affirmative non procedit argumentū à genere ad speciem, sicut et ipsi dialectici norunt. Non enim inquitur: est animal; ergo est homo.

II. A specie ad genus, modo ei insit species, valet argumentum, non è conuerso, C. si quid S. interemptu ff. de Legat. 2. Itaq; conuersus fur est mutuum; ergo est creditum; non è contrario, est creditum; ergo est mutuum; nā potest esse depositum, vel comodatum.

III. A toto ad partem procedit argumentum, ~~modo totius, et partem, fit diversa ratio,~~ aut nisi à jure aliud sit de toto, et aliud de parte dispositum. Sic post litem contestatam

tam potest in parte detrahi à libello; quia si licet in toto multo magis valebit in parte. Ita decidit Lanfrancus in repet. c. quonia contra falsam in materia repeti. circa fin. de probat.

~~Dixi de modo totius est partem diversa non est ratio; hinc dicit Panormitanus in Clem. de celeb. missa, quod licet sumus Pontifex possit dispensare, ut Clericus non tenetur ali quod officium dicere, cum alia sit ratio in toto, et in parte.~~

Dixi, 2. Nisi à jure aliud de toto, et aliud de parte sit dispositum. Pater in conservato- re, id est, in eo, qui datus est iudex ad defen- dendum aliquos à manifestis injuriis, qui licet non possit vires suas in totum alteri committere, potest tamen committere citationem, et denun- tiationem sententia c. fin. §. vires de offic. Deleg. un. 6.

IV. E contrario à parte ad totum etiam procedit argumentum, modo sit eadem ratio utriusq; unde sicut Capitula Ecclesiarum collegiatarum non vocantur ad Concilia Provincialia, sic nec de jure vocanda sunt ad generalia. Ita singulariter decidit Panormitanus in sua dis- putatione, qua incipit Episcopus.

V. Ab exceptione ad regulam valet argu- mentum, ita nempe, ut regula locum habeat in omnibus casibus, qui sunt de regula, nec ab ea sunt excepti, exceptio quippe in casibus <sup>non</sup> exceptis firmat regulam, c. nam quod liquidi 4. §. fin. de pen. legat. ubi Paulus ait: si cui penus legata sit pro- ter vinum, omnis proferri penus legata vide- tur, excepto ~~pro~~ vino. Si tamen inde se- queretur absurdum, aut constaret, aliud fuisse de mente disponentis, tunc regula per excep- tionem non restringitur, et per consequens ar- gumentum non procederet. arg. c. siue oportet, §. aliud ff. de excusat. tutor. et c. continuas, §. cum ubi in fin. ff. de verb. oblig.

VI. Ab absurdo valet argumentum, et est in jure fortissimum; unde ad evitanda absurditatem Lex correctoria nonnunquam extendi, vel restringi debet, l. nam absurdum ff. de bonis libert. Hinc etiam, ut ait Barbosa verbo argumentum n. 95 in omni dispositione vel actu interpretatio fieri debet, ut absurditas evitetur l. fin. in princip. C. de usur. rei judicata. Et ratio est, quia nemo sanae mentis presumi potest, aut jubere, aut ordinare, aut disponere, quae sunt absurda et aliena à recta ratione.

VII. A defectu forma validum est argumentum, nempe non servata forma data à lege, vel ab homine, corrumpit actus quia propter de Elect. C. cum dilecta de Rescript. Unde licet error vel ignorantia juris excuset mulierem, et rusticam, quando non potuerunt consulere peritiores, tamen hoc fallit in omnibus his, quae sunt inducta pro forma actus: et hinc est, quod si mulier vel rusticus faciendū testamentum non adhibeant deb. testes, quot de jure requiruntur, hoc ipso nullū sit. l. nemo potest ff. de Legat. 1.

VIII. A simili verisimili argumentum in jure frequens est, ac valde utile. Textus est notabilis in c. d. de his, quae vi metusve causā fiunt, ubi arguitur à verisimili, quod mulier juvenis infantem parvulum habens non sponte, sed metu compulsa votū castitatis emisit. Imo valet ad proferenda sententia, si praesumptio est violenta, ut patet ex cap. afferre de praesumpt. et habetur 3. Reg. 3. Vbi Salomon duabus mulieribus de eodē partu contententibus, tulit sententia ex verisimili pro una, quae volebat parvulū dividi per mediū contra alterā, quae hanc

279  
divisionem expetebat; quia verifimile non est, quod mater necem sua proli ferre, minus cupere possit. Hoc tamen non nisi in causa Civilis procedit; nam in Criminali probationes debent esse luce meridiana clariores ad condemnationem l. Sciatis cuncti, C. de probat.

IX. A Simili fortissimum est argumentum in jure; ubicumque enim eadem est ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio. l. illud ff. ad Legem Aquilia, et l. ideo 27 ff. de legibus. Eo utitur argumento Angelus in S. ferè just. de rerum divis. quo ostendit, quod, licet omnes dextus dicantur licere venari, et aucupari in fundo alieno ante prohibitionem Domini, nihil statuant de piscatione: attamen, quia eadem est ratio, utrobique, sentit, idem juris esse debere. Isto etiam argumento utitur Barbolus in l. naturaliter ff. de usufructu quo docet, quod sicut tempore hostili non currit prescriptio, sed dormit, sic etiam tempore pestis. Fallit tamen hoc argumentum in casibus in jure expressis, casus enim pronus et expressus facit silare et cessare tacitum l. fin. C. de pact. convent.

X. A minori ad majus fortissimum est in jure argumentum. Textus notabilis est in c. cum in cunctis, de Elect. ubi: Cum in cunctis sacris ordinibus et Ecclesiasticis ministeriis sint aetatis maturitas, gravitas morum, et liberarum scientia inquirenda, multo fortius in Episcopo hoc oportet inquiri, qui ad curam aliorum positus in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat converfari. Sumitur itaque iste arguendi modus a minore ad majus

ab eo, in quo minor est ratio, ad id, in quo  
major reperitur. Sic cujus fama parvitas,  
multo magis vita parvitas est, l. si adul-  
terium §. liberto ff. ad leg. juliam de adulteris  
adulter. Hoc argumento usus est Spottolus  
ad rom. 7. v. 11. Si enim, inquit, cum inimici  
essemus, reconciliati sumus Deo per mor-  
tem filii eius, multo magis reconciliati, sal-  
vi erimus in vita ipsius. Istud argumen-  
tum maxime locum habet in prohibitivis,  
delictis scilicet et poenis eorum. Si enim  
punitur attentatum, quanto magis consum-  
matum l. si quis non dica C. de Episcop. et  
Cleric.

XI. A majori ad minus validum etiam est  
argumentum, modo negativè procedatur, se-  
cundum quod valet huc consequentia: Si  
non punitur delictum consummatum, ergo nec  
attentatum. Si per statutum filia dotata  
non succedit Patri intestato, extantibus  
filiis masculis, multo minus neptis ex  
filia succedet. Hoc argumento utitur  
Pontifex c. licet universis de testibus, ibi:  
quia non est licitum alicui Christiano, et  
multo minus Crucis Christi inimico, ut cau-  
sa sua unius tantum quasi legitimo testi-  
monio finem imponat.

XII. A rubro fortissimum est argumentum,  
recepta quippe Jurisperitorum doctrina est,  
ait König in lib. 2. §. 6. §. 1. quod quando  
Rubricæ perfectum sensum reddit, jus faciat  
et in causarum decisione pro lege allegari va-  
leat; maxime si incipiat per ut, vel ne  
arg. l. 1. et ibi Gothofred. ff. de rebus Credit.

Sed quid si rubrica sit contraria nigro,  
sive testis, cui potius standum? Et Nigro tan-  
quam posteriori; posteriora enim prioribus  
derogant, l. pacta novissima C. de pactis.

51  
XIII. A contrario sensu argumentum est  
validissimum l. 1. §. hujus ff. de offic. epus,  
cui mandata est juris. Vide glossa in l.  
qui testem §. mulier ff. de testibus ait,  
sensum contrarium accipi pro lege, adeo ut  
quod à contrario sensu venit perinde se  
habeat, ac si expressum esset in lege.  
Ceterum hoc argumentum fallit primò,  
quando à contrario sensu resultaret pra-  
vum vel absurdum intellectus. In exemplum  
habetur in regula D. Benedicti  
adducit Everhardus in h. l. <sup>capit</sup> 39. regula  
D. Benedicti ubi dicitur: carnium vero  
quadrupedum omnino ab omnibus abstinendum  
comestio praeter omnino debiles, et aegrotos.  
Ex hoc si quis arguat à contrario sensu quod  
Monachi sub regula D. Benedicti bipedibus li-  
cite vesci possunt, ut gallinis, perdiciibus, & ma-  
le argueret; cum huic sensui contradicat re-  
ra ratio secundum Hostiense. N. Joan. And. in  
c. cum ad Monasterium de Stat. Monach.

Fallit Secundo, quando ex eo sequeretur cor-  
rectio juris l. 2. C. de cond. infer. vel, quando  
sensus contrarius esset legi, vel cuida Cano-  
ni, Ita Joan. And. in c. publicato col. 3. de Elect.

XIV. A superfluitate vitanda argumentum  
etiam fortissimum est in jure. Federicus de  
Senis consil. 45. paulò ante finem, ubi à super-  
fluitate vitanda fortissimum argumentum de-  
promit, inferendo, quod nomine Monasterii  
non semper intelligatur Monasterium Ordinis  
non Mendicantium: quia in cap. 1. §. sane de  
Statu regularium, inquit Pontifex: In Monaste-  
riis ordinum non mendicantium, ergo si nomen  
Monasterium ex sui natura et primava signi-  
ficatione jam importaret Monasterium Ordinis  
non mendicantium, frustra Pontifex addidisset  
verba illa: ordinum non Mendicantium, forentq;

Superflua: atqui huiusmodi superfluitates  
sunt fugienda, et consequenter dicendum,  
quod quaedam sunt Monasteria ordinis non  
mendicantiu, et quaedam ordinis Mendicantiu.  
Ita discurrit Federicus de Senis, Qui mo-  
dus argumentandi; etiam in aliis materiis  
deservire poterit. Vide quas dicta sunt  
c. precedenti reg. 8. Hoc enim argumentum  
ab ea omne robur suum mutuat.

## Caput 5. De principiis et axiomatibus utriusq; Juris.

Quam sit utilis principiorum ac axio-  
matum usus Juris usus ex multis facile  
constat; nam ingenium sui brevitate delect-  
ant. Glos. in l. 1. ff. quod metus causa l. 1. ff.  
de re iudicata; tantoq; magis sunt necessaria,  
quanto sunt generaliora; ~~et~~ ~~quod~~ ~~per~~ ~~re-~~  
~~feruntur~~ ~~per~~ ~~totu~~ ~~corpus~~ ~~diffusa~~, hinc opera pretium  
diximus principaliora atq; magis usitata in  
distingua principia et axiomata ~~separata~~  
separata secundum ordinem alphabeticum dis-  
posita hic exhibere, qua<sup>ut</sup> et a Juris alumnis  
memoria mandentur, ~~ut~~ ~~impense~~ ~~deside-~~  
ramus.

1. Absolvere, qui potest, condemnare etiam  
potest, argumento a contrario sensu sumpto;  
quia qui condemnare non potest, nec etiam  
absolvere. l. nemo, qui condemnare, de reg. j.

2. Absolvere nocentem sanctius est, quam  
condemnare innocentem l. absente ff. de pac-  
nis

3. Absurdus intellectus ab omni dispositione est  
rejiendus l. nam absurdum ff. de bon. libet.  
cum similibus.

4. Acquisibile per privilegium potest etiam acquiri per consuetudinem, vel praescriptio-  
nem temporis immemorialis. Glos. ad DD. inc. 36. de v. s. procedit tamen solum in  
his, in quibus non datur incapacitatem possessionis.



7. Accessorium corrumpit sublato principali. l. qui liberis ff. de vulg. et pupill. subst. concordat cum regula 48. de reg. j. in 6.

8. Accingendus de proximo, habetur pro accincto, l. ex eo tempore ff. de testam. milit.

7. ff. idem dicitur de Actore;

7. Accusator non probante reus absoluitur, l. qui accusare. C. de edendo.

8. Actio senel extincta non reviviscit. l. electio cum ibi notatis ff. de nozal. act. et ali.

9. Actio cui conceditur, multo fortius exceptio. l. 1. §. qui superficies ff. de superfi. l. invitus §. cui damus ff. de reg. j. c. 71. de R. j. in 6.

10. Actiones suas remittentibus non est dandus ad eas regressus, l. queritur, §. si venditor ff. edilit. edict. l. fin. ff. de remis. pignor. §. si quis itaq. Inst. de bonor. posses.

11. Actor debet sequi forum rei, l. in criminali c. de jurisd. om. jud. c. sine de foro competent.

12. Actum celebrare, et ei consentire paria sunt. l. utrum et l. leg. ff. ad leg. Pompej. de parricid.

13. Actus corrumpit omisam formam legis. Concordat cum regula que contra de reg. j. in 6.

14. Actus agentium nunquam operantur ultra eorum intentionem l. non omnis 19. ff. si cert. pet. l. in agris, ff. de acquir. reru. domini.

15. Actus debet semper interpretari, ut aliquid operetur, nec sit inutilis l. quoties ff. de rebu. dubiis. Concordat cum reg. 8. supra c. 5.

16. Equitas prevalere debet rigori l. 1. §. si ego ff. si pars hered. pet.

17. Affectus non punitur, nisi sequatur effectus; l. cogitationis ff. de poenis.

18. Afflicto non est danda afflictio l. navis §. cum autem ff. ad legem Rhod. de jactu. exiipe nisi afflictus del. causa nova afflictionis.

19. Agere invitus nemo compellitur l. unie.  
c. ut nemo invitus.

20. Beneficia Principum latissime sunt in-  
terpretanda l. 3. ff. de const. princip.  
exige nisi in prejudicium Tertii vergant.

21. Bona fides non patitur, ut bis idem  
exigatur l. bona fides ff. de positi. c. bona, 83. de reg. j. in 6.

22. Bona qui non habet, licet in corpore,  
l. ult. ff. de injus vocando.

23. Casus <sup>exceptus</sup> ~~contingit~~ firmat regulam in  
contrarium. De hoc vid. 26. cap. precedenti  
argum. 5.

24. Causa cessante cessat ejus effectus l. ad-  
gere, §. quomodo, ff. de jure Patron. consequen-  
ter, causa cessante obligationis, cessat obli-  
gatio.

25. Causa qua de damno certat, melioris est  
conditionis potior est eiuspi dem, melioris est  
conditionis quam ea qua de lucro certat, ubi  
in eadem re certant, l. 13. §. 15. de act. capt. l.  
9. de o. et a. l. 9. ff. de de evict.

26. Concesso uno intelliguntur concessa omnia  
ad illud unum necessaria l. 2. ff. de jurid. om. jud. Feliti Bald. et DD.

27. Condicio induit formam, qua ommissa dis-  
positio non sortitur effectum l. Marcius l. qui  
heredi ff. de condit. et demonstr. l. 8. §. quod si ff. de peric. et comm. rei vend.

28. Connesorum idem est iudicium. c. 3. de constit.  
Sic si alicui iurisdiclio commissa sit, ea etiam  
exercere potest in acceptis et connoxis c. praeserea  
5. de offic. delegati

29. Conjecturis non est opus in claris, et presump-  
tio cedit veritati, l. ille, aut ille, §. cu in verbis  
ff. de legatis 3.

30. Consequens qui vult, vult et antecedens. l.  
ad rem mobile. l. ad legatum ff. de procurat.

31. Consuetudo vim legis obtinet. Con. consue-  
tudo 2. dist.

32. Crimina tanto sunt graviora, quanto diutius durant, c.  
ult. de consuet. c. 5. de eo qui duxit

33 Culpa suos debet tenere Authores. C. An-  
limus C. de poen.

34 Culpa ubi non est, nec poena esse potest.  
C. Si putator ff. ad l. aquil. c. sine culpa de reg.  
jur. in 6. 9.

3 Culpa vel delictum non  
presumuntur, sed proba-  
ri debent, l. si ff. pro  
socio. l. 6. C. de dolo.

35 Damnum dedisse videtur, qui occasionem  
damni dabit, l. ante §. si cum seruo ff. de  
in bonorum raptorum cum similibus.

36 Dolus nemini debet patrocinari C. nec  
ex dolo ff. de rei vind. c. audivimus de collus. datay

37 Donare suum nemo presumitur C. cum  
de indebito 25. varf. Si vero ff. de probat. et  
presumpt. l. fin. C. de noval.

38 Dubia in meliorem partem sunt inter-  
pretanda. C. cum creditor ff. de furtis. c. 2. de  
reg. 7. in antiquis

39 In dubio tutior pars est eligenda. C. si  
fuerit §. ult. ff. de reb. dubiis. c. ad audientiam  
de homicidio

40 Expressio unius est  
exclusio alterius.  
per text. et gloss.  
in l. 15. ff. de except.  
rei iudic.

41 Extra territorium jus dicenti impune non  
paretur, c. fin. de Constit. in 6. l. fin. ff.  
de iurisd. omn. iud.

42 Facta non presumuntur, nisi probentur,  
l. in bello §. facta ff. de captiv. et postlim.  
cum similibus

43 Facta pro infectis haberi non possunt, ibidem

44 Facto alterius nemo debet aggravari  
l. si quis suo §. legis C. de inofficiosa testam.

45 Factum alicujus ipsu iudicat C. cum probatio  
ff. de probat.

46 Favori suo quilibet renunciare potest  
C. cum pater §. libertis ff. de legat. 2. c. ad  
Apostolicam de regularib.

47 Frustra legis auxilium invocat, qui comit  
dit in legem. C. auxilium §. in delictis ff. de min.  
cap. ult. de immunit. Eccl.

Generalis locutio comprehendit omnia C.  
cum quarebatur ff. de verb. significat.

48 Inklusio unius est exclusio alterius. Et post divisionem C.  
cum Prator ff. de iudiciis, ubi: cum Prator unus  
ex pluribus iudicare uetat, ceteris id committere  
uideretur. Exiipe nisi unius et alterius eade sit ratio.

49 Jure suo qui utitur, nemini facit injuriam  
C. injuriarum D. s. ff. de injur.

50 Juri suo quilibet renuntiare potest. C. si  
quis in conferendo C. de episcopis et Cler. C. si  
de terra de privil.

51 Juramentum non est vinculum iniqui-  
tatis, c. 18. de jurejurando

52 Juramentum omne servandum est, quod  
sine salutis aeterna dispendio et prejudi-  
cio tertij seruari potest, c. 8. 28. de  
jurejurando c. 2. de pactis in 6.

53 Lex ubi non distinguit nec nos distinguere  
debemus, notabilis est textus C. de pretio ff. de pu-  
bliciana in rem act.

54 Mala non sunt facienda, ut inde eveniant  
bona. c. ex quarum de sortilegis 14. q. 9. per tot.  
item Roman. 3. v. 8.

55 Malum minus eligendum de duobus bo-  
malis. c. duo dist. 13. c. juravit. c. non solu-  
23. q. 3.

56 Moriens nunquam presumitur immemor fa-  
cultis aeternae C. fin. C. ad Legem juliam repet.  
c. Janimus d. 9. 4.

Melius est intacta jura  
servare, quam post vulne-  
rata causa remedium  
quarere C. ult. C. in qui-  
bus causis restit.

57 Nullum quod est, rescindi non potest. C.  
nam et si sub conditione ff. de injusto rupto,  
irrita testam.

Non est malitius homi-  
nu indulgendu, qui nihil  
agunt, quam ut noceant  
C. 38. ff. de Rei. vind.

58 Officium suum nemini debet esse damno-  
sum L. 1. q. 9. sed si quis ff. quemadmodu testa-  
mentu aperiantur c. cu non deceat 30. de elect. in 6.

60 Par in parem non habet imperium. C. nan  
Magistratus ff. de Recept. Arbit. C. Innotuit 20.  
S. quomodo de Elect.

61 Paria delicta mutua compensatione tollun-  
tur. C. Viro 39. ff. Solutio matrimonio. C.  
c. intelleximus, et c. fin. de adult.

62 Poena est noxa vindicta, C. aliud 131 pr. de  
verb. signif. vade etiam dicitur solent: poena  
presupponit culpam.

63 Praesumptio cedit veritati. C. nuptura filio  
ff. de iure dot.

64 Praesumptio una tollit aliam C. Divus ff.  
de in integ. rest.

65 Privilegiatus contra pariter privilegiatum  
non utitur privilegio suo. C. assiduis vers. Dua-  
bus C. de Qui potiores in pignore habeantur. Hoc in-

7 de damno vitando certat,  
ubi magis faveatur dam-  
num vitanti, quam lucro  
vitanti, C. verum 11. S. item  
queritur C. et C. si minor  
34 ff. de minoribus.

telligi, quando utriusque pariter conditio, et uterque certat de lucro  
captando, vel damno vitando; secus, si unus de lucro captando, et alter  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

66 Prohibere non potes, quod tibi non nocet,  
et alteri prodest. C. 2. S. si idem aiunt et S. denique  
12. ff. de aqua plu. arcend.

67 Prohibita omnia intelliguntur, quae non in-  
veniuntur in iure concessa. C. pastoralis 53. de  
appell. C. inter corporalia de heret. Episc.

68 Prohibita, quae non inveniuntur, per legem  
permissa censentur. C. nec non 28. ibi. Sed si le-  
ges non prohibeant ff. ex quibus caus. maj. C.  
1. ff. de testib.

69 Protestatio contraria facto non suffraga-  
tur, C. cum in plures S. Locator ff. Locati.

70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

71 Quod de uno negatur, de alio concessum  
esse videtur C. cum Prator ff. de iudic.

72 Quod omnes tangit, debet ab omnibus  
approbari. C. fin. in fin. Co. de Authorit. prae. stan.

73. Ratio ubi est eadem, debet esse eadem juris dispositio, l. illud 32. ff. ad legem Aquiliam cum  
severitas. l. deo ff. de legibus.

74. Regula in dubio inhaerendum est, donec  
exceptio probetur, l. illud C. de sacrosanctis  
Culeis. l. ult. C. de hered. inst. l. apud  
antiquos, C. de furtis. arg. c. fin. de rest. Spoliat.

75. Remedium ordinariū, ubi datur non conce-  
ditur extraordinarium. l. quada v. quidid ff.  
de edendo. l. in causa 17. ff. de minor. exi.  
nisi extraordinarium sit pinguius. Vid. Engel. l. i. 4. 21. n. 2.

76. Res transit cum suo onere ad quemcumque  
vadat. l. is, cui opus ff. de Nov. oper. nunt.  
l. si convenit §. si fundus ff. de pignor.  
act. intelligitur si onus reale sit, non vero  
si personale. act. intellige de onere reali,  
non personali.

77. Scire, et scire debere paria sunt. l.  
quod de s. ff. si certū petatur. c. fin. §. si quis  
de clandest. dispens.

78. Subrogatum capit naturam ejus, in cuius  
locum subrogatur. l. si. cū §. qui injuriarū  
ff. si quis caut. l. filiar. §. lex actio §. Atti-  
tia, ff. de condit. et demonstr.

79. Taciti et expressi idem est iudicium. l.  
cum quid ff. si certū petat.

80. Turpitudine propria allegans non est au-  
diendus. l. mercenale C. de condic. ob turpe  
caus. l. transactione C. de transact.

81. Turpius ejicitur, quam non admittitur  
hopes. c. quemadmodum §. alioquin de iur. jur.

82. Velle quis non creditur, quod non potest.  
l. Lucius §. imperatores ff. ad municip. l.  
si tibi §. unus ff. de option.

83. Verba debent inservire intentioni, non  
intentioni verbis. c. secundo requiris de appell.  
c. intelligentia de v. s. l. non aliter ff. de legatis 3.

77<sup>2</sup> Si actus non valet, ut  
ago, valeat omni meliori  
modo, quo potest, §. fin.  
inst. de adopt.

59  
85 Vim vi repellere licet, l. ut vin, ff. de  
just. et jure

86 Vincens vincentem le, multo magis vin-  
cit le. l. de successione ff. de diversis  
et tempor- prescript. v. g. Si Abbates <sup>Abbatibus</sup> procedunt  
Vicarios: Vicarium Generale, quanto magis <sup>Abbatibus</sup> procedunt  
87. Vnius dictum, dictum nullius, c. cu di-  
lecti in fin. de accus. l. jurijurandi, c. de testibz

88 Voluntas coacta voluntas est. l. si mu-  
lier 2j. §. Si metu coactus ff. quod metus  
causa: c. merito 15. q. 1.

Hactenus de axiomaticis, Caetera vero, qua ad-  
huc potuissent adduci, vel continentur in  
regulis et argumentis supra relatis, aut  
in regulis juris mox exponendis, ~~et quibus~~  
igitur sit

### Caput 6.

De regulis juris in quinto et  
sexto Decre-  
taliu

Balthasar Braun hanc Jurisprudentia  
Candidatus prescripsit regulam, ut duos ele-  
mentares titulos ex Digestis perultimu  
de verb. signif., et ultimum de Reg. J.  
legant; et si non ambos, saltem postre-  
mum omnino memoria mandant; eo quod  
contineat criteria et theoremata juris ge-  
neralia demonstrativa innumerabiliu con-  
clusionum. Est itaq; titulus de regulis ju-  
ris, ut ait Canisius in profat. veluti penus  
quadam, in qua totius quasi juris thesau-  
rus delitescit. atq; adeo, ut advertit Gao-  
bus Godofredus in profat. inter ipsa juris  
discendi primordia studiosorum animos  
generalibus regulis Juris

60  
imbuendos ac initiandos esse. Juvat  
proinde, ut hujusmodi regulas succin-  
ta paraphrasi ~~et~~ hinc exhibeamus.  
Primum tamen eo deseri-  
damus, opera pretium est, scire, quid  
sit Regula? quotuplex? et quanam  
eorum efficacia seu emolumenta.

S. N.

## De regulis Juris in genere.

Regula definiiri potest, quod sit  
brevis et generalis sententia ex spe-  
cialibus legibus aut canonibus iam an-  
tecedenter latis desumpta. Ex eo siquidem,  
quod per leges et Canones in diversis lo-  
cis variis casus particulares sibi invicem  
conformiter decidantur, regula confici-  
tur, et generalis quadam sententia  
pro communiter contingentibus effor-  
matur.

In exemplo: jure statutum est, perjurum  
non esse admittendum ad testificandum  
propter suspicionem perjurii C. Testimonium  
54. de test. et attest. Item uxorem  
non esse restituendam Marito Savienti  
ab eo digressa ob metum Savitiae C. lit-  
teras 15 in fin. de restit. Spoliat. pro-  
dit inde regula sequens: semel malus  
semper presumitur malus. C. 8. de R. J.  
in 6. Unde dixit Paulus ¶ Titus, quod  
regula sit, qua rem, qua est, breviter  
enarrat, non ut ex regula jus fiat, sed  
ex jure quod est, regula sumatur C. regu-  
la 1. ff. de R. J.

Porro regula juris alia sunt juris  
Civilis, alia juris Canonici. Regula



61  
Juris Civilis sunt, quae juri Civili sunt  
inserta, easque numero 211. Imperator  
Justinianus ad finem Digestorum sub  
titulo de regulis juris subiunxit.  
Regulae vero juris Canonici sunt ea,  
quae juri Canonico sunt annexae, qua-  
rum quaedam titulum finale libri  
5. Decretalium faciunt, aliae vero sex-  
tum Decretalium claudunt.

Regulae hujusmodi aliae sunt authen-  
ticae, aliae non authenticae, sed solum  
doctrinales. Authenticae sunt ea, quae  
juri Canonico, vel Civili auctoritate  
Papali vel Imperatoria sunt insertae.  
Non authenticae, alias Brocardica dictae  
sunt ea axiomata, s; de quibus cap. praeced.  
qua privata tantum auctoritate ex lo-  
cis iudicialibus, vel ex principiis aliarum  
scientiarum depromuntur; proindeque  
vim decisivam non habent, nisi longa  
curiarum, et dicasteriorum praxi cor-  
roborantur, vel naturali lumine  
demonstrari possint, vel sint ipsissima  
legis verba.

Ceterum Regularum juris duo po-  
tiora sunt emolumenta. Primum est quod  
in casibus non exceptis vim juris deci-  
sivam habeant. Ratio est, quia ex  
jure sunt deprompta et auctoritate pu-  
blica juri sub speciali titulo inserta.  
Dixi in casibus exceptis, nam fallit  
Regula, ubi ~~pro~~ circa speciale casu  
in jure habetur exceptio; haec enim  
ubi adest, movet dubio regulae gene-

valiter non procedit; cum exceptiones aliud non sint, quam limitationes regularum circa casus particulares.

Secundum est, quod in dubio potior sit causa illius, pro qua stat regula, cum habeat intentionem in iure fundatam, et liberetur ab onere probandi; nec illud in se recipere debeat, donec probetur, quod casus, de quo agitur a regula sit exceptus per l. ab ea ff. de probat. Inde natum est hoc Brocardion s: de quo cap. proced. Regula in hoc habendum est, donec exceptio, vel contrarium probetur. arg. c. fin. de restit. spoliat. cum similibus. His ita pronotatis, nunc ad ipsas regulas exponendas progrediamur.

S. I.

De regulis juris in antiquis seu quinto Decretalium annexis in specie.

~~1. Omnis res per quasque causas nascitur, per easdem dissolvitur.~~

~~Hoc regula tribui solet S. Chrisostomo et re-  
fertur c. omnis 27. q. 2. Locum solum ha-  
bet in contractibus et obligationibus civilibus, quae ex solo positivo iure humano constituta sunt; sensus proinde illius iste est: Omnis obligatio seu contractus civilis, per quasque media aut modos inducitur, per eadem media aut modos dissolvitur. Fallit igitur haec regula in Matrimonio, aliisque obligationibus spiritualibus, quae iuri divino subsunt.~~

63  
i. Omnis res, per quascumq; causas nascitur, per easdem dissolvitur.

Hoc regula tribui solet c. Chryso-  
stomo et refertur c. omnis 27. q. 2. Sen-  
sus illius est. omnis obligatio, vel con-  
tractus civilis per quascumq; causas aut  
media inducitur, per eadem dissolvitur  
Sic v.g. venditio et emptio mutuo consen-  
su facta etiam mutuo consensu dissolvi-  
tur. Dicitur obligatio civilis; nam ut hic  
advertit glossa, haec regula solum locum  
habet in contractibus, et obligationibus  
civilibus, quae ex solo positivo jure hu-  
mano constituta sunt. Fallit proinde  
in Matrimonio, et aliis obligationibus  
spiritualibus, quae juri divino subsunt.

II. Estote misericordes c. Hoc loco nihil  
aliud nobis praecipere existimo, nisi ut ea  
facta, quae dubium est, quo animo fiant, in  
meliolem partem interpretemur. Quod etiam  
scriptum est: ex fructibus eorum cognosce-  
tis eos, de manifestis dictum est, quae non  
possunt bono animo fieri: ut stuprum, blas-  
phemia, furta, ebrietates, et similia, de  
quibus nobis permittitur judicare.

Hoc regula se ipsam declarat, atq; in  
istis paucis verbis comprehenditur. Dubia  
in meliolem partem interpretari debent. sum-  
mar. hic.

III. Utilius Scandalum nasci permittitur, qua  
veritas relinquatur.

Sensus est; propter scandalum passivum vitan-  
dum, seu impediendum alterius peccatum, nihil  
est faciendum, aut omittendum, quod sine pec-  
cato fieri, aut omitti non potest. Ratio est;  
quia non sunt facienda bona, ut evitentur mala  
c. ex quarum de sortileg. c. super eo de usur. Porro

veritas hic sumitur lata, nempe pro omni eo, quod opponitur peccato; unde veritatem derelinquit, qui id, quod est contra rectam rationem agit.

IV. Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum.

Regula haec non procedit de iis, quae sunt essentialiter ac intrinsicè mala, et ideo prohibita, quia mala, sed solum de iis, quae sunt mala, quia prohibita lege positiva humana aut quandoq, divina. Sensus igitur regulae est: Actiones, et omissiones, quae solà lege humanà, aut interdum etiam divina sunt prohibita, evadunt licita, si gravis urgeat necessitas. Nam sicut hic ait Regula: et Sabbathum custodiri praeceptum est divinum. Machabaei tamen sine sua culpa in Sabbatho pugnabant. Sic si quis Deo vovit ieiunium, illudq, frangat agrotus, reus voti non habetur. Ratio autem regulae est, quia omnis sapiens Legislator fragilitati et conditioni humanae se accommodare voluisse praesumendus est; nec proinde voluisse obligare, ubi grave periculum aut damnum sive animae, sive corporis, sive vitae, sive famae, sive honorum imminet.

V. Quod latenter, aut per vim, aut aliis illicitè introductum est, nulla debet stabilitate subsistere.

Sensus est, quod ea, quae clam, et per vim aut metum gravem ab extrinseco injustè iniectum, vel aliis contra legem gesta sunt, ipso iure irrita sint, aut instante parte irritari debeant. Ratio d. membri est, quod ea, quae clam, et dolosè fiunt, suspecta sunt de malo; omnis enim, qui male agit, odit lucem Jo. 3. Ratio 2. d. eruitur ex

65  
Titulo 40. C. 1. Decretalium de his, que  
vi metusve causa. Ratio 3<sup>ta</sup> per  
se patet; quod enim illicitum est, seu  
contra juris prohibitionem fit, merito  
annullari debet.

VI. In ipso causa initio non est à  
questionibus inchoandum.

Nota per questiones hinc intelligi tor-  
menta, vulgò torturā, ita glossa com-  
muniter recepta. Sensus ergo est:  
In causa seu processu criminali non est  
inchoandum à tortura. Sed prius habenda  
sunt sufficientia indicia, atq; saltem  
semiplena probatio; alioquin innocentes  
siquis, et absq; causa eidem tortura  
subiicerentur.

VII. Quidquid in sacratibus Deo rebus,  
et Episcopis injustè agitur, pro sacrile-  
gio reputatur, quia sacra sunt, et à quo  
quam violari non debent.

Sensus est; quod ille sacrilegium com-  
mittat, qui res vel personas Deo sacras  
injustè violat, offendit, vel irreverenter  
tractat. Nomine rei sacra veniunt Sa-  
cramenta, vasa sacrata, loca sacra, et si-  
milia, que cultui divino sunt dicata. No-  
mine Episcopi, propter rationem in regula  
subiectam, nempe quia sacra sunt, intelli-  
guntur omnes Clerici ac persona Religio-  
sa.

VIII. Qui ex timore facit præceptum,  
aliter facit, quam debeat, et ideo iam  
non facit.

Sensus est, qui præceptum observat, non

amore justitia, quam positive excludit,  
sed timore mere servili, seu timore  
tantum poena, a qua hic et nunc mo-  
vetur, nihil facit, nec meretur, sed neq[ue]  
proceptum servare censendus est. Ratio  
est, quia talis si affectus est, ut si poe-  
na non esset, proceptum non impleat,  
quia affectio ac dispositio certe prava est, ac  
charitati divina aperte adversatur.

fanimi

X. Defleat peccator, quia offensus  
in uno, factus est omnium reus.

Desumpta est haec regula ex epistola Jaco-  
bi c. 2. v. 10. cuius iste sensus est: Qui pec-  
catum mortale vel unicum committit, gra-  
tiam sanctificantem, et similia dona spiri-  
tualia aequo perdit, nec non reatum poe-  
na aeterna perinde incurrit, ac si omnia  
peccata re ipsa commisit perpetrasset.

X. Non potest esse iusta Pastoris excu-  
satio, si Lupus oves comedit, et Pastor  
nescit.

Nota nomine Pastoris veniunt omnes illi,  
qui curam animarum habent. Per Lupum in-  
tellege demones, aut prava homines, qui  
nempe scandalum praebent. Oves vero sunt  
anima concredita. Sensus autem regulae  
iste est. tanta est obligatio Pastorum Ec-  
clesiasticorum ad promovendam animarum  
sibi concreditarum salutem, ut eo casu, quo  
ipsis insidiis et ignorantibus vel una ex his  
male vivendo perierit, perditio ejus in ipso-  
rum culpam imputetur. Ratio est, quia  
ignorantia illius, qui ex officio scire  
debet, pro crassa et culpabili reputatur,  
c. fin. de constit. in 6.

XII. Indignum est, et ab Ecclesia Romana  
consuetudine alienum, ut pro spiritualibus  
facere quis homagium compellatur.

Sensus est: Nullus potest pro beneficio, Ecclesiastico, aut pro alia re spirituali compelli ad exhibendum homagium, quo nempe spondetur subiectio ad praestanda temporalia. Patet ex c. diligentibus de simonia, in cuius sumario sic dicitur: Pro habendis spiritualibus homagium facere simoniacum est.

G. 3.

\* Emanata et data fuerunt haec regulae 88. a Bonifacio VIII. Summo Pontifice 5. nonas Martii a. 1298.

De regulis juris in Sexto \*

I. Beneficium Ecclesiasticum non potest licite sine institutione Canonica obtineri.

Sensus est: Nemo beneficium Ecclesiasticum, cuius institutio non est facta secundum Canonem licite obtinere potest. Porro tria requiruntur Canonibus ad legitimam institutionem. 1. Ut in conferente adsit legitima potestas. 2. Ut in recipiente absit vitium aut defectus, quo inhabilis reddatur. 3. Ut debita a jure, vel consuetudine, aut peculiari locorum statuto praescripta serventur forma. Caterum fallit haec regula, si quis bona fide ac pacifice per triennium beneficium possiderit, ut liquet ex regula Cancellariae Apostolicae de triennali, num. 36. qua decretum huiusmodi possessorem amplius molestari non debere.

II. Possessor mala fidei, ullo tempore non praescribit.

Sensus est, quod ille, qui conscientiam certam habet, vel prudenter iudicat, rem illam quam possidet, et sibi praescribere vult, alienam esse, nullo, etiam immemoriali, tempore se praescribere possit. Ratio est, quia qui de-

Finet rem alterius, agit contra conficien-  
tiam; omne autem, quod non est ex fide,  
id est, contra conscientiam, peccatum est  
c. fia. de prescript.

III. Sine possessione praescriptio non pro-  
cedit.

Hac regulam docemur ait Canisius in l. l.  
possessionem plane necessariam esse ad  
praescriptionem non tantum inchoandam,  
sed etiam continuandam; Si enim medio tem-  
poris, id est ante completam praescriptionem  
possessione interrupta fuerit, cessat praes-  
criptio. Porro licet ad acquirendam  
possessionem corpus et animus simul re-  
quirantur, nihilominus ad eam retinendam  
solutus sufficit animus. Patet in eo, qui  
abest a domo sua; hic enim non minus  
possessor illius rerum, in ea contentarum  
dici debet, quam si nunquam ab ipsa do-  
mo recessisset.

IV. Peccatum non dimittitur, nisi res-  
tituatur ablatum.

Sententia est D. Augustini relata  
causa 14. q. 6. c. 1. Pertinet non solum  
ad res furto ablatas, sed etiam ad dam-  
num quodvis dolo uel culpa datum.  
Sed quid si res amplius non existat? Sol-  
vatur aestimatio ejus. Quid si quis sol-  
vendo non fit? pareatur ei, donec ad me-  
liorem fortunam pervenerit.

V. Peccati venia non datur nisi correcto.

Nota per correctum intelligere debemus  
contritum, ut hic advertunt Dynus, Peckius  
Canisius et alii. Sensus igitur est: Non  
remittitur peccatum, nec peccati poena, nisi



29  
interveniat mentalis correctio, id est ani-  
mi poenitentia, et cordis contritio, Dy-  
nus hic.

VI. Nemo potest ad impossibile obli-  
gari.

Nota. Dupliciter dicitur quid impossibile  
nempe de facto et de jure. Primum  
est, quod inspecta humana potentia fieri  
nequit. Secundum est, quod à jure natu-  
rali, divino, aut humano prohibetur: et  
de utroq; procedit hac regula, cujus iste  
sensus est. Impossibile de facto, vel  
de jure nulla tenet promissio, sed neque  
per legem, neque per sententia Judicis  
eorum imponi potest obligatio. Ratio  
est, quia omnis obligatio, aut in dando,  
aut in faciendo consistit ff. de verb. oblig.  
l. 2. in princ; sed quod esse nequit, dari  
vel fieri non potest; ergo neque ad illud ul-  
la constitui potest obligatio.

VII. Privilegium personale personam  
sequitur, et extinguitur cum persona.

Sensus est, quod privilegium non rei sed per-  
sonae immediate concessum ei semper adheret  
ita ut illo, ubicunq; <sup>per se ha-</sup> demum <sup>existat</sup> frui pos-  
sit. Caterum quia sublata causa, scilicet  
persona, qua causa fuit privilegii, tollitur  
quoque effectus, id est, ipsum privilegium, <sup>consequens</sup> ac <sup>proin-</sup>  
est, quod ad heredem, aut alium quempiam transire  
nequit, sed prorsus extinguitur.

VIII. Semel malus semper praesumitur  
esse malus.

~~Nota, praesumptionem aliam esse juris, et  
esse hominis. Illa est quae in jure expressa  
habetur; haec vero, quae juxta rem atq; gen-  
tionum circumstantias est appaerentia~~

Sensus est: Semel in aliquo genere delicti

~~diverz, praedictis recipitur.~~  
 inventus malus, in eodem genere semper praesumitur malus. Exemplum huius regulae sumi potest ex l. cum si cui ff. de accusat. §. in eodem, ubi dicitur, quod qui calumniatus fuit in accusatione prima, calumniari praesumatur etiam in secunda.  
 Ratio autem regulae est, quia ex tractata vita didicimus, quid de subsequenti conversatione praesumamus c. mandata §. de praesumpt. Dixi in eodem genere, non enim ab uno genere delicti, v.g. luxuria argui potest ad injustitiam.  
 Fallit tamen haec regula, si de vera emendatione constat sufficienter constat, excepto perituro, cui etiam post emendationem non amplius creditur, nec proinde in testem admittitur c. testimonium §. de testibus.

IX. Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

~~Interferenti. Interdumque~~  
 Ratum habere dicimus, cum approbamus, quod nostro nomine gestum est, quod enim nostro nomine actum non est, ratum habere non possumus quod ad hunc effectum, ut nempe nostrum fiat. Sensus praedictae regulae est: Nemo potest factum alienum proprie ratum habere, cum hoc effectu, ut nempe censatur suum factum, atque inducat obligationes, si non sua, sed alterius nomine sit peractum. Hinc non incurrit excommunicationem, qui percussorem Clerici non proprio nomine sed alieno factam approbat, cum non possim, ut ait Pontifex, ratum habere id, quod meo nomine gestum non est, cap.

cum quis 23. de sentent. excom. in 6. Non  
nulla quidem jura in contrarium afferi so-  
lent, verum ea non de ratihabitione, sed  
de nova concessione, aut novo consensu  
intelligi debent.

X. Ratihabitionem retrahi, et man-  
dato non est dubium comparari.

Sensus est: Quandounque nomine nostro  
quidpiam ab alio factum approbamus, aut ra-  
tihabemus; tunc hac ratihabitione eodem  
juris effectus consequitur, ac si a nobis ei-  
primis fuisset expresse mandatum; ac conse-  
quenter propria ratihabitione expresse a-  
quiparatur mandato. In exempla:  
Qui sine meo mandato nomine tamen meo  
percussit Clericum, et ego postea ratum habeo  
excommunicatione perinde incurro, ac si percussio il-  
la ex mandato meo facta fuisset. C. penult.  
de sentent. excom. in 6. Caterum hac regula  
potissimum locum habet in materia Judiciorum,  
ubi per procuratorem igitur, et in materia  
contractuum; in aliis quippe saepe fallit.

XI. Cum suar partium jura obscura res  
favendum est potius quam auctori.

Sensus est: Si partium allegationes et  
probationes sunt ita ambiguae, ut ex his dis-  
cerni nequeat, pro quaenam parte justitia ma-  
gis militet, reum potius absolvamus, quam  
condemnare oportet. Fundamentum est, quia  
suadente humanitatis ratione jura promptius  
sunt ad absolvendum quam condemnandum;  
c. ex litteris de probat. Fallit hac  
regula, ubi actor fovet favorabilem causam  
Libertatis, Matrimonii, Testamenti, Dotis, c.  
ut ex litteris de probat.

XII. In judiciis non est acceptio personarum  
habenda.

Valet hac regula in materia justitiae com-

mutativa, aequae ac distributiva; Sensus  
proinde est, quando ex justitia commuta-  
tiva, uel distributiva aliquid adjudicandi  
uel distribuendum est, non debet id,  
quod exigente justitia uni debetur, ad-  
judicari, uel tribui alteri, intuitu ali-  
cujus conditionis aut qualitatis in per-  
sona repositae, quae plane ad justitiam  
causae nihil confert. Desumitur ex  
Dantei 1. Et ratio est, quia justitia  
semper postulat aequalitatem, commuta-  
tiva quidem arithmetica, ut nimirum  
unus alteri tantum det, quantum ipsi  
debet. Distributiva uero geometrica  
ut nempe distribuantur munera, officia  
&c. secundum exigentiam meritorum.

### XIII. Ignorantia facti, non juris excusat.

Regula haec intelligi debet secundum forum  
exteriorum, et habet hunc sensum: igno-  
rantia facti, saltem si sit inuincibilis,  
profus excusat. Sensus uero ignorantiae  
juris, id est Regis siue divinae siue hu-  
manae saltem, quae ad acquirendum lucri.  
In exemplo percussisti Clericum, quem  
inuincibilitate rescivisti Clericum, habes igno-  
rantiam facti, quae te ab excommunicatione  
liberat. Quod si uero scivisti quidem esse  
Clericum, sed excommunicationem in  
percussorem Clericum latam ignorasti, ha-  
bes ignorantiam juris, quae te ab excommu-  
nicatione immunem minime reddit.

Dicitur 1. saltem si sit inuincibilis, nam igno-  
rantia supina, crassa, uincibilis ne minem  
iurat, l. 6. ff. de juris et facti ignorantia.

Dicitur 2. quae ad acquirendum lucri, nam quod ad  
vitandum damnum in re tua amittenda emergens,  
excusat etiam ignorantia juris, l. juris 7. ff. de juris  
et facti ignorantia. et l. error 8. ff. eodem.

XIV. Cum quis in Jus alterius succedit, iusta ignorantia causa habere censetur.

Hæc regula intelligi debet de ignorantia facti, et quodammodo priorem dicitur. Sensus autem ejus est: Qui in jus alterius succedit, invincibiliter censetur ignorare gesta antecessoris; unde si ejus debitas occultas contractus non solvat, vel alias occultas ejus obligationes non impleat, ab omni culpa vacat, donec ejusmodi obligationes sufficienter probentur. Ratio regula est, quia in facto alieno tolerabilis est ignorantia, l. fin. ff. pro suo. §.

7 Fallit hæc regula si heres in iudicio agere velit; nam debet rem diligentem capere, et si factum alicuius ex qua actionem vult fundare plane qui agit, certus esse debet. Reg. 42. ff. de R. J.

XV. Odia restringi et favores convenit ampliari.

Sensus est, quod leges, constitutiones, aut dispositiones odiosæ, quæ nempe à jure communi exorbitant, vel in poenam tendunt, strictè interpretari nec ultra proprietatem verborum extendi debeant; favorabiles vero, illæ videlicet, quæ principaliter in favorem alicujus factæ sunt late explicari aut extendi possunt. Ratio est, quia expedit, nos esse propiores ad liberationem, quàm ad condemnationem, l. Arriamus ff. de oblig. et act.

Dixi, quæ à jure communi exorbitant, cum enim jus commune publicæ tranquillitatis causâ sit constitutum, necesse est, ut statuta, quæ huic adversantur, strictè accipienda sint. Idem est in dispensationibus, quæ et ex eo odiosæ sunt, quod adversus jus commune concedantur. Quæ ratione et decima novalium non accrescant laicis habentibus decimas in feudum; quippe jure communi adversus est, ut laici decimas possideant.

XVI. Decret. concessu à Principe beneficii esse mansurum.

Hæc regula videtur desumpta ex c. si cui 36.

De p[re]bend[is] in b. ex c. i. in p[ro]p[ri]o. de privileg.  
in b. et c. si super gratia q. de officio deleg. in b.

Sensus ejus est: Privilegia seu gratiosa  
concessionis Principis: cujus nomine etiam  
Episcopi veniunt juxta glossam h[ic] p[er] sicut  
perpetua; neq[ue] absq[ue] urgenti causa, etiam  
a Successore licite auferri possunt. Quid  
enim tam congruum fidei humana, quam  
ea, quae inter eos placare, servare, C. j. pr.  
ff. de pactis

Neq[ue] dicit, Antecessorem non posse con-  
tingere potestatem Successoris; cum per in-  
p[re]sentem non habeat imperium C. innovavit  
20. de elect. atq[ue] adeo concessa ab anteces-  
sore libere revocari possit a Successore.

Successorem non <sup>magis</sup> consequi potestatem,  
quam Antecessorem; Sicut igitur Antecessor  
absque justa causa licite revocari nequit  
Beneficia a se concessa per jura supra cita-  
ta; Sic nec Successor ejus. Non igitur ab  
Antecessore privilegium concedente, sed  
ab ipso jure oritur potestatis Successoris  
constitutio.

Dixi absq[ue] urgenti causa, ex hac enim r[ati]o-  
ne concedente, quam ejus Successore revo-  
cari posse privilegia, indubitatum est apud  
omnes. Hujusmodi causa sunt abusus, de-  
lictum, negligentia, seu non usus, contrarium  
factum, atq[ue] superveniens enorme damnum C.

XVII. Indultum a jure Beneficiu[m]  
non est alicui auferendum.

Prior regula loquitur de Beneficiis ab ho-  
mine concessis; haec de Beneficiis, quae jura in-  
dulgant. Sensus ejus est, quod Beneficiu[m]  
vel privilegium de jure comuni alicui com-  
petens a nullo homine etiam judice; nisi  
sit supremus Legislator; auferri valeat.  
Ratio clara est; quia quisquis non est

75.  
Supremus Legislator, solum juris minister  
est; hic autem à juris praeceptis recedere  
non potest, nec debet, nisi in quantum lex  
permittit. Dicitur nisi sit supremus de-  
gislator; hic enim, cum jus commune im-  
mutare possit, consequens est, quod et privi-  
legia juri communi inserta, saltem ob jus-  
tam causam, revocare queat.

XVIII. Non firmatur tractu temporis  
quod de jure ab initio non subsistit.

Sensus est: Nullus actus, qui, dum perfectus  
ipso jure invalidus est, solo tractu et lapsu  
temporis, sine alio adminiculo, convalescere  
potest. Sic et sponsalia à minoribus sep-  
tennis contracta non convalescunt, nisi ju-  
perveniente aetate per novum consensum fir-  
mentur. Sic etiam electio Praelati simoniae  
facta nulla est; licet postea irreprehensibili-  
ter administraverit, fueritq; per aliquod tem-  
pus in administratione toleratus. Ratio clara  
est; quia nimirum tempus non est modus in-  
duenda vel tollenda obligationis, sed sola  
lex, aut etiam voluntas mutuo consensu per-  
ficienda firmata.

Neque dicitur Professionem Religiosam ab initio  
invalidam factam per <sup>quinguentium</sup> ita  
firmari, ut reclamans non amplius audia-  
tur; <sup>Conc. Trid. Sess. 25. c. 19. de Regular. Nam</sup>

Reclamans  
Et Professionem hujusmodi non firmari solo  
tractu temporis, sed quia praesumitur intra  
tantum tempus spatium professionem rati-  
habuisse. Fallit tamen haec regula in  
prescriptione rei alienae, cujus dominium,  
si res mobilis sit, triennio, si immobilis, lon-  
go tempore acquiritur.

XIX. Non est sine culpa, qui rei, quae ad  
se non pertinet, se immiscet.

Nomen rei in hac regula latiore patitur  
sensum; unde regula sic exponi solet: Qui

76  
rem, in qua nil quis habet, invadit, aut  
negotium gerit, officiumve assumit in vi-  
to Domino, vel actum exercet, qui ratio-  
ne Sibi status non competit, aut profita- 7 Sibi  
tur artem, quam non calleat, culpam com-  
mittit, et ad restitutionem damni inde for-  
tassis causati tenetur. Fundamentum hu-  
ius desumitur ex cap. sua ig. de Homicidio.  
et ex regula 36. ff. de R. J. Cui suffragatur  
ratio, quia quisquis sic agit, omnino illici-  
te agit, ac proinde absq. culpa sua nequit.  
XX. Nullus pluribus uti defensio-  
nibus prohibetur.

Sensus est, nullus Reus in iudicio con-  
ventus pro re vel jure suo quando plures  
etiam contrarias exceptiones successive  
adhibere prohibetur, ut si una non sit  
sufficiens, alia sufficiat. Desumitur  
ex alia regula 43. ff. de R. J. ibi nemo ea-  
rum, qui negant se debere, prohibetur etiam  
alia defensione uti, nisi lex impediat.  
In exemplo, qui hominem a se occisum  
negavit, potest de homicidio convictus ad  
hanc exceptionem recurrere, quod nimirum  
cum moderamine inculpato timore id fecerit.  
Magnam certe hoc est beneficium soli  
res concessum; actori quippe unam dum-  
taxat actionem super eadem re intentare  
licet, in qua et ad finem usq. persistere de-  
bet. l. 2. §. 1. ff. de reg. J. §. 1. <sup>118</sup> Fallit  
tamen haec regula, si una aut altera lege  
cautum sit, ut plures adhibeantur exceptio-  
nes. Unde haec exceptio, nisi lex impediat, ad-  
iecta regula juris Civilis huc subaudienda  
est. Causis hinc

XXI. Quod semel placuit, amplius displicere non potest.  
Haec regula locum habet in iudiciis, in juramentis,



77.  
in votis, in electionibus maximè vero in  
contractibus. Sensus autem ejus est: Quod  
alicui scienter, libere, et justè placuit, præ-  
sertim si inde jus tertio sit acquisitum ter-  
tio, in ejus detrimentum mutari, vel revo-  
cari amplius nequit. Desumitur ex Cl.  
Sicut 5. Cod. de oblig. et act. et ex cap.  
Nulli 8. de Elect. in 6. Et ratio est, quia  
nihil tam equitati adversum, quam placi-  
ta ac promissa in aliorum præjudicium non  
servare l. j. ff. de pecun. const. Fallit  
1. hæc regula, ubi utriusque partis consensu  
à placito desessum est, excepto Matrimo-  
nio. Fallit 2. in contractibus innomi-  
natis, modo adhuc res sit integra, in eis  
quippe locus penitentia admittitur.  
Fallit 3. in sponsalibus, præsertim  
si in dissentientes quædam subsit causa.  
XXII. Non debet aliquis alterius  
odio progravari.

Sensus proprius est, quod nullus propter delictum  
alterius puniri, aut alia gravari de-  
beat. Sic ob Mariti culpam, uxor nec in-  
quietari, minus bona ejus confiscari possunt.  
l. ob maritum C. Ne uxor pro Marito.  
Ratio est, quia justitia munus est, suum  
cuique tribuere, ergo innocens ferre non  
debet, quod nocentem sustinere oportet.  
Fallit tamen nonnunquam hæc regula.  
nam in crimine Casæ Majestatis, tam hu-  
mana quam Divina filii atiam innocentes  
propter delictum Patris puniuntur. 2.  
propter incontinentiam vitium incontinentia  
Parentum arcentur filij ab ordinibus Eccl-  
siasticis.

XXIII. Sine culpa, nisi subsit causa, non  
est aliquis puniendus.

Hæc regula virtualiter duplex est. 1.º dicit  
quod non debet aliquis puniri sine culpa.

2do. quod possit quis puniri etiam sine culpa, modo subsit causa. Ratio 2a est; quia ubi non est culpa ibi nec esse debet poena; siquidem poena est noxa vindicta. C. aliud 131 pr. de verb. signif. Ratio 2di est; quia bonum publicum quod privato praefertur, nonnunquam exigit, ut privato fust puniatur, aut gravetur, ut patet in exem- <sup>7 licet aliquin innocens</sup> plis priori regula adiectis.

XXIV. Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.

Sensus est, quod quicumque ex mandato iudicis, vel cuiuscunque legitimi Superioris sui aliquid facit vel omittit, immunis sit a culpa; rationem reddit regula, cum habeat parere necesse; omnino enim superiori parendum est; cum dicat Apostolus c. 13 ad Romanos, <sup>229</sup> omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Fallit tamen

1. Si iudex, aut Superior praecipiat, quae juri Divino aut etiam humano adversantur; nam iudicis factum juri derogare non potest. C. 1. infra §. 1. ff. de feris.

Fallit 2. Si iudex aliquid mandat, quod ad suum non spectat officium; nam factum a iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. C. factu 170 ff. de R. J.

XXV. Mora sua aulibet nociva est.

Sensus est: Dilatio culpabilis et damno- sa dandi, vel solvendi, seu solutionem accipiendi, vel faciendi aliquid eo tempore quo quis debet, et potest, eidem nociva est, ita ut omnia damna inde secuta reparare debeatur. Ratio est; quia equum non est alterius culpa alium gravari, ex regula XII.

73  
Sed potius poena auctorem suum sequatur,  
l. sanimus. C. de poenis. Dixi dilatatio  
culpabilis; si enim culpabilis non est, nec  
poenalis esse debet; poena enim, ut supra  
dicebamus, est noxae vindicta. Fallit igitur  
hac regula, quo quis moram suam legi-  
time purgaverit, ut patebit ex regula 50  
XXVI. Ea, quae fiunt à iudice, si ad eum  
non spectant officium, non subsistunt.

Sensus est: omne id, quod iudex aperte  
ultra limites potestatis et jurisdictionis si-  
bi concessa, vel contra praescripta juris for-  
mam facit, invalidum est. Desumitur ex  
regula 170 ff. de R. J. Et ratio est, quia  
tota vis et officia illorum, quae aguntur  
à iudice, fundatur in illius jurisdictione  
data, et praescripta; hac igitur deficiente,  
caetera corrumpunt, necesse est. Dixi aperte,  
nam in dubio de potestate iudicis, va-  
lent interim acta eius, ut pote pro quo  
stat praesumptio. Fallit hac regula  
in spiritualibus, quae potius ex potestate  
ordinis, quam jurisdictionis dependunt:  
Sic Episcopus Censura Clericum alienum va-  
lide ordinat, etiam invito proprio Episcopo.

XXVII. Scienti, et consentienti non  
fit injuria neque dolus.

Regula haec intelligenda est copulative,  
non disjunctive; ita ut coniunctim quis  
sciatur, simulque consentiat, et quidem libe-  
re, non vi aut metu coactus; siquidem  
nonnunquam scienti fit injuria, sed non  
consentienti, quia reclamatur, vel contradi-  
cere non audeat. Sensus igitur regulae est:  
Nemini fit injuria aut dolus, qui aliquid  
sufficienter intelligit, et in illud nulla vi,  
nulloque metu coactus consentit. Ratio  
est, quia ibi nulla injuria, ubi nulla est juris  
violatio; ibi vero nulla est juris violatio, ubi  
quis consentiendo juri suo cedit.

20  
XXVIII. Quae à jure comuni exorbitant,  
nequaquam ad consequentiam sunt  
trahenda.

Exorbitare dicuntur, ait hęc Canisius, quae  
ab orbita, id est, à via comuni deflectunt,  
qualia sunt dispensationes, privilegia,  
statuta juri communi contraria, quae in  
consequentia, hoc est, ad alias personas,  
aut casus non sunt trahenda, vel exten-  
denda. Ratio est, quia odia restringi  
convenit, juxta reg. 15. supra dilucidata;  
sunt autem ea omnia odiosa, quae à jure  
communi exorbitant, ut ibi dicebamus; ergo  
fallit hæc regula 1. quando agitur de  
favore utilitatis publicae. 2. In concessio-  
nibus pro favore cultus divini, Religionis,  
salutis animarum, aliisque nonnullis casi-  
bus.

XXIX. Quod omnes tangit, debet ab  
omnibus approbari.

Nota: Alia sunt, quae omnes tangunt, ut  
unius universitatis membra sunt, ut  
Collegium C, et alia, quae omnes tangunt,  
ut singulares persona, et ut singuli sunt.  
Et de his duntaxat loquitur præfata re-  
gula, cujus sensus est: illud, quod singu-  
los ut singulos tangit, ita ab eis omni-  
bus approbari debet, ut si vel unus dissen-  
sient, tota actio invalida sit; Sic si plures  
fundum aliquem in comuni habeant, non  
possunt servitutem in eo constitueri, nisi  
interveniat unanimis omnium consensus, ita  
ut unico dissentiente, constitutio sit nulla.

Ratio est: quia alteri per alterum iniqua  
conditio inferri non debet, neque id quod  
nostrum est, sine facto nostro ad alium  
transferri. C. Non debet, 74. ff. de R. J. l. id, 11 ff. eod.

Obiicitur varios textus, ex cap. 1. de his  
quo fiunt à majore parte capituli. Ex l. quod major  
19 ff. ad municipale, ubi prævalat, quod à majore  
parte statutum fuerit.

81  
Q. haec et similia loca intelligenda esse de illis causis, quae non omnes ut singulos, quae singulos, sed omnes ut universos, seu collectivè sumptos, totumque collegium sequuntur, ubi procul dubio quae à majori parte fiunt, valida censentur.

Fallit tamen haec regula in quibusdam casibus in jure expressis; ut videre est C. Majorem ff. de pactis. c. quonia 3. de jure Patronatus, C. Multum 2. C. de comur. reru alien.

XXX. In obscuris minimū est sequendum.

Sensus est, quando in lege, statuto, aut alia dispositione sensus ita obscurus est, ut neque ex natura actus, neque ex antecedente, vel subsequente tenore verborum, neque ex consuetudine loci, nec ex aliis circumstantiis vera Legislatoris, vel alterius disponentis voluntas ac intentio sufficienter appareat, id quod minimum est, hoc est, quod minus gravat, vel obligat, sentire debemus, ita Reiffenst. hic cum aliis. Ratio est, quia jura promissa sunt ad liberandum, quam obligandum, C. Arrianus ff. de O. et A. Extenditur haec regula ad contractus, ad poenas, ad delicta, ad testamenta, ad vota, ad iudicium sententias.

XXXI. Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet.

Sensus est. Qui notitiam de re vel negotio aliquo habet, aut saltem habere debet, necesse non est, ut ex ulterius fiat denuntiatio, quae in notitiam illius rei devenire possit. Et aperta est ratio; quia id frustra fieret. Dixi saltem habere debet; quia Scire et Scire de bono in jure paria reputantur C. quod te, 5. ff. si certu petatur. c. fin. §. si quis de cland. despons. Fallit in multis haec regula, in iis praesertim, ubi per insinuationem non solum notitia, sed alius finis intenditur; ut in casu citationis ad electionem; in casu, quo iudicis quae talis officium imploratur ad cautelam. Sic etiam ad inducendam contumaciam contra reum absentem, non uno sed tribus edictis opus est.

XXXII. Non licet actori, quod reo  
licitum non existit.

Hoc regula demonstrat, quod actor in iudicio  
non sit melioris conditionis, quam reus, ac provin-  
de, quod illi licet, etiam huic licitum esse  
debet: et vicissim quod illicitum huic, etiam  
illicitum fore illi. Sic post litem contesta-  
tam non amplius licet reo revocare procura-  
torem, l. post litem contest. 17. ff. de procur.  
igitur multo minus id licebit actori. Fun-  
damentum datur ex regula 125. ff. de  
R. J. ibi: favorabiliores Rei potius quam  
actores habentur.

Dices: Accusator potest reum accusare de  
crimine publico, reus autem accusatus suum  
accusatorem non potest reaccusare. L. neganda.  
C. qui accus. non poss. ergo. R. Id ideo fieri, quia  
non relatione criminum, sed innocentia sua  
se purgare debet reus l. si quis s. princ. ff. de  
public. offic.

XXXIII. Mutare consilium quis non potest  
in alterius detrimentum.

Hoc regula concordat cum ea, quod semel  
placuit amplius displicere non potest. reg. XXI.  
et est utriusque sensus; quod enim hic expressis  
verbis caveatur, ne quis in alterius detrimen-  
tum mutet consilium seu consensum, hoc idem  
in illa subintelligi debet, ut ibi adnotavimus.  
Porro à contrario sensu hujus regula bene  
infertur, quod si ex mutatione consilii  
nullum emergat alteri damnum, aut incomo-  
dum, ea impune fieri possit, ut in deposito,  
mandato, societate, qua pro arbitrio revo-  
cantur, re adhuc integra.

XXXIV. Generi per Speciem derogatur.

Sensus est: Specialis juris dispositio deroga-  
gat generali, si sibi contraria existant:  
quod idem dicitur de minus communi dispositione,  
qua pariter magis communi praesudicat. Sumi-

Jur hac regula ex l. in toto Jure 8. ff. de R. et  
 Ratio est, quia potestate Principis est, necessi-  
 tate publicâ sic exigente, legem à se, vel suis  
 antecessoribus latâ limitare, quod facit per  
 speciale mandatum. Fallit tamen in pri-  
 vilegiis, arg. c. cum ordinē de Rescript; quâ  
 in aliis, ubi per genus iam est acquisitū, jus  
 tertio; quia tunc speciale non prejudicat ge-  
 nerali, nisi de eo fiat expressa mentio, et  
 derogatio, arg. c. super eo 15. de offic. Delegat.  
 XXXV. Plus semper continet in se  
 quod minus est minus.

Sensus est: quantitas major sive in summa  
et numero, sive in pondere et mensura sem-  
per in se continet quantitatem minorem: et  
quodlibet totum continet in se partem. Ratio  
 hujus regula magis ex lumine natura quâ  
 ex Jure innotescit. Regula hac locū ha-  
 bet et in ultimis voluntatibus: Sic si quis in-  
 tendens alicui legare quartam bonorū partem,  
 ex errore scripsit dimidiam, ratio non debet  
 propterea invalidum censeri legatum, sed de-  
 betur Legatario quarta pars, ut pole, quod di-  
 midia, quâ plus importat, infit, l. qui quartam  
 15 ff. de Legatis. II. In contractibus: Sic si  
 alicui stipulanti viginti, alter decem respondeat,  
 non inutilis reputari debet stipulatio, sed sic sti-  
 pulans obligabitur ad decem, l. 1. §. 4. ff. de verb.  
 oblig. III. In judiciis. Unde absolutus à petitione  
 totius absolutus etiam videtur à quavis parte illius.

Porro exempla, quæ huic regula videntur contra-  
 ria non loquuntur de plus et minus in quantitate  
 vel toto, circa quod hæc regula solum in-  
 telligenda est: vel aliter se habent vi forme  
 mandati, quod certū quid prescribens, accuratè ser-  
 vandum est: vel adest specialis juris dispositio.  
 XXXVI. Pro possessore habetur, qui dolo dedit  
 possidere.

Sensus est: Qui rem alienâ bonâ vel malâ fide  
 possidet, eam, ab alio vindicandam advertens, illâ

84

dolo malo, aut lata culpa possidere desit, eandem  
v. g. consumendo, vel distrahendo, pro possessore,  
fictione juris, adhuc in sui damnum habetur, et  
ut talis pro restitutione, vel estimatione rei con-  
veniri potest. Recessit cum aliis. Desumitur  
ex l. qui dolo 131 ff. de R. J. Et ratio est, quia  
fraus et dolo alieni patrocinari non debent. C. ex  
genere 16. de Rescript. Vnum huius regulae cernere  
est in rei vindicatione, in petitione hereditatis,  
ac diversis aliis actionibus.

XXXVII. Utile per inutile non debet vitari.

Sensus est: Quidquid de jure validum est, valo-  
rem suum non amittit per hoc, quod aliquid ineptum,  
vel prohibitum ei annexum est. Ratio est, quia  
actus potius valere debet, quantum potest, quam  
perire, l. quoties 13. ff. de ~~est~~ rebus dubiis  
Hac regula fallit 1. Si utile et inutile à se in-  
vicem separari nequeant, quo enim separationem  
non admittunt, in totum vitiantur, arg. l. 1. §. 17.  
ff. de aqua quotid. et aestiv. Fallit 2. Si contra  
substantiali formam utilis, inutile admittatur:  
ut in Electione Episcopi, ubi ad eam Laici admittun-  
tur. C. Messana 93. de Elect. Fallit 3. et quin-  
dem universaliter, ubi Specialis ratio, vel casus  
specialiter in jure excipitur.

XXXVIII. Ex eo quis non debet fructum consequi  
quod nisi extitit impugnare.

Sensus est: Qui aliquid in iudicio semel repro-  
bavit, aut impugnavit, pro suo fructu, et commo-  
do approbare, aut adducere amplius nequit. Sic  
qui quamdam sanctionem Apostolicam, aut instru-  
mentum publicum, vel testimonium minus au-  
thenticum aspernit, et ita impugnavit, ea  
postmodum nequit in sui favorem allegare.  
Sic etiam si quis testamentum tanquam falsum  
impugnat, vel contractum tanquam invalidum  
impugnat, nil inde emolumenti amplius con-  
sequi poterit. Ratio regulae est, quia is, qui  
impugnat rem aliquam videtur renuntiare suo  
beneficio, quod ex ea re consequetur: et aliunde



85  
nimis turpe est, ad hoc redire, cui semel re-  
nuntiandum existimavit C. cum olim de cenfi-  
bus. et l. si quis jurandū C. de rebus creditis.

Fallit haec regula, ubi quis ante sententiam  
desistit ab impugnatione; ad quod jura poeni-  
denti, et desistenti ignoscant, C. alia §. C. de his  
quibus ut indig.

XXXIX. Cum quid prohibetur prohibentur omnia,  
qua sequuntur ex illo.

Sensus est: Quando aliquid velut illicitum, vel  
ut invalidum prohibetur, similiter ut illicita  
vel ut invalida censeri debent ea, quae ex illo  
dependant. Desumitur ex regula 42. h. §. ac-  
cessorium naturā sequi congruit principalis. Cui  
concordat Sumarium c. translato 3. de constit.  
ibi quod de uno conexorum statuitur, ad alia  
conexum extenditur. In exemplis. 1. Quia  
prohibitum est in quadragesima comedere  
carnes, prohibita etiā censentur omnia, quae  
ex sementina trahunt originem carnis, laevi-  
dalicet, ova, caseus c. deniq. 6. dist. 4. Intelli-  
ge, nisi alicubi praescripta vigeat consuetudo.  
Item, Quia alienatio bonorum Ecclesiasticorum  
non servata debita solemnitate non solum  
illicita, sed invalida est, ita pariter non solum  
illicita, sed etiā invalida erit quaevis donatio  
aut venditio eorum. Rationem assignat Bal-  
dus ad l. quamvis C. de fideicom. quia ille, qui  
intendit principium, intendit et finem.

XL. Pluralis locutio duorum numero  
est contenta.

Sensus est: quaecumq. in lege, instrumentis, vel  
quacumq. alia dispositione terminus pluralis pro  
plures, plura c. ponitur; requiritur, sufficitq. nu-  
merus dualis, seu duorum. Desumitur ex l.  
ubi numerus 12. ff. de testibus. Sic ubi ad  
valorem actus plures testes indistincte requi-  
runtur, sufficiunt duo. Fallit tamen haec  
regula in iis, in quibus certus numerus v. g. tes-  
tium ex speciali juris dispositione desidera-  
tur, ut in testamentis, Codicillis, donationibus

86  
mortis causa alijsq; nonnullis casibus, de quibus  
glosa hic.

XL. Imputari non debet ei, per quem non stat si non  
faciat, quod per eum fuerat faciendum.

Sensus est: Nec poenā, nec damnū sentire de-  
bet, qui ob legitimum impedimentum non facit,  
quod alias facere deberet. Ratio est, quia sine  
culpa nemo puniri, aut jure suo exui debet arg.  
c. sine culpa 23. h. t.

Porro inter legitima  
impedimenta recensentur sequentia: gravis  
morbus, captivitas, aeris infectio, inundatio,  
aut alia gravia pericula viarum, bellū, violen-  
ta detentio, causa reipublica, mors parentū &c.

Hinc Clericus morbo correptus beneficii sui  
fructus percipere non desinit; quia per eum  
non stat, quod minus Ecclesiae deficiat.

Similiter si quis à sententia appellans, intra  
annum eam non prosecutur, appellatio tamen  
in prejudicium illius non censetur deserta, si  
probet, justā se ratione propeditum fuisse.

Fallit hac regula, quando quis suā culpā,  
vel potius studio et dolo hujusmodi contra-  
hit impedimentum; cum regulariter loquendo  
quis teneatur de casu, qui sequitur culpam  
Can. Iape 50. dist. 50. Neg, excusari meretur,  
qui sibi culpam iniecit, l. si fidejussor, y. §. 2.  
in fin. ff. qui satisd.

XLII. Accessorium naturam sequi  
congruit principalis.

Principale appellamus, quod in re præcipuum  
est, et quasi causa illius, quod accedit, Canis. hic.

Sensus itaq; regula est, quod tanta sit dependentia  
accessorii à principali, ut hocposito, vel infirma-  
to, sitidem illud ponatur, vel infirmetur.

Fundamentum est, quia connexorum eadem  
est ratio ex c. translato 3. de constitut.

In exemplis: A. quando alicui delegatur causa,  
delegata quoque censetur citatio, examinatio tes-  
tium, contumacia declaratio &c. eo quod hæc sint  
accessoria causa c. præterea 5. de offic. deleg.

2. qui vendit praedium, cui inest aqua ductus, vendere etiam censetur, jus aquae ac fistulae, per quam aqua transit. 3. Si matrimonium non subsistit, nec dos nec donatio propter nuptias intelliguntur. Fallit tamen haec regula, quando in principali et accessorio non eadem, sed diversa reperitur ratio; aut quando jura in specie aliter disponunt.

**XLIII. Qui tacet, consentire videtur.**  
 Sensus est: qui tacet in favorabilibus consentire videtur: qui vero in odiosis tacet tunc solim consentire videtur, quando facile contradicere potest, et non contradicit. Prima pars est certa. Secunda vero ex eo elucet, quia dum <sup>quis</sup> praesens scit rem fieri, et tacet, sua taciturnitate facit quod de jure merito praesumatur idem sentire. Dixi quando facile contradicere potest; unde fallit haec regula in superioribus qui tacent, et non contradicunt; dum praevident ex hujusmodi contradictione majora obventura mala. Fallit etiam, quando ad formam et substantiam actus consensus verbis vel signis expressa de jure requiritur, quemadmodum requiritur ad valorem matrimonii, ~~et ad~~ <sup>ad</sup> susceptionem baptismi ~~et~~ in adultis C.

~~non videtur verum: v. G. in casu quo propter filios tacentibus. Videatur Cap. unicus. §. fin. de Respon. Impub. in 6. Sanchez. Diss. 23...~~

**XLIV. Is qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur.**

Prior regula agit de consensu tacito, et extra interrogationem locum habet; haec vero de negatione confessione et negatione, et non nisi in casu interrogationis procedit; unde sensus illius est: qui ad interrogationem alterius tacet, regulariter nec fatetur, nec negare praesumitur: sic si quis extra iudicium, vel etiam in iudicio a non iudice interrogatus, an hunc vel illum percussisset, taceat, non ideo pro consentiente, vel pro inficiente habendus est. Ratio clara est; quia talis respondere non tenetur. Dixi extra iudicium, vel in iudicio a non iudice; unde si quis in iudicio

88  
Iuris à iudice legitime interrogatus taceat,  
pro confesso, aut inficiante habetur. l. de actu  
te ff. de iur. interrog. in jur. facian

XLV. Is, qui in jus succedit

XLV. Inspicimus in obscuris, quod est  
verisimilius, vel quod plerumque  
fieri consuevit.

Sensus est, quando non constat de intentio-  
ne contrahentium, vel statuentium, omnibus  
consideratis tenendum est, quod magis veritati  
conspicuum est, aut quod ordinaria fieri  
solet. Ratio 1. partis est, quia ubiq;  
tenenda est veritas, igitur ubi ea manifeste  
haberi nequit, saltem amplius tenendum est, quod ma-  
gis ad veritatem accedit, seu ei magis confor-  
me est. Ratio 2. partis fundatur in l.  
sanctorum ff. de i. f. ibi: Si non appareat,  
quid actum est, aut confagnens, ut id sequa-  
mus, quod in regione, in qua actum est,  
frequentatur. Hoc regula potissimum in  
contractibus locum habet.

XLVI. Is, qui succedit in jus alterius, eo jure,  
quod illi, ubi debet.

Sensus est, Qui in jus, dominium, ve alterius  
succedit, eodem jure, quod illi alter habuit,  
active et passive uti potest, et debet, active qui-  
dem, quia omne jus agendi, quod alter habuit,  
sortitur, passive vero, quia quod alium compe-  
tebat contra eum, cui successit, competit et  
modo contra ipsum, tanquam eius successorem.  
Regula haec fundamentum habet in l. qui in  
jus ff. de B. f. Porro in jus succedere  
dicitur heres, bonorum possessor, item fisco quod  
bona fisco illata. In dominium vero, puta, rerum  
singularium, donataris, Legataris, emptor et

895  
similes. Conis. hic. Fallit autem haec re-  
gula in merè personalibus, id est, quae personae  
defuncti colerebant, ut sunt privilegia persona-  
lia, aut ea, quae propter ipsius industriam, mentem  
competebant, aut ipsius demerita debebantur;  
haec enim cum persona expirant reg. 7. de R. J. in b.

**XLVII. Presumitur ignorantia ubi  
Scientia non probatur.**

Sensus est: tamdiu quis presumitur habere  
ignorantiam facti alieni, quamdiu non probatur  
illius habuisse scientiam. Dixi facti; quia  
eorum, quae juris sunt, non ignorantia sed sci-  
entia presumitur ex reg. 13. h. f. Dixi alieni,  
quia propria facta ignorare nemo prudenter  
presumitur, uti observat Barboza in reg. 13. mo-  
do citata, n. 20. Ratio regulae est; quia cum  
facta aliena per innumera sint, etiam expertissi-  
mos facile latent. ut dicitur l. 2. f. de fur.  
et fact. ignor. fallit 1.º in ijs, quae  
publica et notoria sunt. 2.º in ijs, quae  
quis ex officio scire tenetur, c. fm. de  
Constit. in 6.

**XLVIII. Locupletari non  
debet aliquis cum alterius  
injuria vel jactura.**

Regula haec est clara, dummodò  
particula vel sumatur conjunctivè, non  
disjunctivè: ut sit Sensus: Locuple-  
tari Nemo debet cum alterius injuria  
et jactura. Nam etiam Regula 208.  
f. de R. J. ex qua haec desumpta est,  
exprimit Sensem Copulativum, ibi:

90  
Jura naturali aequum est, Neminem tuum  
alterius detrimento et injuria fieri locum  
plurimum. Et quod alioquin quia  
Jura Lucra in bello justo et portata rem  
navi non possent, abq. munera comoda  
ex varijs contractibus cum alterius da-  
trimento justè acquisita non vacarent  
à culpa, quod dicere absurdum videt.

Quod autem particula vel non  
raro copulativa in Jura sumi debeat,  
manifestum fit ex L. cum quidam 4. §.  
melius itaq. C. de Verbor. et res. Signif.

Dixi Nemo. Nam hac Regula  
se extendit ad omnes etiam alias Privi-  
legiatis Personas aut communitates ut  
sunt pupilli, Ecclesie, Monasteria, Res,  
publica &c.

**XLII.** In penis benignior est  
Interpretatio faciendā.

Sensus est: quando in Legē vel alia  
Dispositione Verba circa penas sunt  
ambigua, in mitiorem partem declinan-  
dum est. Fundamentum est; quia  
odia restringi et favores convenit am-  
pliori. Reg. 15. de R. l. in 6. Sic: Si  
ambiguum sit, an Verba legis penam per-  
petuam, aut temporalem imponant, a spu-  
menda est temporalis c. ex litteris ij. de Constil.  
Fallit in nonnullis casibus, ac nominatim  
in Excommunicatione. Hæc enim absolute  
lata non de minori, sed de Majori intelligenda  
est. c. si quis 5. q. de Sentent. Excom.  
Ratio est, quia hæc magis expedit ad conti-

tinendos fideles in officio suo.  
L. Actus legitimi conditionem  
non recipiunt neque diem.

Actum legitimum vocamus inquit Canisius  
hic, qui vel a lege introductus est, ut heredi-  
tatis institutio, adoptio, emancipatio  
et similia; vel a lege certam formam re-  
cepit, veluti stipulatio; vel denique a lege  
approbatus est, ut Emptio, locatio alij  
Contractus.

Caeterum ut advertitur  
D.D. simpliciter de omnibus actibus legiti-  
mis hac Regula accipienda est; siquidem  
maxima eorum pars conditionem et diem  
patiuntur, sed solum de ijs, quorum na-  
tura abq; institutioni repugnat dici,  
seu temporis futuri vel conditionis de  
futuro contingenti adjectio. Unde

Sensus Regulae est: Actus legitimi illi,  
quorum valor in futurum contingens  
eventum ex ipsa natura actus vel iuris  
dispositione suspendi nequit, in totum  
vitiantur adjectione conditionis de futuro  
contingenti, aut dici, seu temporis futuri.

Regula haec desumpta est ex L.  
actus 77. ff. de R. J. ibi: Actus legitimi  
qui non recipiunt diem, vel conditionem  
veluti emancipatio, acceptilatio, heredi-  
tatis institutio, servi optio, datio Tu-  
toris, in totum vitiantur per temporis vel  
conditionis adjectionem. Quis, qui adij, pro-  
test adoptio, sententia Judicis, postu-  
latio, electio &c. Hinc electio V. S. Titij  
in Abbate nulla est, si facta est sub hac  
conditione |: si morbo, quo singulis annis

92  
corripitur, infra annum non afficiatur.

**LI.** Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum.

Sensus est: Res quae vel per consecrationem, vel per Benedictionem Sacramentalem vel Sacra facta sunt, valuti Ecclesiae, Altaria, Cimiteria, Calices, paramenta Ecclesiastica, etiam Monasteria, Hospitalia, aliq. loca pia auctoritate Papali, vel Episcopali ad usum Divinum, causa sua principaliter ordinata, ad saecularium seu Laicorum profanos usus transferenda, et adhibenda amplius non sunt. *Arifanctus hic.*

Fundamentum Regulae est ipsa Reverentia, quae cultui Divino, et rebus sacris debetur. Sic igitur, Casula vetusta, aut fragmanta ejus ad usus profanos adhiberi nequeunt (Can. Vestimenta 22. de Consecrat. Dist. 1). Sic etiam ligna V. S. Ecclesiae dicata non possunt ad usum profanum applicari (Can. ligna 38. ead. Dist.).

Fallit tamen haec Regula in rebus animatis, quae dum se consecrari V. S. participant in vita Divino, eidem restitui debent. (Can. ex antiquis 9. et Can. frequens 10. Dist. 54.)

**LII.** Non praestat impedimentum, quod de Jure non sortitur effectum.

Sensus est: Quidquid de Jure nullum est, minima impedit, quin alius actus va



libe et licite fieri possit. Sic sponsalia cum minore Septennio contracta ab eo adeo invalida, non praestant impedimentum publicae honestatis, sicq. non impediunt, quo minus quavis pars contrahentium cum consanguinea alterius sponsalia ac matrimonium valide ac licite contrahere queat.

Fundamentum similiter ex Reg. 64. de R. J. in 6. ibi: quae contra fuis fuerint debent utiq. pro infectis haberi.

Fallit in ijs casibus haec Regula, in quibus sola voluntas sufficit ad producendum effectum, veluti in Legato; hoc siquid alicui rite factum, censetur tacite revocatum, si idem postea aliter legat Testator, etiamsi posterior Legatarius huiusmodi legat. Sit in capax, consequenter respectu illius Legatum invalidum sit. L. plane 34. pr. ff. de Legat. j.

**LIII.** Cui licet quod est plus licet utiq. quod est minus.

Licet haec Regula lumina naturae nota videatur, nihilominus non in omnibus procedit, sed solum in ijs locum habet, ubi utrumq. tam majus quam minus e jusdem sunt ordinis, ac utrumq. in eadem paritatis ratione versantur. arg. l. Solemus 6j. ff. de Jur. dicij, et c. j. de Tormentis.

Sensus proinde est: Cui licet quod magis est, licet etiam quod est minus, modo utrumq. sit ejusdem ordinis, eademq. in eis reparabitur Ratio. Sic si alicui licet testamentum facere, etiam mortis causa donare licebit; quia hoc minus est, arg. l. tam is 25. ff. de mortis caus. donat. Itē si alicui

Monasterio ratione Parochiae inopporatae indistinctim ac  
infirmis decimas accipere licet, licebit ac integre vel  
eodem modo etiam de liberalibus capere, cum unione plenissima  
hac respectu illarum quid minus sub C. ex  
parte 27. de Decimis. 117.

Porro ex illa affirmativa Regula nas-  
citur alia Negativa: Nempse, cui non  
licet quod minus est, etiam quod majus  
est non licet. Sic, si non licet retrahere,  
neg. licet incidere.

Fallit 1. quando forma mandati  
aliud requirit; hac enim semper est ob-  
servanda.

Fallit 2. quando minus ex Lege  
prohibetur, et conceditur majus.

LIV. Qui prior est tempore  
potior est Jure.

Hac Regula solam procedit in iis  
quibus utriusque contractus proorsus par  
est causa. unde

Secundus est: Inter contractus, quorum  
par est causa, illa preferitur, qui prius  
vel antiquius jus habet. Sic: cui  
collatio beneficii prior facta est, postari-  
ori preferitur, qui in Collegium ante  
alium receptus est, etiam ante ipsum  
conditum, promeritum. Cuius prius  
oppignorata est, prior etiam erit in debi-  
to consequendo. Ratio Regulae est,  
quod jus acquisitum alteri invito aufer-  
ri non possit.

Fallit hac Regula specialiter in  
Privilegijs, ad quod non ex tempore aut  
maribus sed ex causa. l. privilegia 32.  
f. de Rebus auctorit. Jus. possidend.

Hinc annotat Glosa ibidem, Privilegiatus  
preferitur non Privilegiato in Solvendo, ac  
repetendo, licet tempora sit posterior.

LV. Qui sentit onus, Sentire debet  
commodum et econtra.

Sensus huius Regulae ista est: qui sentit  
onus alicujus rei, Sentire etiam debet com-  
modum eidem rei annexum, et vicissim, qui  
sentit commodum ipsius, Sufferre etiam debet  
onus eidem annexa. Desumpta est

haec Regula ex L. Secundum naturam  
jo. f. de R. J. et L. un. d. 4. ad fm. c.  
de caducis tollend. Sic: qui Para-

chus laboras in administrandis Sacramentis  
aut alijs Divinis paragendis Sustinere de-  
bet, congruum est, ut etiam inde competentes  
fructus percipiat. Et vicissim: quia  
Parochus fructus Beneficij percipit, opor-  
tet, ut et Parochialia munia obeat, alijs  
obsequia divina praestet.

Corro ex hac affirmativa Regula alia  
Negativa consurgit: Nempe, qui non sen-  
tit onus, nec Sentire debet lucrum: et e-  
contra, qui non sentit commodum, seu lucrum  
nec Sentire debet onus. Hinc juxta

Glossam communiter receptam in Car.  
omnis q. de Consec. d. j. recte docatur,  
Parochum, cui Decimae, alijsq. proventus  
Subtrahuntur, non teneri ad onera Para-  
chialia.

Fallit j. haec Regula, ut commu-  
ter advertunt in ijs, in quibus onera et  
commoda non sunt connexa, sed disparata.

Fallit 2. Quando ex propria in-  
stitutione et natura rei, vel ex iuris

7 hinc non consequitur  
Peregrini gaudent privile-  
gijs locoru, ubi hospitan-  
tur; ergo etia legibus  
eoru dem subiacere debent;  
nam alia est causa privi-  
legioru, et alia Legum.

Dispositione alicui officio est annexum onus  
sine compendio, ut filius in mandato l. j. §. 4. ff.  
mandatis de tutela fratrum pro sorore l. j.  
in fine ff. de legitimis Tutor.

LVI. In re communi potior est  
conditio prohibentis.

Sensus Regulae est: si res indivisa ad  
plures vel singulos pertinet, non potest  
alienari, destrui, vel mutari. Si vel  
unus differat, est contradictoria.

Sic, si plures praedictum in communi habent,  
aut, quod alienari intendunt, uno tamen  
vultente, huic potius acquiescere o-  
portet. arg. l. Sabina 2. ff. de commu-  
ni dividendo. Ratio est: quia iniquum  
est, aliam factis quaequam laedi, aut  
ius suum dimitti l. non debet alteri  
ff. de Reg. J.

Dixi plures vel singulos; nam si  
res ad plures vel collectivè sumptos,  
sive Collegium constituentes spectat,  
tunc major pars, etiam si ceteri contra-  
dicant, prevalere debet, ut jam ad no-  
tavinus supra ad Reg. 29.

Fallit 1. haec Regula, quando  
V. G. ex mutatione rei socii prohibentis  
nullum imminet damnum; prodesse enim  
sibi unusquisque, dum alij non nocet, non  
prohibetur, nec quaequam hoc nomine  
prohiberi l. j. §. 11. ff. de aqua et plu-  
via arid.

Fallit 2. Si socius ubi res  
communi ad destinationem usum, veluti  
si in communi sepulchrum, frustra enim inferatur;

tunc ab altero prohibetur.

Hic advertit, receptum esse à Juris, quod  
cuius alterum invitum pertrahere possit ad  
divisionem pro evitandis discordijs, quas  
communio excitare solet. L. cum Patet  
d. 20. ff. de Legat. 2.

**LVII.** Contra eum qui legem  
dicere potuit apertius, est inter-  
pretatio facienda.

Nomine Legis hęc intelliguntur Conditiones  
pacta, quę V. G. Contractibus apponi solent  
ut communiter advertunt DD. Unde Re-  
gula Sensus est: Qui in certis actibus  
præsertim Contractibus, Conditiones aliq-  
pacta ad alterum obligandum per Verba  
ambigua adiecit, pati debet, quod in ipso  
præiudicium interpretatio fiat.

Ratio est: quia in eius potestate fuit  
ut Legem apertius diceret, sibi proinde  
in culpam imputet, quod Verbis obscuris  
usus sit.

Glossa ponit hoc Exemplum ad C. in præsen-  
tia de probat. Qui suam professionem  
impugnans dicit, se tempore professionis  
fuisse minorem, contra ipsum interpretatio  
fit, quod fuerit minor 25. et non minor 14.  
annis, atq; adeo professio extiterit valida  
cum enim potuisset clarius dicere, affe-  
rans se impuberem fuisse, et non dixit  
merito contra se interpretationem pati  
debet.

Fallit j. hæc Regula, quando ali-  
de certo et verosimilis de mente eius  
qui obscuris usus est Verbis, constat, juxta  
Reg. 45. de R. G. h. t. Inspicimus in ob-  
scuris, quod verosimilius est.

Falib 2. in testamentis et ultimis Vo-  
luntatibus; has enim interpretari Testato-  
ris est, quoadiu vivit. L. Haredes palam  
21. d. i. f. qui testan. facere post morte autem  
Testatoris, Si circa res legatas dubium  
remaneat, electio ordinari peres hoi-  
videm ad. L. Siquis 32. d. i. f. de  
Legali. i.

**LVIII.** Non est obligatorium contra  
bonos mores praestitu juramen-  
tum.

Sensus est: qui iurata aliquid facere,  
aut omittere quod peccatum in se continet,  
nec proinde licite observari potest, iura-  
mentum servare minime tenetur, aut  
debetur.

Ratio est; quia sicut  
iuramentum toties servandum est, quo-  
ties non vergit in aeterna salutis dis-  
pendium c. cum contingat. 28. de  
iurap. d. fin. Sic e contra, ubi periculum  
in aeterna salutis dispendium servandum  
non est.

Præterea iuramentum  
non est vinculum iniquitatis car. 22. caus.  
22. q. 4. Neg. dicas: Usuras  
illicitas esse, et tamen si quis eas solvere  
iuraverit, iuramento stare tenetur.  
c. debitoras C. de iuraj. nam de usu-  
ras non ex parte dantis, sed solum  
ex exigentis illicitas esse.

**LIX.** Dolo facit, qui petit quod  
restituere oportet eundem.

Sensus est: qui rem aliquam ad se  
non pertinentem ab altero petit, quam  
eidem exigentis iustitia statim resti-

29<sup>r</sup>  
tuare taretur, animo fraudandi facisse praesumitur. Sic, qui iuratas a debitore petit, ex dolo agere praesumitur, quia eas eidem statim restituere obligatur. C. cum tu. §. et C. tuas. 13. de Usuris.

Ratio Regulae est: quia paria sunt non accipere, vel acceptum retinere non posse. l. fin. ff. de condic. ob causam.

Dixi eadem. Secus enim dicendum, si alteri tertio res restituenda est, unde commodatarius rem sibi comodatam, et postea a fure ablatam, ab eodem iusto petit, ut eam restituat Domino.

Fallit nonnunquam haec Regula, nominatim in Casu restitutionis Spoliatorum, ubi namque Spoliatus rem sibi ablatam de fure petere potest, quia tamen si in mala fide versetur, statim restituere tenetur.

**LX.** Non est in mora, qui potest exceptione legitimam se tueri.

Nota. Secundum fura per moram intelligitur culpabilis, damnosa ac nociva dilatio faciendi aliquid eo tempore, quo quis debet. Unde

Sensus Regulae est: dilatio culpabilis si imputari <sup>non</sup> debet, nec proinde poenas incurrit, qui probare potest, quod ex justa causa non praestiterit, quod erit praestandum, aut non solverit, quod erit solvendum.

Ratio Regulae est: quia ubi iusta ac legitima exceptio vel excusatio adest, culpa abest, ubi autem culpa

100  
abest, ibi mora dicitur culpabilis esse requirit.  
In exemplo: Caricus dicitur requirit in mora,  
non solvendo partem Decimarum quartam,  
si tueri se possit exceptione prescripti-  
onis. C. de quarta. 4. de prescript.

**LXI.** Quod ob gratiam alicuius  
conceditur, non est in eius dis-  
pendium retorquendum.

Sensus est: quod alicui conceditur  
tanquam favor et gratia, non est tra-  
hendum ad ejus incommodum et prejudicium.

Ratio est: quia, si id, quod in gratia  
concessum est, in dispendium traheretur,  
jam non esset gratia, sed onus.

Sic igitur privilegium Civitatis Clericis  
et Studiosis concessum, non includit onera;  
quia alias non in commodum, sed in damnum  
caderet.

Sic etiam professores, qui alias a ple-  
bana familia ortum ducunt, licet 20. an-  
nis docendo, nobilitate decorentur L  
un. C. de Profess. qui in Urbe, minima  
tamen amittunt favores, quibus ut ple-  
bei poterant, non nobilitatis hono-  
ris obsid.

Falitur haec Regula, quando Prin-  
ceps ad instantiam tantum petentis,  
non autem motu proprio aliquid con-  
cessit: Exemplum habetur in C  
Brudentiana 2. de mutuis petit.

**LXII.** Nullus ex consilio, dum  
modo fraudulentum non fuerit,  
obligatur.

Sensus est: qui bona fide alteri



107  
datur consilium, minimè tenetur ad rasar  
cienda damna, quae inde forsitan proveni  
unt. Ratio est: quia ex opere  
Charitatis, quale est consilium bonae fide  
datum, nullus damnum referre debet,  
alioquin nemo amplius esset, qui afflictis  
consilio succurrere vellet.

Dixi bonae fide datum; Nam si quis  
mala fide procedat, extra controversiam  
est, consilium ejus malitiosum parare  
obligationem ad reparanda damna etiam  
tertio inde secuta. patet ex ipsis  
Regula Verbis, dummodo fraudulentum  
non sit. Ergo à sensu contrario: quod  
est fortissimum in Jure argumentum:  
si fraudulentum est, parit obligationem.

Fallit haec Regula in ijs, qui ex  
officio consilium dare tenentur, ut Jur  
V. S. Apsopos. Medici, Advocati &c.  
quia isti ex quasi contractu, adeoque  
ex justitia tenentur eam comparare  
Scientiam, quae officio suo bene fungi  
possunt. Hinc si ex imperitia damnosum  
dant consilium, hoc ipso culpam latam  
committunt, ex qua oriri obligationem  
indubitatum est. arg. l. j. v. j. f. l. i. m. a.  
507.

**LXIII.** Exceptionem abiciens,  
non videtur de intentione Ad  
versarij confiteri.

Sensus est: quando Actor in judicio à  
Reo aliquid petit, hic verò nec expressè  
negat, nec confitetur factum, in quo pe

105  
petitio Actoris fundatur, sed solum contra  
hujusmodi petitionem accipit, et si  
sensus non est, intentionem Actoris, id est  
factum, cui in iudicio petitio Actoris,  
confiteri.

Sic, si Cajus Actor dicat: mutuos  
dedi mille floranos Tibio, quos ut mihi  
solvas, peto; iste vero non expressè ne-  
get, nec fateatur hoc factum, sed contra  
sic accipiat: quamvis mihi mutuos  
mille floranos dedisses, tibi tamen jam  
nil habeo, quia proculdubio jam pridem  
solvi: in tali Casu non censetur Tibius  
fateri intentionem Caj.

Ratio Regula est: quia Exceptio  
non alia intentione Actoris à Reo objici-  
tur, quam ut excludat ipsius intentionem;  
ergo non fundare, aut fateri requirit;  
actus enim nostri non operantur ultra  
nostram intentionem.

Ceterum Doctores communiter hinc pro  
praxi suadent, Exceptionem puram nunquam  
quam ponendam esse, sed vel factum  
absolute negandum, si Verisimile sit id  
ab Actore, sufficienter probari non posse,  
vel sub conditione apponendam excep-  
tionem, dicendo V. G. Nego datum mihi  
fuisse mutuum, et si,posito, non concessis-  
se, datum esset, jam pridem solvi, tunc  
enim adhuc remanet onus probandi, datum  
mutuum peres Actoris, et non pro-  
bante, reus absolvitur. arg. C. cum  
venerabilis. C. de Except.

103  
LXIV. Quae contra Jus. fiunt, de-  
bent utiq; pro infectis haberi.

Sensus est: quidquid fit contra Legem, quae  
actum irritat, vel illius formam Substantia-  
lem praescribit, invalidum est, desumit  
ex L. non dubium s. C. de Legibz. Dixi  
quae actum irritat. Nam quae fiunt contra  
legem solummodo actum prohibentem, nisi  
haec formam actus praescribat, valida esse  
manifestum est ex C. ad Apostolicam. 16. de  
Regular. ibi: multas fieri prohibentur,  
quae si facta fuerint, obtinent roborem firmi-  
tatem.

Notanter dixi nisi haec formam actus praescribat. haec enim ubi a Lege praescribitur  
et non servatur, actum pro infecto ac nullum  
haberi debet. arg. C. cum dilecta 22. de  
rescript. ubi enim deficit essentiale requi-  
situm, quale est ipsa forma Substantialis  
deficit et ipsa res. Sic Electiones, in quibus  
forma ab Ecclesia praescripta non servatur,  
pro infectis habentur. C. quia propter 4. de  
de Elect.

LXV. In pari delicto, vel Causa  
potior est Conditio possidentis.

Regula haec duo continet membra.  
Primum hunc habet sensum: quando duo  
unum idemq; delictum cooperantur, ut  
tamen ut unus ex delicto del. et alter  
accipiat, melior est conditio accipientis  
ac possidentis, quippe qui restituere  
amplius non tenetur. Sic si quis furtivi  
pecuniam del., ut iniquam fecit sen.

tertiam, datum ab eo, postquam ipsam  
tubit, amplius repetere nequit.

Sonus 2. Membrum iste est: quando duo  
in pari versantur causa absq. datus,  
potior est conditio possidentis, ista est  
a possessione ceteris paribus dajci non  
potest. Sic quando duo tandem rem  
emunt, praevalet illa, cui res tradita est.  
Ratio utriusq. est, quia Possessor praefer  
quod cum altero pari passu ambulat, in  
super Titulum certum, scilicet Posses  
ionis, habet, quo alter caret; a quibus  
promissa est, ut fura si magis favoreant.

Fallit haec Regula quoad mem  
brum in Simonia reali, in qua qui  
aliquid accipit, datum restituere te  
netur, arg. C. de hoc. ij. de Simon.

**LXVI.** Cum non stat per eum  
ad quem pertinet, quo minus  
conditio impleatur, haberi debet  
perinde, ac si impleta fuisset.

Haec Regula desumpta est, ut adve  
tunt DD. ex L. in Jure Civili 101. ff.  
de R. J. ibi: In Jure Civili receptu  
est: quoties per eum, cuius interest,  
conditionem non impleri, fit, quo minus  
impleatur, perinde haberi, ac si im  
pleta conditio fuisset.

Unde, ut clarior hujus Regula reddatur sep  
sus, in ea aliquid suppleri, et sic efferi de  
bet: cum non stat per eum, in cuius favorem  
aliquid sub conditione ordinatum est, sed po

105  
tius per eum, cuius interest, ne conditio impleatur, haberi debet perinde ac si implata fuisset. Si Testator legat mihi fundum sub conditione, si decem aureos dadero heredi, et non per me, sed per heredem stat, quo minus recipiantur, conditio pro implata haberi debet. Ratio est: quia Nemo potest ad impossibile obligari Reg. 6. de R. J. in 6.

Dixi cuius interest, ne conditio impleatur. Nam, praesens Regula saltem modo loquitur de casu, quo quis ab implenda conditione sine impositione impeditur ab eo, cuius interest, ne conditio impleatur, puta quia per huius impletionem aliquid amittere cupit; et per hoc distinguitur praesens Regula à Regula 41. quae agit de eo casu, quo quis per alicuius casus eventum vel etiam per tertium impeditur, ne faciat id, quod cum facere oportuisset.

**LXVII.** Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

Hae Regula duplicem admittit sensum. 1. quod alicui in propria Persona non licebit, nec per alium, seu per substitutum eide licebit. V. G. non licet mihi innocentem occidere, nec per alium à se substitutum id licebit.

2. Quod quis suo nomine, seu pro seipso licite facere non potest, id neq. alieno nomine, id est, nec pro alio poterit. V. G. sicut quis non potest exercere usuras pro se ipso, seu ad sui utilitatem, ita nec ad utilitatem alterius. Ratio Regulae est: ne quod una via prohibetur, alia via permittatur. C. prohibetur 2. q. 1.

Fallit hac Regula, si ratio prohi-  
bitionis ex mea Persona capset in Persona alte-  
rius: Sic licet non possim cum mea consan-  
guinea contrahere, possum tamen pro  
altero, ut Procurator.

**LXVIII. Potest quis per alium, quod  
potest facere per seipsum.**

Sensus est: qui aliquod Negotium, aut  
causam per seipsum valide ac licite trac-  
tare potest, poterit et per alium ad hoc pro-  
curatorem.

Ratio Regulae est: quia  
multae causae saepius impediunt, quominus  
quis per seipsum agere possit; ergo agat  
per alium necesse est. arg. l. i. in fin.  
de Procurat.

Idem per alium ad hoc  
idoneum videtur: potestate aliare quali-  
tate ab id necessaria praeditum; Hinc  
licet Episcopus per se ordinare suos possit,  
non tamen poterit per simplicem sacerdotem,  
cum is potestate ordinandi careat.

Fallit hac Regula ubi Lex, vel con-  
ventio partium proprium factu desiderat.

**LXIX. In malis promissis fidem  
non expedit observare.**

Sensus est: Si quis rem turpem aut alias  
peccaminosam alteri promiserit, V. G. homicidium  
adulterium, fidem servare licite nequit.

Assumpta est haec Regula ex Can. in ma-  
lio. 5. Caus. 22. q. 4. ibi: in malis pro-  
missis rescinda fidem; in turpi voto multa  
decedendum, quod incaute voristi, ne faci-  
as. Cuius redditur haec ratio: impia  
enim est promissio, quae sceleris adim-  
pletur, ibidem.

Sunt, qui extendunt hanc Regulam

ad malā promissa, cuiusmodi sunt ea, quae quis  
ex metu, aut dolo malo alterius ~~promissa~~  
alteri promittit, sed ipsi non assentimur, quia illi-  
citurum non erit V. G. alteri mutuas dare pecunias  
quas ipsi metu compulsus promittit, praesertim  
cum talis promissio de iure Valdeat est ex  
controv. infra patebit. Non igitur de male  
promissis, sed de malis promissis Regula  
nostra intelligenda est.

**LXX.** In alternativis Debitoris est  
Electio, et sufficit alterum adimplere.

Alternativa dicitur illa, quae in disjunc-  
tione asseruntur per particulam vel, aut  
unde

Sensus est: quando in certis dispositionibus  
plura disjunctive implenda proponuntur, sicut  
in arbitrio debitoris, id est illius, qui ad im-  
plere vel prestare debet, unum ex illis quae  
maluam, eligendi vel implendi. Sic, si  
quis promittit alicui dare pecuniam, vel  
frumentum, in promittente tanquam debito-  
ris arbitrio est, utrum pecuniam, vel fru-  
mentum dare velit, et si unum ex ijs eligat  
satisfacit.

Ratio est: quia sicut ad veritatem copula-  
tiva requiritur utrumque esse factum, sic ad  
Veritatem disjunctivam sufficit alterutrum  
tantum, ex Summario l. Siquis ita § 29.  
ff. de Verbor. oblig.

Hae Regula potissimum locum habet in Con-  
tractibus, ultimis Voluntatibus, in mandato  
Principis ac decreto Iudicis disjunctive  
conceptis, in quibus nempe, alterutri  
disjunctorum promissa, sufficit

Fallit, quando mens disponantis  
ex subjecta materia vel fine ac scopo apparet

lia esse apparet, vel alias absurdum. <sup>quis</sup> sequar  
tum enim disjunctiva dictio vel in copulatione  
et resolvi debet, nec unum sufficit, sed utriusque  
impleri debet.

**XXI.** Qui ad agendum admittitur, est  
ad excipiendum multo magis admittendus.

Regula haec dubitatur procedit, cum de eo  
idem, et ad idem agitur, ac excipitur, ut ad ver  
til glosa. Unde

Sensus est: quando alicui de jure competit  
actio pro re aliqua acquirenda, eidem  
etiam et multo magis competit exceptio  
pro eadem retinenda. Sic, quia ei,  
qui post legitimam rei praescriptionem  
deicitur a possessione, competit actio ad  
ipsam rem recuperandam; multo magis  
ei competit exceptio pro eadem retinenda  
cum eam possidet.

Ratio est: quia, cui licet quod est plus,  
licet utique quod est minus. Reg. 53. de  
A. 7. in 6. plus autem est agere, quam  
excipere, cum non raro, cui datur actio  
actio, cori adhibetur exceptio. arg. c. cum  
inter 5. de except.

Fallit 1. haec regula in casu spoliationis;  
nam spoliatus possessione sua, licet male fidei  
fuerit possessor, ante omnia restituendus est,  
nec promissus spoliatori competit exceptio, et  
postea ei competit actio ad vindicandam rem  
suam, c. j. et c. in litteris 5. de restit. spoliat.

Fallit 2. in Deposito, quod etiam  
absq. exceptione restituendum est, quanquam  
postea depositarius, positis quod illius rei  
proprius fuerit Dominus, agere possit  
contra deponentes. c. fm. v. tunc de  
Deposito.



**LXXII.** Qui facit per alium est  
perinde, ac si faciat per se ipsum.

Hac Regula, licet videatur convenire cum  
Regula 68. differt tamen ab ea, quia 68<sup>va</sup>  
loquitur de potestate faciendi, Hac vero  
de effectu actus; Illa non nisi ad licita se ex-  
tendit, Hac etiam de illicitis loquitur, unde  
Sensus illius est: quod quis per alium sive  
licite, sive illicite facit, eundem sortitur  
effectum, ac si per se ipsum fecisset: Sic  
qui contrahit cum Berla per Procuratorem  
ag. est Maritus, ac si in propria Persona  
contraxisset: Sic etiam qui innoxie  
famulo, ut parceret Cericum, ag. in  
currit excommunicationem, ac si ipsa eum  
percussisset. c. mulieres. C. d. fm. de sent.  
excom. ubi etiam hac ratio subiungitur  
cum is committat verum, cuius auctoritate vel  
mandato delictum committi probatur.

Fallit hac Regula, ubi Lex vel alia  
Dispositio proprium factum requirit, ut patet  
adnotavimus ad Reg. 68.

**LXXIII.** Factum legitime retractari  
non debet, licet casus postea eveniat,  
a quo non potuit inchoari.

Sensus est: quod legitime ac valide factum  
est, valorem non amittit, nec annullari de-  
bet, etiam si superveniat casus, qui si prius  
existisset, actus factus non fuisset. Sic  
Matrimonium legitime contractum, non  
dissolvitur propter supervenientem  
afinitatem, vel cognationem spiritualem  
vel furoralem alterius Conjugis, quamvis si  
huiusmodi obstaculum ante Matrimonium

Substitisset, illud impedivisset.  
Ratio est: quia Leges futuris tantum re-  
gotijs dant formam, non vero ad facta pra-  
terita vocantur L. legis. C. de Legibz.

Fallit haec Regula in nonnullis, in quibz  
effectus ejus, quod legitimè factum est, ad  
impossibile redigitur; Sic Sponsalia legi-  
timè facta dissolvuntur per ingressum  
Religionis alterius conjugis, eo quod tunc  
in eum casum devariant, quo effectum suum  
sortiri nequeunt.

7 prorsus

**LXXIV.** Quod alicui gratiosè con-  
ceditur, trahi non debet ab alijs  
in exemplum.

Sensus est: Si Princeps alicui ultra vel  
contra jus communi specialem exhibeat  
favorem, non debent alijs existimare sibi licen-  
tiam esse, eodem atiam uti favore.

Ratio est: quia Privilegium Personale  
Personam sequitur, et extinguitur cu Persona  
Reg. 7. de R. J. in C.

— Sic igitur, si

Capa alicui hunc favorem exhibeat, ut  
plura beneficia curata habere possit, non  
debet ab alijs trahi in consequentiam, ita  
ut arbitrentur plurimum hujusmodi bene-  
ficiorum possessionem sibi licitam esse.

**LXXV.** Frustra sibi fidem quis  
postulat ab eo servari, cui fidem  
à se praestitam servare recusat.

Sensus est: qui non praestat, quod alteri prom-  
isit, non potest ab altero pretendere, ut  
quod recipere promisit, praestet.

Si, si quis pro pensione annua alteri  
locavit domum suam sub certa pena,  
quod eum invitum expellere nolit; potest

197  
nihilominus Locatarium impune expellere,  
si pensionem Statutam non solvat L. quarto § 4  
§. j. f. locati. Ratio Regula est:  
quia omni contractui tacita inest hac con-  
ditio: si fidam datam alteri servarit. arg. l.  
cum propeas. 2 j. c. de pact.

Fallis hac Regula in contractu cum  
pupillo sine auctoritate Tutoris inito; hic  
enim pro lubitu talam contractum annul-  
lare potest, remanente in altero apud alterum  
obligatione eundem servandi.

**LXXVI. Delictum personarum non  
debet in detrimentum Ecclesiae  
redundare.**

Nomine personarum hic intelliguntur ij omnes  
qui Ecclesiae sive regulari, sive seculari  
de servant, ejusque res aut Jura administrant  
vel membra illius existunt, quales sunt  
Praelati, privati Clerici, Religiosi, Offi-  
ciales sive Regulares, sive Seculares,  
papa granarij, aconomi, procuratores.  
Si igitur hujusmodi Persona delictum com-  
mittunt, non debet in detrimentum Ecclesiae  
redundare, id est: Ecclesiae non debet ex-  
inde aliquod incommodum subire, nec  
tanctur damnum illatum resarcire;  
Et iste est Sensus hujus Regulae.

Hinc fit quod Ipse Praelatus Ecclesiae  
res non solum ab aconomis, sed etiam a  
semetipso male alienatam, nomine Ec-  
clesiae repetere possit etiam allegando  
propriam turpitudinem.

Ratio Regula est: quia Ecclesia  
gaudet Jure minoris c. j. de integ. restit.  
minor autem ex alieno etiam Tutoris

delicto non tenetur; arg. l. parum. f. de tabu-  
is exhibend.

Fallit hac Regula in delictis omissio-  
nis. Bencivius qui rem Ecclesiae omittit re-  
petere, eam per prescriptionem alterius  
amittere potest. arg. can. placuit. 15. caus.  
6. q. 3.

Fallit 2<sup>o</sup>. in faterdicto c. cum dilectus,  
de Religiosis domibus. ubi propter de-  
lictum Praelati Monasterium interdictum sub-  
iicit.

Fallit 3<sup>o</sup>. ut Vivianus hic docet,  
quando Praelatus delinquit cum consensu  
Capituli, quia Praelatus cum Capitulo totam  
representat Ecclesiam. hinc si illa de-  
linquit, tota Ecclesia deliquisse censet.  
quod tamen hic negat Zannero cum alijs.

**LXXVII.** Rationi congruit, ut suc-  
cedat in onere, qui substituitur in ho-  
nore

Sensus est: aequum esse, ut qui alteri in  
munere honorifico succedit, et etiam suc-  
cedat in obligationibus huiusmodi muneris  
annexis.

Sic Praelatus, qui  
succedit in honore suo Antecessori, succedat  
etiam in onere debitorum solvendorum  
pro Ecclesia utilitate contractorum.

Fundamentum huius Regulae est; ipsa  
aequitas naturalis, quod et ipsa regula exprimit  
his verbis rationi congruit, et aliunde  
qui tenet commodum, sentire debet onus  
ut ait regula 55. de R. J. in C. ad qua ista  
bene reduci potest.

**LXXVIII.** In argumentum trahi  
naqueunt, quae propter necessitatem  
aliquando sunt concessa.

Sensus est: quod alicui ob gravem necessitatem concessum est, non debet ab alijs trahi in consequentiam, ita ut existiment id etiam sibi concessum esse? *Formamus casum pro*  
 Exemplo: ~~omn~~ Sic olim ob inopiam. sacerdotum secularium beneficia secularia Religiosis collata sunt; modo autem nullus est secularium sacerdotum defectus, quaeritur, an adhuc Religiosis beneficia secularia conferri possint? Respondetur quod non, quia illud ex necessitate fuit ordinatum, ideo non debet trahi ad consequentiam. c. j. dist. 5<sup>a</sup>.

Ratio regula est: quia si casus, qui necesse est necessitatis, ab alijs postmodum trahi possit ad consequentiam, plurimae Leges everterentur.

**LXXIX.** Nemo potest plus Juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.

Sicut Regula haec clara est, sic etiam manifesta est eiq. ratio, Nemo quippe dare potest, quod non habet: Canon 24. caus. q. 7. Hinc licet bona fide possideam rem aliquam, si tamen mea non sit, sed aliena, vendendo illam, antequam eam praescripserim, non transfero in Emptore dominium talis rei, cum hoc ipse non habuerim.

**LXXX.** In toto partem, non est dubium contineri.

Haec regula est Lumine naturae nota, nec promissio indiget explanatione. eo autem collimat, ut intelligatur cum, qui fuit

totum habet, etiam ad partem illius habere;  
Sic, si quis in iudicio totum V. G. praedium petit  
et succumbit, etiam quoad partem illius suc-  
cumbit, etiam quoad partem illius suc-  
cumbit, etiam quoad partem illius suc-

**LXXXI.** In generali concessione non  
veniunt ea, quae quis non esset veri-  
similiter in specie concessurus.

Haec Regula est quadam limitatio eiusdem  
dem Juris Regulae L. Semper 147 §. 1.  
R. G. ibi: Semper specialia generalibus  
inveniunt. unde

Sensus illius est: Si quis in genere aliquid  
concedit, non intelligitur concessa ea, licet sub  
tali genere comprehendatur, quae verisimiliter  
in specie non esset concessurus. Sic, si quis  
generalem administrationem bonorum scopu  
alibi concedat, non tamen censetur ei potes-  
tatem donandi concessisse. c. In. de offic. Vi.  
in l. 1.

Ratio Regulae est: quia sicut in legibus magis  
Legislatoris semper attendenda est, sic in  
concessionibus intentio concedentis spectan-  
da est; quae in generali concessione ad ex-  
traordinariam, insolitam, inhonestam, aut gravem  
damnum aferentia extendi non debet, haec  
quippe sunt, quae quis verisimiliter in specie  
non esset concessurus.

**LXXXII.** Qui contra jus mereatur,  
bonam fidem praesumitur non habere.

Sensus est: qui aliquid emit contra prohi-  
bitam Legem sive divina, sive humana, et  
praesumitur non bona, sed mala fide id fe-

7 qui contra jus agit,

115  
esse. Ratio est: quia cum quilibet actiones suas ad normam juris dirigere tenentur, praesumitur jus scire, aut scire defendere; unde consequens est, eum non bona fide agere, saltem praesumptiva. per textum in l. dolus 44. ff. mandati.

In Exemplo: Siquis a Pupillo sine auctoritate Tutoris aliquid emit, ignorans id prohibendum esse, tanquam mala fidei Confessor de jure censetur, quod fit, ut illud nunquam praescribere possit.

**LXXXIII.** Bona fides non patitur ut semel exactum iterum exigatur.

Sensus est: qui solutionem debiti jam semel petijt, simul et obtinuit, tunc conscientiam eam ulterius exigere nequit.

Ratio est: quia talis sic vellet locupletari cum alterius detrimento, quod est contra aequitatem naturalem.

Extendunt etiam hanc Regulam ad parvas, ut si cui ob delictum semel poena infligta sit, eadem amplius repeti nequeat.

Dubitatur autem, an delictum mixti fori a Jure Civili puniatur, rursus a Jure canonico poena affici possit, de quo vide Covar. l. 2. Var. resol. c. 10.

**LXXXIV.** Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

Sensus est: quando ipsa res absolute ratione sui una via alicui prohibita est, alia via ad eam admitti, aut per

variosa nequit.

Ratio est: ne frans fiat legi l. fin. c. si  
mancipium.

Sic, quia Prælato  
ante Confirmationem absolute prohibita  
est administratio rerum Ecclesie, siene  
easdem sub titulo Procuratoris vel Deco,  
nomi administrata non poterit. c. avaritia  
5. de Elect. in 6.

Dixi absolute et ratione dicitur, nam si  
solum in via, seu in modo versetur prohibi-  
tio; tunc quod una via prohibetur,  
aliã viã etiam prohibendum censeri non  
debet. Sic, licet Caric illegitime ad  
Episcopatum eligi non possit, postulari  
tamen poterit. c. innotuit. 20. de Elect.  
Sic etiam in Judicijs, etsi Actor petens  
aliquam rem una actione incepta re-  
pellatur, petendo tamen eadem  
alia actione congruente admittitur.

**LXXXV. Contractus ex conventi-  
one legem accipere dignascuntur.**

Lex hic pro forma ac modo contractus sumi  
debet, unde

Sensus est, quod ex contractuum voluntate  
ac speciali conventionione dependet, quomodo  
tum et qualiter contractus aliquis obliget.

Ratio est; quia quilibet rerum suarum  
moderator et arbiter est. l. in re. man-  
data. 21. c. mandati.

Fallit hac Regula, quando conven-  
tio versatur circa rem temporariam, vel ex  
essentia à Jure communi, aut sit contra  
essentialem formam à Jure prescriptam;



47  
ex hac enim conventionis nullam oriri ob-  
ligationem, indubitatum est.

**LXXXVI.** Damnum quod quis  
suâ culpâ sentit, sibi debet,  
non alijs imputare.

Latius hîc sumitur culpa; nempe non solum  
pro culpâ theologia aut civili, sed pro qua  
libet causâ, ex quâ damnum sequitur. unde  
Sensus Regulae est: damnum emergens aut  
lucrum cessans, quod quis sentit ex suâ cul-  
pâ vel causâ, quam ipsemet liberè posuit,  
sibi soli imputare debet.

Ratio est: quia culpa sua non alienos  
tenet Authores l. sancimus. 22. c. de  
penis. et quia effectus sua causa non  
alteri imputandus est. arg. c. cum ex bar-  
ta caus. 60. de appell.

Sic, qui compromittit in arbitros, senten-  
tia eorum iniqua stare debet, sibi im-  
putet, quod ita compromiserit.

Sic, si negotiorum gestor indebitum sol-  
vit, sibi, non domino damnum imputare  
debet.

**LXXXVII.** Infamibus portæ  
non pateant dignitatum.

Infamia dicitur diminutio existimatio-  
nis, quæ nonnunquam fit auctoritate fœris,  
cujus exempla plura habentur integris  
duobus libulis f. de his, qui notantur  
infamia et c. ex quibz causis infamia  
irrogatur. quandoq; gravium virorum

judicis stat: illa fugis infamia, haec facti  
nunquam pari consuevit, et de utraq; loquitur  
haec Regula, unde  
Sensus illius est: ad munera honorifica  
admitti nequit, qui infamia sive fugis,  
sive facti laborat.

Ratio est: quia ipsi, qui in excelso loco  
sunt positi, debetur honor, sed quis hono-  
rificabit ex honorantem animam suam?  
Ecclesi. c. 10.

Ceterum, qui solius facti infamia notantur  
eam constanti emendatione abolere possunt  
sunt, adeo, ut ipsi postea etiam portae  
pateant dignitatum. c. nunquam. 4.  
dist. 56.

**LXXXVIII.** Certum est, quod is  
comittit in legem, qui Legis verbum  
complectens, contra Legis nititur  
Voluntatem.

Sensus est: pro transgressore Legis habe-  
tur, qui mentem Legislatoris satis per-  
spiciam habens, pro textu nudi sanctorum  
Verborum contra ejusdem Legislatoris in-  
tentionem eam interpretatur. In exe-  
plo: prohibetur est filio familias mutua  
dare pecuniam, ne occasione illius mala  
perpetret, si prout ei, non quidem  
pecuniam, sed v.g. frumentum mutuum  
daberis, in lege deliquisti, quia sic  
contra mentem Legis fecisti.

Ratio est: quia sicut Canonicianus,  
habent se verba et intentio seu ratio sicut  
corpus et anima; Nam sicut anima domi-  
natur corpori, sic intentio seu ratio Legis

dominatur Verbis.

Fallit haec Regula, ubi mens Legis certa non est, in obscuro quippe magis ad haerendum est Verbis Legis. arg. l. non aliter ff. de Legatis 3. \*

Caput 7.

De Regulis Juris Civilis

Has Regulas non digessimus secundum eam seriem quam sortiuntur in corpore Juris, videlicet in ff. lib. 50. 7. 17. Sed secundum ordinem alphabeticum, ut eo facilius inveniri possint; solent enim plerique Authores, dum Regulas ex jure Civilis allegant, non nisi initium earum nullo addito numero exprimere, v. g. l. Servus ff. de R. J. quo fit ut quis nonnunquam 233 Regulas s. totidem enim sunt Juris Civilis Regulae percurrere debeat, donec eam, quam quarit, reperire possit. Porro instituti nostri ratio non postulat ut hic prolixiores simus; solum quippe intendimus brevi ac succincta paraphrasi sensum harum Regularum clariorem reddere. \* sit igitur.

\* numero cuiuslibet Regulae est positus Lombinus Characteris proprius indicat ordinem, quem 140 ista Regula in ff. obtinet. et quia ibidem quaedam Regulae nomen et alterum habent, eos hic ab ipsis Regulis separavi sum, et ordine alphabeticis, quem admodum ipsas Regulas disposuimus ipsis quibus sunt propriae.

De absentia Reipublicae causa.

Absentia eius, qui Reipublica causa abest, necque ei, necque alii damnosa esse potest.

Sic Titius pro bono sua Reipublica Romae v. g. missus, ibique per aliquod tempus commoratus, non amittit praedium interim ab alio prescriptum, sed nec ipse praedium Sempronij hactenus a se possessum, quamvis similiter praescriptionis tempus impleverit, acquirere poterit. Conf. l. j. et l. 29 ff. de quibus causis maj.

De actibus legitimis, et de differentia taciti et expressi

Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel

120  
conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, servi optio, datio tutoris in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem. Nonnunquam tamen actus supra dicti tacite recipiunt conditionem, qua aperte comprehensa vitium afferunt; Nam si accepto feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit: qua si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti facit actum.

Sensus est: Actus legitimi illi, quorum valor in futurum contingentem eventum ex ipsa natura actus vel juris dispositione suspendi nequit, in totum vitiantur adjectione conditionis in futurum contingenti, aut diei seu temporis futuri. Huiusmodi actus sunt mancipatio, acceptilatio &c. Nihilominus nonnunquam actus isti recipiunt huiusmodi conditionem, qua tamen si exprimat, nullitatem negotio affert. Nam v.g. Si consultatur dos per acceptilationem cum hac talitatu conditione: Si nuptia secuta fuerint fo qua conditio doti semper inest; tunc purificata conditione, secutis scilicet nuptis, sortietur acceptilatio suum effectum. Si tamen hac conditio acceptilationi expressis verbis adijciatur, irritus erit huiusmodi actus.

De obsequiosa voluntate

Ad ea, qua non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si vel Dominis, vel his, qui vice Dominorum sunt, veluti Tutoribus, vel curatoribus obtemperarunt.

Sensus est: Si servus ex iussu vel mandato Domini sui in levioribus deliquerit, ignoscitur; Secus in atrocioribus: tunc enim servus impune delinquere non solet.

De eo, qui dolo desit possidere.

Semper, qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet.

Coincidit cum reg. 36. de R. F. in 6. de qua supra cap. 6.

De obligatione heredis.

In contractibus <sup>Successores</sup> ex dolo eorum quibus successerunt, non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur. hoc est unusquisque pro ea parte, qua haeres est. Hujus explanationem vid. inf. l. 152. Hoc jure §. 3. h. t.

De venditione per mandatarium

160 Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.

Hinc si mandatarius rem meam vendens excedat formulam mandati, nempe vendens rem minoris, quam ei mandavi, nulla erit venditio, deficit enim hic consensus meus.

De effectu doli alieni

219 Alterius circumventio alii non praebet actionem.

Hoc est: circumventio unius facere non potest ut alter in de actionem habeat; unde quod servus dolo malo acquiri, ex eo Dominus actionem non habet; nempe cum ex delicto conditionem suam meliorem facere potest, tunc non potest. per l. sed ex dolo 15. §. parvult. de dolo malo

B.

57 Ne idem bis exigatur. Bona fides non patitur, ut idem bis exigatur. Quia semel facta solutione ejus, quod debebatur, sublata est omnis obligatio. Hic praecipue danantur usurae.

De bona fide.

136 Bona fides tantundem possidenti praestat, quantum veritas; quoties lex impedimento non est. Id est: bona fides tantundem possidenti confert, quantum ipsum dominium; quia bona fidei possessor loco Domini est, l. bona fidei 48. pr. de acquir. rer. dom. Exiipit, nisi lex usurpationem prohibeat, ut fit in re factiva, vi. possessa §.

C.

De obligatione ex consilio

247 Consilii non fraudulentum nulla obligatio est: ceterum si dolus et calliditas intercesserit, de dolo actio competit. Hoc est, ex consilio non fraudulento nemo obligari potest;

123  
quia unig liberum est, explorare, an exeat consilium.  
Socius tamen dicenda, si dolosum sit. Dolus animi  
magis debet esse impunitus, l. contractus ff. h. l.

S. 1.  
De Sociis

Socii mei socius, meus socius non est. NB. inf. litt. S.

Sensus est: Si socius meus citra voluntatem meam  
et consensu admittat alium, is ei socius erit, qui eum  
admisit; et mihi non erit, quia in eius societatem non  
conspexi.

De praestationibus doli culpa, et casus fortuiti  
in contractibus.

Contractus quidam dolum malum dumtaxat  
recipiunt: quidam dolum et culpam: dolum tan-  
tum, depositum et precarium: dolum et cul-  
pam mandatum, commodatum, venditum, redditum,  
pignori acceptum, locatum: item dotis datio,  
fidei commissa, negotia gesta: in his quidam et dili-  
gentiam: Societas, et rerum communio, et do-  
lum et culpam recipit. Sed hoc ita, nisi  
quid nominatim convenit, vel plus vel minus  
in singulis contractibus; nam hoc servabitur,  
quod ab initio convenit: legem enim contrac-  
tui dedit: excepto eo, quod Celsus putat,  
non valere, si convenit, ne dolum praestetur;  
hoc enim bona fides iudicio contrarium  
est; et ita utimur. Animalium vero casus,  
mortesque, quae sine culpa accidunt, fuga  
servorum, qui custodiri non solent, rapina  
tumultus, incendia, aquarum magnitudines,  
impetus praedonum a nullo praestantur.

Hic dicitur, quis teneatur damnum luere, et sentire,  
si res, quae per pactum obligata est ante traditionem, vel  
postea, deterior fiat, vel omnino intereat. Et distingui-  
tur, an res dolo, culpa, vel casu deterioretur, aut pereat.

Si casu, nulla inde oritur obligatio: si dolo non est du-  
bium, quin is praestare damnum debeat, qui dolo fecit:  
si culpa; et tunc distinguendum est inter lata, quae sunt  
legis negligentiaeque, et levem, et levissimam. Lata, atque  
a fortiori dolum praestant contractus, qui cedunt in uti-

Utaleu solius dantis, ut depositum, sed levem pres-  
tant, qui in utriusq amolumentu cadunt, ut so-  
cietas, locatio & locumā danti, qui in utri-  
citate solig accipientis, ut comodatum. Hae qui-  
dam ita se habent, nisi aliter conventu fuerit.  
nam partes dantis forma contractibus, formae  
nam ex conventionibus et partibus contractus, vim obli-  
gandi sortiuntur, nullis tamen pacto diffini potest,  
ut doli aut culpa lata non praestetur, sed enim repu-  
gnat contractibus bona fidei.

De jure pignoris

158 Creditor, qui permittit rem venire,  
pignus dimittit.

Ratio est, quia dum venditioni non contradicit, eo  
ipso jus pignoris remittere videtur, l. 5. §. 1. ff. quibus  
modis pignus.

113 Cui Sumus inf. lit.  
f. 156. §. 1. 148

De co, cuius effectus omnibus prodest

Cuius effectus omnibus prodest, eius et par-  
tes ad omnes pertinent.

Sicuti balnea, gymnasia & profunt omnibus civi-  
bus, ita et partes quoque extructionis ad omnes per-  
tinebunt, et in his partibus etiam erunt impendia  
a quibus nemo excusabitur, l. omnes de oper. publ.  
l. 4. de sacros. Ecclis. Item, Sicuti omnibus hereditas  
successionis effectus prodest, ita et eius partes, hoc est,  
debita et credita etiam pertinebunt.

113. Cum quis, inf. lit.  
f. 156. §. 2. 163

De iure alienandi

Cui est jus donandi, eidem et vendendi,  
et concedendi jus est.

Siquidem non debet cui plus licet, quod minus est  
non licere, ex l. 21. Non debet ff. h. d.

53

De solutione indebiti

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus con-  
sultu dati donatio est

Nempe quod per errorem datum aut solutum est, parit  
indebitum et repeti potest, at quod scienter et consulte  
datum est, donatione producit, et repeti requirit.

Non obligatur, qui prohibere acquit

125

Culpā caret, qui scit, sed prohibere non potest. 50

Ratio est, quia talis videtur reduci ad statum impossibilitatis; impossibile autem nulla obligatio est, reg. 185.

ff. h. t.

De non imiscendo se rebus alienis

36

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

Concordat plane cum reg. 19 de R. J. in 6. de qua supra c. 6.

De parte indebiti soluta.

Cum amplius solutum est, quam debebatur, 84  
cujus pars non invenitur, quā repeti possit,  
totum esse indebitum intelligitur, manente  
pristinā obligatione.

In exemplo. Debes centum aureos, et ad debitum extin-  
guendum dedisti fundum ducentorum aureorum, cuius  
pars non invenitur, id est, qui dividi ultra destructio-  
nem requirit, tunc ipsum fundum tanquam indebitum re-  
petere poteris; manente interim priori obligatione.  
Sed debito centum aureorum. Quod si res sit divi-  
dua, ut si pecuniā debeas, oleum dederis plus pretij;  
non totum, sed solum superfluum oleum erit repetendum,  
et sic perimetur obligatio. Ita Jac. Godof. Hypopol. h. c.

Ms. Cum Deluro. inf.  
litt. N. 126. §. 2.

§. 1.

De eo, quod natura debetur.

Is natura debet, quem jure Gentium dare N. Vid. J.  
oportet, cuius fidem secuti sumus.

Sequitur est: Ille naturaliter obligatus est, qui de  
jure Gentium primario, seu sola naturali aequitate  
dare et fidem servare debet, quando promissum ejus  
approbavimus; hinc qui naturaliter debet licet  
jure Civili non debeat, imo absolutus sit, si tamen  
solvent, repetere nequit, l. 47. l. 60. de condit. indeb.

De possessoris prerogativa

Cum par delictum est duorum, semper oneratur 154  
petitor, et melior habetur possessoris causa;  
sicut fit, cum de dolo excipitur petitoris;  
neq. enim datur talis replicatio petitori: aut  
si rei quoque in ea re dolo actum sit.

Coincidet cum reg. 69 de R. J. in 6. supra explicata.

73



Illi debet permitti poenam petere,  
qui in ipsam non incidit.

Decius hanc regulam sic exemplificat: quan-  
do duo contraxerunt pacem, cui postea contrave-  
nerunt, at ignoratur, quis prius ruperit, tunc  
nullus agere poterit; Sed si constaret alterum  
rupisse, alter, qui non incidit in poenam, ad eam  
ipsam poenam agere posset.

De actione in heredem.

127. Cum Prator in heredem dat actionem.  
Quatenus ad eum pervenit. Sufficit, si  
vel momento ad eum pervenit ex dolo  
defuncti.

Sensus est: Cum Prator concedit actionem contra he-  
redem, quatenus completior ad eum pervenit heredi-  
tas ex dolo vel delicto defuncti, sufficit si heredi-  
tas apud ipsum exiguo tempore fuerit, quamvis  
exim poena ad heredem non transeat, attamen quod tur-  
piter vel scelere quisitum est, ad compendium here-  
dis pertinere non debet.

De accessoriis

Cum principalis causa non subsistit, ple-  
rumque ne ea quidem, quae sequantur, locum  
habent.

Siquidem accessoriū naturā sequi congruit princi-  
palis reg. 42. de R. J. in 6.

De consensu in alienatione

165. Cum quis possit alienare, poterit consenti-  
re alienationi. Cui autem donare non con-  
ceditur, probandum erit, nec, si donatio-  
nis causā consenserit, ratam habere  
ejus voluntatem habendam.

Sensus est: Majorennis, eo quod possit alienare,  
poterit et alienationi consentire, at de pupillo,  
cui donare non conceditur, aliud probandum, seu  
respondendum est, nempe nec ratam ejus volunta-  
tem habenda à tutore vel iudice, si donationis  
causā consenserit.

Ns. inf. Litt. N. 129.  
§. 1. Cum principalis  
178.

## Cum servo nulla actio est

109

Ratio est; quia nec obligatio civilis in eos cadit. vide  
l. 32. Quod attinet, hoc tit.

An heres ante diem solvere possit?

Cum tempus in testamento adijcitur, creden-  
dum est pro herede adjectum, nisi alia mens  
fuerit testatoris: sicut in stipulationibus  
promissoris gratia tempus adijcitur.  
Itaque dilatio apposita est in favorem heredis  
non legataris, unde et ante tempus legatum solvere  
poterit, dummodo legataris non probet, aliam  
fuisse mentem testatoris.

Ms. cum verbum. inf.  
litt. 9. 173. §. ii.

Ms. Deicit p. inf. litt. H.  
152. §. i.

D.

De beneficiis competentia ex donatione

Divus pius rescripsit, eos qui ex liberalita-  
te seu causa donationis conveniuntur, in id  
quod facere possunt, condemnandos.

28

Deducta videlicet congrua sustentatione, quoad vic-  
torem, vestitum et habitationem.

Ms. inf. Dolo litt. 9.  
173. §. 3.

De iure reficiendi restricto

Domum suam reficere unicuique licet, dum  
non officiat invito alteri, in quo scilicet in cuius  
praeiudicium ius servitutis non habet.

61

Hinc colligere est, si invito, <sup>in vicinio</sup> reficiendo officere non licet  
multo minus novum opus inchoando.

De praesumpta donatione

Donari videtur, quod nullo jure cogente  
conceditur.

82

Nam quod jure cogente seu exigente alteri praestatur,  
magis iustitia, quam donationis seu liberalitatis  
est. l. 2. de p. et f.

E.

De cavillatione seu fonte.

65.

Est natura cavillationis scilicet quam graeci so-  
phisma appellant: ut ab evidenter veris

128  
per brevissimas mutationes Disputatio ad  
ea, quae evidenter falsa sunt, perducatur.

Sic si ita ratiocinemur: quod nullius in bonis  
est, id occupanti conceditur. Ergo res divina, seu  
sacra et religiosa, etiam occupantium sunt. Hic  
prima propositio evidenter vera est. Sed  
in rebus profanis et privatorum, unde fit, ut de rebus  
† Deo divinis, sacris aut locis religiosis dicatur, sit falsa.

De conditione impossibili

135 Ea, quae dari impossibilia sunt, vel quae in re-  
rum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

Siquidem, quae rerum naturam prohibentur, nulla lege  
confirmata sunt. l. 188 in fin. Sic si Titius à te equum  
stipulatus est, et ille postea casu pereat, pro non sti-  
pulato censendus est; et ita ad estimationem ejus non  
teneris. Ceterum in contractibus impossibilis conditio pro  
non adiecta habetur, ea quippe redduntur inane, l. non  
solum 31 ff. de O. et A.

De rebus indivisibilibus

136 Ea quae in partes dividi non possunt, solida à  
singulis heredibus debentur.

Hujusmodi sunt via, actus, aquaeductus & non ut haec ab  
omnibus prorsus praestentur, sed ut ab uno solidum peti possit,  
salvo huic regressu contra ceteros.

§. 1.

De interpretatione benigniore.

137 In re dubia benigniorem interpretationem  
sequi non minus est justius, quam tutius.

Semper quippe in dubiis benigniora praeferrenda sunt. l. 55. h. t.

De raro contingentibus.

138 Ea, quae raro accidunt, non temere in agen-  
dis negotiis computantur.

Hujus regula duplex est diversus sensus. 1. Quod in agendis ne-  
gotiis, si quid dubium occurrerit, non temere, id est facile atten-  
di debeant quae raro accidunt, nam in obscuris inspicimus, quae  
plerumque fieri solet, reg. 114. h. t. 11. Quod contractantes in negotiis  
† non temere, i. e. non  
inconsulte, id est, inconsulte computant, ac ponderant eosque  
casus, qui raro accidunt, sic enim non pauca praevidentur  
lites, et iste sensus mihi magis probatur, nam temere est  
inconsulte magis pro eodem usurpantur, quam temere et facile.

Ca sola deportationis sententia aufert, 97  
qua ad Fiscum perveniunt.

Hoc est: ea sola bona deportationis sententia aufert  
liberis deportati, qua ad Fiscum perveniunt quia<sup>ne</sup> autem  
sunt illa exemplificat Alexander consil. 23. l. 1.

De his, qui tacite velle presumuntur.

13. Eius est. inf. l. 1. r.  
3 102. S. 1.

Ejus est non velle, qui potest velle.

Sensus est: qui potest aliquid iuberi, potest et illud permittere, dispi-  
mulare, non de contradicere, alij adeo illud tacite velle, quia  
igitur pupillus sine Tutoris auctoritate requirit iuberi ser-  
vum, ut adeat hereditatem, nec proinde permittere, aut pati,  
sen tacite velle poterit, ut adeat.

De juris Solemnitatibus attemperandis

Effi nihil facile mutandum est ea solemnibus, 183.  
Tamen ubi aequitas evidens poscit,  
subveniendum est.

In exemplo: Reus citatus si non compareat, secundum  
solemnitates, seu leges juris damnatur. Si tamen paulo  
post respondeat, aequitas dicitur ut audiatur. Coincidit  
c. l. 89. In ambiguis s. 2. et l. 90. In omnibus h. l.

De obligatione patris ex peculio

58.

Ex poenalibus causis non solet in Patrem  
de peculio dari actio.

Hanc regulam sic exemplificat. Jac. Godofred. Filius familias  
a Patre accepit peculium, in quo industria sua exerceat: is  
furtum committit, et fugit, Dominus rei furtiva actionem  
de peculio adversus Patrem intendit: queritur an competat? Ne-  
gat Vlpianus: quia ex poenalibus causis non solet in Patre  
de peculio actio dari; quamvis ex causis civilibus et nego-  
tiatione filius familias pater peculio tenus obligatur s. ac-  
tiones §. de action.

De expresso et tacito

Expressa nocent, non expressa non nocent. 195

Sic error juris expressus in sententia vitiat eam, secus si  
tacite colligatur, ut notatur c. 1. de sententia et re iudicata  
vid. etiam l. 77. actus legitimi h. l.

De praestatione facti alieni

149.

Ex qua persona quis lucrum capit, ejus  
factum praestare debet.

V.g. Haeres, quia ex persona demortui lucrum capit, eju  
ctia contractis obligationibus stare debet tenetur.  
Item, quia socius lucrum participat, ita equum est,  
ut et damnum participet; Rursus, Pater filio concedens pe-  
culium, ex contractu ejus lucrum sentit, equum proinde est, ut  
et onus obligationis et actionis sustineat.

f.

De excessu Judicis

170 Factum à Judice, quod ad officium ejus non  
pertinet, ratum non est.

Ratio est: quia ubi aliquid agit ad ejus officium aut jurisdictionem  
non pertinet tanquam privatus videtur procedere, idcirco quod  
agit non subsistit. vid. Reg. 26. de R. J. in 6.

obligatio ex facto alieno nulla.

155 Factum cuius, suum non adversario nocere debet.

Non enim debet aliquis alterius odio seu dolo pro-  
graviari vid. Reg. 22. de R. J. in 6.  
De foeminis et impuberibus ad officia publica in idoneis.

2. Foemina ab omnibus officiis civilibus <sup>vel</sup> pu-  
blicis remota sunt: et ideo nec iudices esse pos-  
sunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec  
pro alio intervenire, nec procuratores existere.

Ratio est sum quia illaudatum est, Secus muliebris pu-  
dorem ita perficari, ut quae spectant viros, faciat: sum  
quod infirmum semper et fragile sit mulieris consilium  
et expert rerum.

§. 2.

13. inf. lit. J. Item Impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.  
Namque ob aetatis imbecillitatem et iudicii defectum.

De favore reorum.

125 Favorabiliores rei potius, quam Actores habentur.

Putà in causa decisione, non tamen in preparatoriis iudiciorum  
confer Reg. 32. de R. J. in 6.

De aetate et imprudentia venia.

108 Ferè in omnibus poenalibus iudiciis et  
aetati et imprudentia succurritur.

Iudicio si quis errore non simulato deceptus, aut aeta-  
tis lubrico lapsus contra leges, praecipua, vel contra ma-  
data, et constitutiones principum quid comiserit, ipse sub-  
venietur: cum enim sine dolo malo delictum dici non  
possit, l. ult. ad l. jul. de adult.

De amittenda possessione

Sere quibuscumq; modis obligamur, iisdem 153.  
in contrarium actis liberamur. Igitur nulla  
possessio acquiri, nisi animo et corpore potest,  
ita nulla amittitur, nisi in qua utrumq; in  
contrarium actum.

Hac regula concordat cum Regula Juris 1<sup>ma</sup> in Quinto  
Beet. ibi: Omnis res per quascumq; causas nascitur,  
per easdem dissolvitur. Itaq; sicut nemo possessionem  
aliquis rei acquirit nisi animi corporisq; adminiculo, ita  
nullus eam amittit, nisi animo et corpore ea detinendi, aut  
assidendi desistat.

De peculis

Filiusfamilias neq; retinere, neq; recuperare,  
neq; adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

Sensus est: Filiusfamilias interdicta ad retinendam, recuperan-  
dam, adipiscendam possessionem non compeditur: Filius enim quicquid  
apprehendit, non sibi, sed patri acquirit l. placet 28 ff. de  
acquirend. hered. l. 4 ff. de acquir. posses. Excepto peculis castren-  
si vel quasi, et adventitio.

Fraus estimatur ex consilio

Fraudis interpretatio semper in jure civili non  
ex eventu dumtaxat, sed ex consilio quoq; consideratur.

Et enim consilium fraudandi, et voluntas nocendi, ita cau-  
sa efficiens in delictis, quemadmodum consensus in contractibus.

De jure pignori dandi

Fructus rei est, vel pignori dare licere...

Sensus est: Usufructuarius usum fructum, seu jus utendi,  
fructusq; pignori, vel hypotheca dare potest.

De furioso et prodigo

Furiosi, vel ejus cui bonis: Sicut a judice: in-  
terdictum est, nulla voluntas est.

In amittendo sicut, alienando ve, non autem in  
acquirendo, l. 5 ff. de acquir. hered.

M. N. Furiosus p. inf.  
litt. u. 129. §. 1.  
Socius, litt.

De restitutione eius, quod fraudes adversarii abest.

Generaliter, cum de fraude disputatur, non  
quid habeat actor, sed quid per adversarium  
habere non potuerit, considerandum est.

Nempe si actor probaverit, se alterius dolo fraudatum  
iudex non tantum rem v.g. agrum, quem habebat actor,  
sed etiam fructus perceptos, imo et percipiendos restituere  
iubebit.

54 // Defuncti et heredis idem jus.

Heredem ejusdem potestatis jurisque esse,  
cujus fuit defunctus, constat.

Representat enim heres defuncti personam. Excipitur  
tamen ea, quae persona coherent, ut sunt privilegia,  
pacta personalia, et similia, quae ad heredes non  
extenduntur, l. unie. C. de privileg.

62. De hereditatis vi et natura.  
Hereditas nihil aliud est, quam successio in  
universum jus, quod defunctus habuit.

Consequens proinde est, quod heres mortuo defuncto  
succedat in omnibus juribus, quae defuncto competeant.  
Semper tamen excipe ea, quae persona coherent, ut antea dictum.

Ab. Hl. qui. Inf. litt.  
D. 128. S. 1.

De vi.  
152. Hoc jure utimur, ut quidquid omnino per vim  
fiat, aut in vis publica, aut in vis private  
crimen incidat.

Sensus est. Quidquid fit per vim, pertinet ad crimen vis  
publica, aut ad crimen vis private. Est autem vis publica,  
quae fit cum armis, vis vero private, quae sine armis  
tentatur. Sic qui alterum de possessione deprecit, tenetur l. julia  
de vi private, si sine armis vim fecerit, si autem cum armis,  
de vi publica tenetur.

S. 1.  
De vi mandantis,

Sup. litt. D.

Scit, et, qui mandat.

Ab. In heredem  
inf. litt. C. iii. S. 1.

S. 2.  
Aut ratihabentis.

Inf. litt. J.

In maleficio ratihabitio mandato comparatur

Itaque utrobique vim facit etiam qui iubet jubet, vel saltem vim  
factam rata habet

Inf. litt. J.

In contractibus, quibus doli praestatio, vel bona fi-  
des inest, heres in solidum tenetur.

Nempe in contractibus bona fidei, aut etiam in contractibus stricti  
quidem juris, sed quibus clausula doli expressè adiecta est, tenetur.

Aut successor propter illa clausula non solum in quantum  
ad ipse pervenit, sed etiam in solidum. C. 47. de hereditate  
Vnde licet ex dolo defuncti non transeat in heredem  
ut in solidum, C. 47. totiens h. t. transit tamen in hujus legis,  
T. doli praestatio contractus Strich; juris adiecta sit.

De alienatione invito Dominus

Id quod nostrum est, sine facto nostro, ad alium  
transferri non potest.

Sensus regula hujus clarus est, dummodo per factum nos-  
trum voluntatem seu consensum nostrum intelligamus. vid. Dacum in h. l.

W. J. debet. sup. litt  
C. 154. S. 1.

De vera venditione

Imaginaria venditio non est, accedente pretio. 16

Sensus est: Si ad rem emptae accedat pretium, vera et non  
imaginaria venditio est; siquidem imaginariam vocamus,  
quod non est verum, sed saltem speciem seu imagi-  
nem quandam veri praesert. cum autem pretium  
arguat verum contractum venditionis, ac sit de subs-  
tantia contractus, eo accedente, et interveniente,  
venditio vera, et non imaginaria est.

De Imperitia

Imperitia culpa adnumeratur. 132

Imperitia hoc loco interpretamur ejus artis igno-  
rantia, quam quis profitenda suscipit. Igitur si  
v. g. Medicus per imperitia quid commiserit, culpa non  
carebit.

De conditione impossibili

Impossibile nulla obligatio est. 185

Concordat cum Reg. 6. de R. J. in b. vid. etiam l. 31. Verum est. h. t.

W. J. Junger Sup. Litt  
F. 2.

De interpretatione ex sensu proferentis

In ambiguis orationibus maxime sententia  
spectanda est ejus, qui eas protulisset. 96

Sensus est: In ambiguis causis, aut dispositionibus praesertim  
testamentorum, si a verbis recedendum est, praecipue et  
ante omnia mens et voluntas proferentis, aut dispo-  
nentis attendenda est. Caterum in contractibus interpreta-  
tio fit contra paciscentem, aut stipulantem, l. 172.  
In contrahenda. h. t.



85 In ambiguis pro dotibus respondere melius est.  
 Siquidem Reipublica expedit, mulieres dotatas esse,  
 dum ut marito in sustinendis Matrimonii oneribus  
 succurratur, dum ne soluto Matrimonio, uxor inopie  
 merito sit dedecori.

S. 1.

De his, quae ad eum casum pertinent pervenerunt,  
 a quo non possunt initium capere.

M. inf. lit. N.

Non est novum, ut quae semel utiliter cons-  
 tituta sunt, durent, licet ille casus extin-  
 kerit, a quo initium capere non potuerunt.  
 Itaque superveniens casus non impedit, qui ab initio im-  
 pedire potuisset: sic, si quis sana mentis uxorem  
 duxit, licet ea postmodum ad amentiam statum rediret,  
 non tamen ob hunc defectum solvitur matrimonium  
 qui tamen defectus si ante matrimonium extitisset,  
 procul dubio illud impedisset.

S. 2.

De aequitate et officio iudicis.

M. inf. lit. 89.

Quoties aequitatem desiderij naturalis ratio,  
 aut dubitatio juris moratur, justis  
 decretis res temperanda est.

Decidenda est  
 secundum id quod  
 aequius esse vide-  
 bitur, tempera-  
 to juris rigore.  
 In exemplo:

Sensus est: quoties jus naturale, aut positivum humanum du-  
 gum injicit, num possit iudex aequo ac iusto petitioni alterij  
 deferre, tunc restat ~~quod est in favora~~ <sup>in favora</sup> ~~petentis.~~ <sup>petentis.</sup>  
 In exemplo: Titius pupilli Caij tutela diffusa suscepit, defer-  
 tur eidem alia, excusat se, et aequitatem desiderij sui, quo sibi  
 ut cupit a tutela delata liberari, fundat in eo, quod Caij tu-  
 tela exaquet alias res. Sed hanc desiderij aequitatem mora-  
 tur, seu non admittere videtur, iuris naturalis, quo Civis  
 generatim ad tutela onera invicem obligantur, tum Civile  
 quod quo res ~~duo~~ diversa tutela tentu iusta excusandi  
 † causam praebent, at respondet Paulus, l. 31. §. 4. de Excus. recte  
 facturum Praetorem, si etiam una tutela sufficere credide-  
 rit ad excusationem, si ta diffusa et negotiosa sit, ut  
 pro pluribus cedat; et tandem hanc regula conficit: quoties  
 aequitate.

De beneficiis competentia.

173. In condemnatione personarum, quae in id, quod  
 facere possunt, damnantur, non totum, quod  
 habent extorquendum est, sed et ipsarum ratio  
 habenda est, ne egeant. Confer l. 8. Divus pius supra hi.

De fructuum restitutione.

Si verbum restituas in lege invenitur, affi. lyp. lit. C.  
non specialiter de fructibus additum est,  
tamen etiam fructus sunt restituendi.

icinus tamen est si verbo dandi, aut reddendi lex utatur  
ut lex Julia Papia l. 64. §. 6. ff. solut. matrim.

S. 2.

De mora

Unicuique sua mora nocet: quod et in duo - Ms. inf. lit. U.  
us reis promittendi observatur.

Concordat cum Reg. 25. de R. J. in 6.

S. 3.

De dolo

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est. Ms. sup. lit. D.

Talis est, qui exigit usuras, quas restituere tenetur.

2. Ms. Ms. Lit. A. R. 157. In  
contractibus. Ms.

De interpretatione ambigui pacti  
et libelli

172. In Contractibus  
quibus, lit. H. 982.  
S. 3.

In contrahenda venditione ambiguum pactum  
contra venditorem interpretandum est.  
i. Ambigua autem intentio ita accipienda  
est, ut res salva auctori sit.

Namque contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est  
interpretatio facienda. vid. Reg. Jur. 57. de R. J. in 6. At  
interpretatione in interpretanda intentione, hoc est,  
in libello auctoris nitendum est, ut actus valeat.

Major Summa minorem continet.

In eo, quod plus sit, semper inest et minus. 110

Coincidit cum Reg. 35. de R. J. in 6. ibi: plus semper continet in

se quod minus est minus

S. 1.  
De expromissore.

Nemo aliena rei expromissor idoneus videtur,  
nisi si cum satisfactione. Ms. inf. lit. N.

Expromissor à fidejussore, seu promissore differt, quod ille so-  
lus obligatur, hic cum alio: ille reus principalis est, hic  
accessorius, qui expromissorem dat liberatur, secus qui  
dat fidejussorem. Sensus regula est: Quod nemo ita de-  
ferdere possit alterum, ut obligatione vel litem in se  
ut propria suscipiat, nisi prius cautionem det deo iudicatum  
solvit.

S. 2.

De tacito consensu Pupilli.

Ms. inf. lit. B.

Pupillus pati non posse intelligitur.

Pati hic aliud non est, quam ex patientia, dissimulatione, faci-

to quodam consensu obligari; At quia pupillus ne expressè  
quidem potest obligari, si neq; iuribus constringi poterit.

§. 3.

De vi disjunctiva annotationis.

M. inf. litt. U.

Vbi verba conjuncta non sunt, Sufficit  
alterutrum esse factum.

Coincidit cum reg. 70 de R. J. in 6.

§. 4.

Mulieribus deiciendis non opitulandi.

M. inf. litt. M.

Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendan-  
tur; alii legunt ~~defruantur~~ non ut facilius ca-  
lamitentur.

Sensus est: Mulieribus opitulandum <sup>est</sup> deceptis, non deiciendis.  
bus, seu cum captivitas calumniando, hoc est, alios judi-  
cio vexando, frustrando, C. 233. de V. S.

Beati possidentes

33. In eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lu-  
crifactorus est, durior est causa petitoris.

Nempe duobus de lucro certantibus, <sup>scilicet</sup> ~~scilicet~~ <sup>scilicet</sup> ~~scilicet~~  
possidente, et autore petitore, deterior est conditio ipsius  
actoris, ut pote non possidentis.

M. Infinita estimu-  
tio inf. litt. N. 176.  
§. 1.

De servis

In his, quæ officium per liberas fieri personas le-  
ges desiderant, servus intervenire non potest.  
7 quod attinet vid. C. 327 et ult. h. 4.

§. 1.

De jure successoris

Vid. inf.  
N.

Non debeo melioris conditionis esse, quam  
autor meus, à quo jus in me transit.

~~Hac satisfactum est C. 54. et 156. 15. 152. h.~~  
Huius satisfactum est. C. 54. Nemo plus juris, ~~quod h. 156.~~  
et 156. Inventus. §. 3. h. 4.

De conditione non impleta.

161 In jure civili receptum est; Quoties per eum, cujus  
interest conditionem <sup>non</sup> impleri, fiat, quò minus im-  
pleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio  
fuisse. Quod ad libertatem et legata; et ad he-  
redum institutiones perducitur. Quibus exemplis  
stipulationes quoq; committuntur; accensentur; accensentur;  
cum per promissorem factum esset, quò minus sti-  
pulator conditioni pareret.

Hac regula explicata manet ex reg. 66. de R. J. in 6. Coin-  
cidit etiã cum C. 39. in omnibus. h. 1.

M. In Malificis  
sup. litt. K. 152.  
§. 2.

In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fieri possunt quamvis actum rei non intelligerent; Nam furiosus nullum negotium contrahere potest, pupillus omnia tutore auctore agere potest.

Alia itaq; habenda est ratio quoad contractus habenda est ratio furiosorum, et alia eorum, qui fieri possunt hoc est, qui ejus iam otatis sunt, ut intellectum capiant, quamvis actum rei seu negotii, quoad effectum juris plene non intelligant; Nam furiosus nullum negotium contrahere valet et si presente curatore. Et pupillus omnia tutore auctore agere, et expedire potest.

De favore Libertatis

In obscura voluntate manumittentis favendum est libertati.

Concordat cum reg. 20 quoties dubia. l. d.

De obscuri interpretatione

In obscuris inspicitur solet, quod verisimilius est, aut quod plerumq; fieri solet.

Haec regula explicata est per reg. 45. de R. J. in 6.

De beneficii juris causa vel persona datis.

In omnibus causis id observatur, ut ubi persona conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat. Vbi vero genus actionis id desiderat, ibi ad quemvis persecutio ejus devenit, non deficiat ratio auxilii.

Quo dicitur haec regula: I. est, quod privilegium personale cum persona extinguatur juxta reg. d. de R. J. in 6. II. est, quod privilegium datum actioni, transeat cum actione; semper enim transit res cum sua causa.

De eo, quod per alium stat, quo minus fiat

In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium mora sit, quo minus fiat

Curanda est hujus regulae interpretatio ex l. ubi in jure civili... quoties per eum cuius interest conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde est, ac si conditio impleta esset. Ponamus Titio suum legatum esse haec conditio: Si Cajo 10. dedit. Quod si Cajo noluit illa decem accipere, et ita mora faciat, conditio habetur pro impleta. vid. Reg. 66. de R. J. in 6.

De solutione ejus, quod pure debetur.

114. In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, presenti die debetur.

• Nempe in ultimis voluntatibus, in conventionibus, in alijs dispositionibus, si tempus solutionis non determinetur, statim <sup>res</sup> debetur, ut pati sine exceptione possit, ac debitor in mora confestim constituatur.

De interpretatione ex aequitate

90

In omnibus quidem, maxime tamen in jure aequitas spectanda est.

Quia aequitas praefertur rigori, l. placuit. C. de judic.

De possessionis prerogativa

128. In pari causa possessor potior haberi debet.

Explicata est supra per regulam 85. de R. J. in 6.

S. A.

De successione universalis

Hi, qui in universum jus succedunt heredis loco habentur.

Confer l. 62. hereditas h. 7.

De servis, et arbitrio alieno

22. In personam servilem nulla cadit obligatio, puta civilis.

• Generaliter probandum: tenendum: scilicet, ubi cumq; in bona fidei judiciis, seu contractibus confertur in arbitrium Domini, vel procuratoris ejus, conditio pro boni viri arbitrio, puta bono, et aequo: hoc habendum esse.

V. g. Libertus jurat dare se, quod operas patronus arbitrius sit; non aliter rati erit arbitrium Patroni, quam si redactum sit ad arbitrium boni viri.

NB In re dubia p. sup.

litt. E. 192.

NB. In re obscura. inf.

litt. N. 41. §. 1.

NB. In stipulationibus inf. litt. N. 144. §. 1.

NB.

De interpretatione ultimarum voluntatum

12. In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur.

Quare laborandum magis in obscuro, ut valeant quam ut convellantur, l. testamenti factis de Testam.

De toto et parte.

115.

In toto et pars continetur.

Hae regulae explicatae est per Reg. 80. de Reg. Jur. in 6.

Specialia derogant generalibus

80.

In toto jure generi per speciem derogatur, et

139  
illud potissimum habetur quod ad fidem attenditur: /  
speciem directum est.

Hac regula itidem explicata est supra c. 6. per  
reg. 34. de R. J. in 6.

De iudicio in rebus agendis

In totum, omnia, quae fides prorsus: / omnia, & b  
qua animi destinatione agenda sunt, non nisi  
vera et certa scientia perfici possunt.

Unde heres institutus, si putet testatorem vivere,  
qui iam defunctus est, hereditatem adire non potest.  
Item si sciat, se heredem institutum, sed an pure, vel  
sub conditione ignoret, adire non poterit licet pure  
heres institutus sit, l. heres ff. de acquir. hered. Vbi igitur  
animi destinatio seu consensus requiritur, actus ille  
ex certa scientia fieri debet, <sup>non</sup> per errorem, quia errans  
non consentit, l. si per errorem ff. de iuris. omn. iud.

De beneficio persona

Inuito beneficium non datur. 69

Regula ista solum procedit, quando agitur de in-  
teresse eius, cui beneficium confertur, quia quilibet  
favori suo renuntiare potest l. penult. C. de pact.  
sicut si agatur de interesse alterius.

Ad processum nemo obligatur.

Inuitus nemo rem cogitur defendere. 156

Non modo aliena, sed ne sua quidem se defendere quis cogi po-  
test, sicuti enim non tenetur constare iudicio, ut res  
mea in bonis meis permaneat, sic nec inuitus procu-  
rator alterius constitui possum.

§. 1.

Quod per actionem, id et per exceptionem proponi potest.  
Cui damus actionem, eidem et exceptionem com- 13. sup. litt. C.  
petere, multo magis quis dixerit.

Eadem regula habetur in c. qui ad agendum 71. de R. J. in 6.

§. 2.

De iure successoris.  
Cum quis in alicujus locum successerit, non est 13. sup. litt. C.  
aequum ei nocere, hoc ~~est~~ quod adversus eum  
non nocuit, in cuius locum successit.

Nam heredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cuius fuit  
defunctus, constat ex l. 59. h. 7.

§. 3.

De eodem.  
Plerumque emptoris eadem causa esse debet 13. inf. litt. C.

circa petendum ac defendendum,  
qua fuit authoris

Ratio est: quia emptor est successor, i.e. singularis,  
igitur et eodem authoris sui jure utitur.

S. 24.

De concessione personal;

Ms. imf. tit. 2.

Quod cuique pro eo / id est pro sua persona /  
præstat, invito non tribuitur

Quia beneficium invito non tribuitur ex l. invito 69. h. t.

De Damno

169. Is damnum dat, qui jubet dare, ejus vero  
nulla culpa est, cui parere necesse sit.

Concordat hæc regula cum l. 24. velle l. 157. ad ea, l.  
167. Non videntur S. 1. h. t. vid. etiã Reg. 72. et 27. de R. iust.

Ms. Is natura debet p.  
Sup. l. 84. §. 1.

Ms. De effectu actionis.

17. Is qui actionem habet ad rem recuperandã,  
ipsam rem habere videtur.

Representatione nimirum non reijta. Proferitur vero  
regula hæc de recuperanda possessione intelligi debet.  
alias verum est: Minus est actionem habere quã rem. l. 207. h. t.

De jure cognationis.

8. Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt.

Nempe coniunctio sanguinis, seu agnatio natura-  
lis nullo pacto, nullo jure tolli potest, quia natu-  
ralia immutabilia sunt

De vi et meto

De lucro injusto

206. Jure natura æquum est, neminem cum detri-  
mento et injuria alterius fieri locupletiorẽ.

Explicato est supra c. 6. de R. §. in 6. sub reg. 78.

De Testati et Intestati incompatibilitate.

17. Jus nostrum non patitur, eundem in paganis  
et testato et intestato decessisse; eorum rerum  
naturaliter inter se pugna est testatus et intestatus.

Sensus est: In jure receptum non est, ut quis  
apud paganos, id est apud eos, qui militia non sunt  
adscripti, testatus simul et intestatus decessisse va-  
leat. testatus quippe, et intestatus plane contradic-  
toria involvunt. Secus tamen est in milite; eo  
quod vice duarum personarum fungatur; unde potest  
in bonis castrensibus testari, et in paganis remanere  
intestatus, vel vice versa.

L.

De libertatis favore

124

Libertas inestimabilis res est. 106

Siquidem liberi hominis estimatio praestari non potest, l. 103 ff. de V. O.

De eodem libertatis favore

Libertas omnibus rebus favorabilior est.

Confer l. quoties dubia 20. h. f.

122  
NB. Completior. inf. litt.  
N. 126. §. 1.

M.

MARCELLUS:

Qua exceptione desinat obligatio?

Marcellus ait: Desinit debitor esse, qui contractus est exceptionem justam, nec ab aequitate naturali abhorrentem. 66.

Siquidem actio, qua exceptione repellitur, et ditione, nulla est, nullosq. effectus producit.

De simili acquisitione

Melior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest. 133

Ratio est: quia servus non habet voluntate propria sed Domini; ergo licet Domino acquirere possit, cum non invito presumatur Dominus, non tamen cum invito obligare poterit.

De jure reali

Minus est, actionem habere, quam rem. 204

Ratio clara est: quia utiq. plus habet, qui se possidet, quam qui actionem institueri potest, ut possessio-  
nem adipsos valeat. q. ejus

NB. Mulieribus sup. litt. §.  
110. §. 4.

N.

Pacta nihil de jure publico immutari possunt.

27  
NB. Nec firmantur

Nec ex Pratorio, nec ex Solemni jure privatorum conventionem, quidquam immutandum est, quamvis obligationum causa, s. idest contractus, pactione possunt immutari, et ipso jure, et per pacti conventi exceptionem: Quia actionum modus, vel lege, vel per Praetorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc cum inchoatur, inter eos convenit.

Itaq. privatorum conventio nequit derogare juri publico, eo quod nulla privati, cum publico sit proportio.

NB. Nec firmantur.  
inf. 2. 73. §. 4.



De procuratoribus

quid est de jure: / 123 Nemo alieno nomine lege agere potest.  
An quis pro alio de jure agere possit

123. Nemo alieno nomine lege / id est, de jure: / agere potest.

Supple sine mandato. Ueg. Sic ubi duo mutuo debe-  
runt centum, atq; adeo unusquisq; quinquaginta, non  
potest unus agere nisi pro sua parte, exiipe nisi  
mandatū habeat, ut pro utraq; agat, et tunc agit par-  
tim nomine suo, partim nomine alieno. Nihilomi-  
nus licet nomine alieno quis agere non possit ut  
hic dicitur, nomine tamen alieno, qui potest defen-  
sionē suscipere: etiam invito actore; Decius hic.

N. inf. l. tit. T.

S. 1.  
De domicilij mutatione.

Temporaria permutatio jus provincia  
non innovat.

Nampe inmutato domicilio ad tempus etia extra provin-  
ciam, jus Municipij et provinciae non innovatur, non mutatur  
non amittitur.

De damno

191 Nemo damnum facit, nisi qui id facit,  
quod facere jus non habuit.

Sensus est, cum non videri damnum causare, qui facit,  
quod facere jus habet, hoc est, qui suo jure utitur.  
confer l. 55. nullus videtur inf. h. t.

De citatione reali de domo sua

103 Nemo de domo sua extrahi debet.

Licet is, qui domi est, in jus vocari possit, attamen de do-  
mo sua nemo ad judicium extrahi debet, hoc intellige in ci-  
vilibus, Sensus enim in criminalibus

facit, qui solvendo est.

95 Nemo dubitat solvendo videri eum, qui  
degraditur.

Nampe indubitati juris est, cum solvendo intelligi, atq;  
pro tali in effectum haberi, qui degraditur, seu pro quo  
defensor promittit satisfaciendo judicatum solvi; subit  
scilicet defensor sua satisfactione personam debitoris  
principalis.

De favore actoris

87. Nemo enim in persequendo deteriorem causam,  
sed meliorem facit: deniq; post litem contesta-  
tam heredi quoq; prospicitur, et heres tere-  
tur ex omnibus causis.

Actor quippe persequendo se sua non solum  
 interrumpit prescriptionem longissimi temporis, sed  
 etiam reum sibi devincit in omne id quod  
 sententia iudicis constituetur, quae ~~pro~~ <sup>7</sup> devinctio  
 proveniat ex quasi contractu, est peremptoria, ac <sup>pro</sup>  
 de etiam in ipsos heredes transit. NB. Nemo ex Delictis p. inf.  
 134. §. i.

Non prohibentur plures exceptiones  
 Nemo ex his, qui negant, se debere pro-  
 hibetur etiam alia defensione uti, ni-  
 si lex impedit.

Explicata est supra c. 6. per reg. 20 de R. J. in 6.  
 §. i.

Non licet uti pluribus actionibus  
 Quoties: vero: occurrunt plures actiones  
 ejusdem rei nomine una quis expe-  
 riri debet. NB. inf. litt. R.

Itaqz licet quis plures habens excep-  
 tiones, ante finitum iudicium omnes pro-  
 ponere possit. et unius probatione <sup>quae</sup> valeat  
 destitutus ad alia convolare. Sed tamen est  
 in actionibus, hic enim oportet ut ex omnibus una  
 eligat, quae iudicium contestetur, et in ea perseveret. Si  
 quidem rationi magis conformis est, ut defensione  
 potius quam oppugnationi iura prospiciant.

De habente regressu

Nemo ideo obligatur, quia receptu-  
 rus est ab alio, quod praestiterit. 171  
 V.g. Tutor, vel Negotiorum Gestor non ideo credi-  
 toribus tenetur, quod contraria actione tutela,  
 aut negotiorum gestorum faulè impensas recupera-  
 re possit.

De iure heredis

Nemo plus commodi heredi suo re- = 120  
 linquit, quam ipse habuit.

Successor quippe fit in jus, quod defunctus tempore  
 mortis habuit. Concordat plane in reg. ~~de~~ <sup>de</sup> ~~transmissio~~ <sup>transmissio</sup> ~~hereditatis~~ <sup>hereditatis</sup>.  
 sequenti

De eodè iure heredis  
 de transmissionis effectu

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam  
 ipse habet. 54.

Explicata est supra c. 6. per reg. 79. de R. J. in 6.

Nemo potest gladij potestatem sibi datam, 70  
 meri imperiū mandari nequit

vel cuius alterius coercitionis, ad  
aliu[m] transferre.

Sensus est. Ea quae sunt maiori imperio, veluti est  
gladij potestas, ac quavis alia in fauorosos ho-  
mines animadu[er]sus corporalis alii demandari  
non possunt, cum ei solum competat, cui a lege  
vel Principe nominati[m] concessa sunt, l. si quis  
ij. ff. de offic. Proconsul.

De variatione

NB. Nemo potest tuto-  
rem. Inf. litt. l. 73.  
§. i.

Nemo potest mutare consilium suum  
in alterius injuriam.

Concordat cum Regula 2j. de R. J. in 6. Et  
maximè locum habet in contractibus

De eo qui pretium dedit

126. Nemo praedo est, qui pretium numeravit.

Praedo enim est, qui interrogatus cur possideat  
nil aliud respondere potest, quia quia possideo.  
Qui vero sciens alienam v.g. hereditatem emit, res-  
pondere potest: possideo, quia ami, et sic non dice-  
tur. Sed solum ubi actione tenebitur.

§. 1.

Locupletior quis?

Locupletior non est factus, qui libertu[m] adquisierit.  
Siquidem liber homo in bonis alienis esse nequit

NB. Sup. litt. C.

§. 2.

Cum de lucro <sup>De possessionis favore</sup> duorum <sup>duorum</sup> quaratur, melior est  
causa possidentis

NB. Sup. C. tit. C.

Concordat regula 33. In eo l. 4.

De officiosa iudicij absolutio  
De condemnatione et absolute

37. Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest.

Namque absolutio et condemnatio pari passu ambulant,  
unde potestates condemnandi datae, videtur etiam data  
potestas absolue[n]di.

Fraus non fit consentienti

NB. Nemo videtur dolo  
inf. litt. l. 177. §. i. 175

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, et consentiunt.  
Siquidem scienti et consentienti non fit injuria neque dolo  
Reg. 2j. de R. J. in 6. Hinc qui consentientibus creditori-  
bus aliquid a fraudatore stipulatus est, vel emit, non  
videtur in fraudem creditorum factus.

De Tutoris dolo

198. Neq[ue] interdito, neq[ue] in ceteris causis pupillo nocere oportet  
dolum Tutoris, sive solvendo est, sive non.  
Factu[m] enim cuiq[ue] suu[m], non alteri nocere debet, l. 155. h. 4.

Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suae consistere potest.

Nempe rem suam seu propriam sibi nullus oppignorare aut locare potest. Sed neque quisquam emit rem suam, sed solum alienam.

De pactis contra jus

Privatorum conventio juri publico non derogat. N. vid. inf. litt. B. Confer. <sup>sup.</sup> l. 2. N. et Pratorio 28. h. 1.

De privilegiorum interpretatione

Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi viventi Caesar rescripserit iam defuncto dedisse existimaretur? Respondit: Non videri sibi Principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse. Quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius estimationem esse, id est, ab ipsius principis determinatione dependere.

Siquidem privilegia ac beneficia principalia per ipsos principes commodissimum est interpretari, atque magis subter l. cum de novo. C. de legibus.

De vi et metu

Nihil consensui tam contrarium est, qui ac bona fidei iudicia sustinet, quam vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores est.

Hae regula clara est exceptis his verbis: qui ac bona fidei iudicia sustinet, hoc est: quo nempe consensu non solum contractus stricti juris, sed et maximè contractus bona fidei sustinentur et stabiluntur.

De lesione minorum

Non capitur, qui jus publicum sequitur. N. Ju.

Sensus est: Deceptus non censetur, qui jure communi utitur, unde minor, qui alias circumventus, restituendus est, si in commune secutus fuerit, non habetur pro circumvento, aut decepto.

N. Non debet l. 1. litt. g. i. s. i. N. Non est novum l. 1. litt. g. s. i.

De errore

Non videntur, qui errant, consentire. N. vid. inf.

Nihil quippe tam contrarium consensui, quam error, l. si per errorem. ff. de jurid. omn. iud.

De creditoris jure petendi

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. 129

Ratio est, quia jure suo utitur; nullus autem videtur dolo facere, qui jure suo utitur, l. 55. h. 9. §. 1.

De accessione

113. Vid. sup. lit. C.

Cum principalis causa non consistit, ne, accedam, quae sequuntur, locum habent.

Nam accessorium naturam sequi congruit principalis reg. 272. de R. J. in 6.

De his, quae ipso jure, vel ope exceptionis infirmantur.

112. Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat; an per exceptionem infirmetur.

Nempe quod ad effectum seu liberationem ab obligatione; sicuti enim non actio non obligat, sic reg. actio per exceptionem infirmata inducit obligationem.

De tempore solutionis.

186. Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi eo praeterito peti non potest.

Nempe fructus, qui debentur, peti nequeunt, antequam nati sint: sed reg. solutio peti potest nondum elapso tempore, cui obligatio solvendi annexa est.

De modo solvendi verborum obligationem.

35. Nihil tam naturale est, quam unumquodque eo genere dissolvi, quo colligatum est; ideoque verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrariis consensu dissolvitur.

Confer reg. 1. Quin. Decret. supra c. 6. Nota haec non hic, quod quaedam sunt obligationes, quae licet duorum consensu coeant, unius tamen voluntate invitatione alterius solvantur, ut societas, mandatum §. manet, Inst. de mand. quaedam enim non interest alterius, faulse fit, ut praesentis locus sit.

De alienatione iudicij mutandi causa.

119. Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. Itaque, qui desistit a possessione rei litigiosa, non videtur ei alienasse, ac proinde non tenetur de edicto, quo prohibetur alienatio rei iudicij mutandi causa.

De autore res comparato

Non debet auctori licere, quod res non permittitur. Confer reg. 36. de R. J. in 6.

113. sup. Non capi-  
tur 116. §. 1.  
Non debet sup. 241.  
de 175. §. 1.

Favor damni vitandi major, quam lucri captandi.

In re obscura, melius est favere repetitioni, quam adventitio lucri.

Putà in eo casu, quo non constat, utrum Creditombus juxta ac Legatariis satisfieri in solidum possit, nam hic magis favendum est Creditoribus, qui suum repetunt, quam Legatariis, quorum causa lucrosa est.

De non inferendo alteri prejudicium

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. 74

Per iniquam conditionem hic intellige granda necessitatem, obligationem, damnum in se familiari, aut quodvis aliud prejudicium.

Argumentum à Majori ad minus.

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. 21

Sic cum plus sit testari posse, quam donare, ideo f. signatilis filius familias miles, cum de castrensi vel quasi castrensi possit testari, poterit et donare.

De contumacia

Non defendere videtur non tantum, qui latitat 52. sed et is, qui praesens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

Sensus est: Contumacia rem esse videtur non solum, qui non comparet sed etiam is, qui per se vel per alium protestando negat se defendere, vel non vult respondere ad libellum litantis contestari.

De apprehensione, qua fit privata auctoritate.

Non est singulis concedendum, quod per Magis fratrum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. 176.

Nempe non est permittendum alicui, ut jus propria auctoritate sibi dicat, id enim saepe praeberet tumultibus occasionem.

§. 1.

De excellantia libertatis, et cognationis.

In finita est aestimatio est libertatis et necessitudinis, id est, consanguinitatis. vide l. 106. libertas, h. 1. - Sup. Litt. 7.

De fraudatione Creditorum

Non fraudantur Creditores, cum quid non acquiritur à creditore, sed cum quid de bonis diminuitur. 134.

Sensus est: Si debitor id agat, ne complectetur, vel non utitur occasione acquirendi: ut si repudiat hereditate, fraudari creditores non intelliguntur, sed dumtaxat cum bona sua diminuit ea erogando, et tunc solum tenetur de edicto, l. 1. et l. jo. ff. quae in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur.

Sup.

Delictum §. 1.  
Non meretur favorā.

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

Delictum enim poenam non prerogativa meretur; hinc si quis rem mala fide possideat, eamq. furto amittat, furti tamen actionem non habebit, ex suo namq. delicto actionem querere nemo debet.

344. Non omne, quod licet, honestum est.

Hoc est, quod neq. legibus, neq. moribus civitatis prohibitum est, propterea non semper honestū dici debet, v.g. non prohibetur mulier toties quoties vult repeteri nuptias mortuis prioribus maritis; si tamen quater vel quinque nubat, honestū id non iudicatur. c. aporian 21. q. 1.

§. 1.

De conventionē conditionata

vid. sup. lit. 9.

In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus

Hinc si filius familias aliquid sub conditione stipulatus est, ac post emancipationē primū conditio exiterit, nihilominus patri acquirit, quia in stipulationibus quemadmodum et in aliis conventionibus conditionalibus, id tempus spectatur, quo contrahimus, non quo conditio existit.

De contumacia

199. Non potest dolo carere, qui imperio Magistratus non paruit.

Talis est, qui tribus edictis vocatus venire contemnit.

De mora

99. Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debeat.

Sensus est: Non potest temerarius, morosus litigator prosumi, aut iudicari, ac propterea in expensas condemnari, qui adhuc ignorat, quantum solvere debeat, liquido necesse constituto.

N. Non potest videri auge. p. pe. sup. lit. 5. 115. §. 1.

De amissione rei

N. Non potest videri auge. p. pe. inf. 5. 115. §. 1. na.

209. Non potest videri desisse habere, qui nunquam habuit.

Privatio quippe, ut inquirunt, supponit habitum. Itaq. p. semi. Bonor. posses. dici nequit, quod desinat eos habere.

N. non potest videri

MS. 86.

De liti contestationis effectu. Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non: sed plerumque melior.

7 Litis contestatio

Liquidom factiones tempore perituras perpetuas. confer. l. 87. Nemo enim. h. 4.

De Superfluo.

Non solent, qua abundant, verticare. Scripturas 94

M. i. 13. 3. Non solat ex-  
ceptio. inf. litt. 2. 19,  
51.  
M. i. iug. Non videtur  
iib. 8. 2.

Non enim mutat substantia verum non necessaria verborum mul-  
tiplicatio.

De effectu exceptionis.

Non videtur cepisse, qui per exceptionem a  
petitione remouetur.

13

Sic, qui litis contestatione cursum inchoata prescriptionis  
interrupturus erat, si exceptione repulsus est, nihil egit.

M. Non videtur inf. litt.  
0. 139. 5. 1.

Non iuratur, qui restituere debet.

Non videtur quisquam id capere, quod necesse est alii restituere.

51.

Sic, qui vi, aut metu ab alio res <sup>illius</sup> extorquet, idem est ac si  
eas non accepisset, cogit illas statim restituere tenetur.

~~M. i.~~  
res illius

Data qua dicantur

Non videntur data, qua eo tempore, quo  
dantur, accipientis non sunt.

167.

V.g. Si seruitus aquae ducenda constituitur, neque aqua postea  
inueniatur, nulla erit cessio, tempore quippe cessiois nihil  
in accipientem translatum est.

De voluntate obsequiosa

Qui iussu iudicis aliquid fecit, non videtur  
dolo malo facere, quia parere necesse habet.

M. inf. 2

Modo, qua iubet, iusta, ac licita sint, si qua ad officium eius  
spectant; alioquin viribus non subsistunt. confer. Reg. 24.  
de R. 8. in 6.

M. Non videntur hys.  
iib. 8. 2.

De amissione rei

Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit. 83.

Exemplum suppeditat C. 93. Filiusfamilias, h. l. in pecu-  
lio filiofamilias amisso, ad cuius possessionem recupe-  
randam ipse remedium non habet, ex eo quod proprium  
non habeat, quidquid enim filiofamilias iuratur,  
non sibi, sed patri acquirit.

De eo, quod nostrum est.

Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex  
pluribus causis idem possit nostrum esse.

159

Sensus est: Licet ex diversis causis successine res nostra nobis  
deberi potest, sed tamen quod semel nostrum est, amplius nos-  
trum fieri nequit.

De presumptione repudiationis

Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditate.

6.

Ratio est; quia transmittens hereditatem contrariam  
voluntatem declarat, ac proinde eam repudiare presuma-  
tur; regulariter itaque creditoribus non tenetur.



De mora

88. Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. Puta ubi nullum jus est petendi, sine quia exceptione legitima repelli potest. Concordat cum Reg. 60 de R. J. in 6.

De dolo

85. Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur. Sic qui in agro suo fodiens fontem vicini avertit, de dolo non tenetur, si non animo nocendi vicino. Sed dumtaxat agri sui meliorandi id fecit. l. 1. §. deniq. ff. de aqu. plu. aris.

De eo, qui non prohibet.

109. Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest. Concordat ut communis advertunt Doctores cum l. 50 culpa caret h. l., unde sensus illius est. crimine seu culpa caret, qui non prohibet, cum prohibere non potest.

De concursu actionum

130. Nunquam actiones, praesertim poenales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit. Hinc ~~post~~ successive institui, aut quod salius est, cumulari ad lites breviandas possunt.

De Nuptiis

30. Nuptias non concubitus sed consensus facit. Intellige consensum de presenti cum debitis solemnitatibus.

Nb. Nunquam creditur inf. l. 1. §. 1.

Obligatio heredis a die mortis defuncti.

~~131. Omnis hereditas, quamvis postea deatur, facta cum tempore mortis continuatur.~~

De effectu litis contestationis.

139. Omnes actiones, quae morte, aut tempore pereunt, semel inclusa in iudicio salva permanent.

Sic actio injuriarum, quae et anno praescribitur, et cum injuriato perit, litis contestatione transit in heredes. Confer l. 87. Nemo enim sup. h. l.

§. 1.

De dominio revocabili

Non videtur perfecte ejusque id esse, quod ex casu s: al. causa: auferri potest. Sic dominium rei cum pacto retrovenditionis conjunctum non videtur esse perfectum dominium, eo quod revocabile sit.

Nb. sup. l. 1. §. 1.

De eo, quod ab initio vitiosum est.

Omnia, quae ex testamento proficiuntur 201  
in statu eventus capiunt, si initium quae sine vitio ceperint.

Nempe quae ex testamento proficiuntur, non debent  
ab initio esse vitiosa, ut subsistere possint, quod enim  
ab initio vitiosum est, non potest fructu temporis con-  
valescere, per reg. 29. h. d.

De modo solvendi obligatione

Omnia, quae jure contrahuntur, contrario jure pereunt 100  
Concordat cum Reg. 35. Nichil tam naturale. h. d.

Qua per libellum expediri non possunt.

Omnia, quaecumque causa cognitionem desiderant, 71  
per libellum expediri non possunt.

Ratio est, quia causa cognitio necessaria est, ubi praetor seu  
iudex desideratur, atque adeo sola libelli oblatione causa ventilans  
et ad eum facta subscriptione expediri nequit. Confer  
l. 105. ubique; h. d.

Definitiones esse periculosas

Omnis definitio in jure civili periculosa est: 202  
parum est enim, ut non subverti possit.

Non enim omnes secundum praecepta Dialecticorum for-  
mata sunt, sed saepe prudentes contenti fuerunt qua-  
liumque descriptione.

De additione hereditatis

Omnia fere jura heredum perinde habentur ac si 193  
continuo sub tempore mortis extitissent.

Concordat cum sequenti regula omnis. Dicitur autem  
fere; quia excipitur usufructus, l. usufruct. 26. ff. de stir. her.

De eadem hereditatis additione

Omnis hereditas, quamvis postea adeatur, ha- 138  
men cum tempore mortis continuatur.

Siquidem dum jacet, defuncti personam representat. 7 hereditas, ipsa quodammodo

S. N.

De delicti aestimatione

Nunquam crescit ex post facto praeteriti delicti aestimatio.

Sic si servus non fataliter fuerit vulneratus, negligentia re-  
v. g. Medici perierit, de vulnerato, non de occiso erit actio, et  
ita ex post facto non crescit poena, aut aestimatio illius per-  
petrati delicti.

P.

De actione poenali contra heredem.

164 Poenalia iudicia semel accepta in heredes transmitti possunt.

Confer l. 139 omnes actiones sup. h. t.

De eo, qui dolo defuit possidere.

150 Parem esse conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat, atq, ejus cujus dolo malo factu sit, quo minus possideret, vel haberet.

Concordat plane cum reg. 131 Qui dolo, h. t. et Reg. 36. de R. J. in b. a nobis c. 6. explicata

113. Plerumque fit sup. litt. J. 196. §. 3.

De his, quae a nobis abire possunt.

205 Plerumq, fit, ut etiam ea, quae nobis abire possunt perinde in eo statu sint, atq, si non essent ejus conditionis, ut abire possent. Et ideo, quod fisco obligamus, et vindicare interdum, et alienare, et servitutem in praedio imponere possumus.

Sensus est, saepe fieri ut ea, quae alteri obligata sunt, perinde se habeant, ac si non essent obligata, unde fit, ut quod fisco obligatum est, quatenus vel sub conditione, vel in certum tempus ejus efficiatur, interim possit a nobis, si in alterius manu venerit, ut nostri vindicari, alienari, et servitute imposita gravari, salvo tamen jure Fisci.

De favore <sup>detentionis rei</sup> possessionis

25 Plus cautionis in re est, quam in persona. Sic qui obligatus est dare fidejussore, si is pignora dederit, liberatur, ut quibus plus cautionis in fit

De bonorum possessore.

114 Prator bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet.

Nam et hereditatis appellatione bonorum quoq, possessio continetur, ait Paulus l. 138. ff. de V. L.

113 Privatorum sup. litt. N. 45. §. 1.

De privilegiorum transmissione

196 Privilegia quaedam causa sunt, quaedam persona: et ideo quaedam ad heredem transmittuntur, quae causa sunt, quae persona sunt, ad heredem non transeunt.

Namque alia sunt privilegia realia, alia personalia: realia ad heredem transeunt seu personalia

De pupilli obligatione

189 Pupillus nec velle, nec nolle in ea aetate, nisi apposta tutoris auctoritate, creditur. Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est. Confer l. 3. ejus est. et l. 5. In negotiis, h. t.

Pupillum, qui proximus pubertati sit ca-  
pacem esse, et furandi, et injuria faciendae. III

Itaq; pupillus pubertati proximus, qui scilicet ingres-  
sus est annum a pubertate proximum, hoc est, XIII. in  
delictis obligatur, l. 23. ff. de furtis, Et si non ad poe-  
nam ordinaria, ad poenam tamen; Reipublica enim in-  
terest, ne delicta maneat impunita.

S. A.

De actione in herede

In heredem non solent actiones transire, quae poe-  
nales sunt ex maleficio: veluti furti, dam-  
ni, injuria, vi bonorum raptorum, injuriarum. NB. sup. lit. J. Pupillus  
110. S. 2.

Hoc intellige regulariter, nam lite cum defuncto  
contestata transmittuntur ejusmodi actiones, l. 168. h. l.  
Confer l. 38. Sicuti poena h. l.

De eo, quod ab initio vitiosum est.

Qua ab initio fuit inutilis institutio, ex  
post facto convalescere non potest. 210

Quare, si furiosus testamentum conderet, id prorsus nul-  
lum est, licet ~~postea~~ postea sana menti redditus sit.

Qua dubitationis <sup>De superfluis</sup> tollenda causa contractibus  
inseruntur, jus commune non cadunt. 87

Sensus est: quod inculatio verborum, quae fit majori  
cautele gratia, ac dubitationis tollenda causa non  
adversetur juri communi, nec proinde tanquam super-  
flua reputari debeat; satis enim operatur, dum dubi-  
tationem tollit.

NB. hinc in Testamen-  
to. inf. 75. S. 3.

De acquisitione.

Qua legata mortuis nobis ad heredem nostrum  
transeunt, eorum commodum per nos his, quorum  
in potestate sumus, eodem casu acquirimus: ~~atque atque~~  
quod stipulati sumus: 18

Ac si dicat Pomponius: ubique legata in eo casu sunt, ut  
mortuis nobis ad heredem nostrum transmitti queant, eorum commo-  
dum et ad parentes aut dominos, quorum in potestate sumus, devolvi  
per nos posse nihil prohibet. Sunt autem legata mortuis nobis  
ad heredem tranfitura, quae nimirum pure aut in diem relin-  
quuntur; nam sub conditione relicta ante non cedunt, quam  
eventus existat. Haec Wolf. Pergit autem ~~hic~~ jurisconsultus.

Aliter atque quod stipulati sumus; Nam et sub  
conditione stipulantes omnimodo eis acquirimus  
1: scilicet in quorum potestate sumus; etiamsi liberatis

nobis Domini potestate, conditio existat.  
Hoc est: etiam si legata sub conditione ante non cedant  
quam conditionis eventus existat: nec mortuis nobis an-  
te conditionis implatione in herede nostro devolvantur,  
secus tamen est in stipulatione: filius enim aut servus  
sub conditione stipulatus, nihilominus patri aut domino acquirit,  
etiam si conditio eo iam liberato existat.

De jure singulari

162. Quae propter necessitate recepta sunt,  
non debent in argumentu trahi.

Nb. Inie verum p. 113.  
inf. litt. u. 188.  
§. 1.

Haec regula explicata est per <sup>cap. 78. de R. J. in 6.</sup>

89. Quamdiu possit valere testamentum, tandem  
legitimus non admittitur.

Sensus est: quamdiu hereditas ex testamento adiri potest,  
tandem ab intestato heres non admittitur.

De estimando interesse.

24. Quatenus cuius interest, in facto, non  
in jure consistit

Quantum scilicet damni mihi datum est aut luum impedi-  
tum se caterdali, totum in probationibz, non in jure consistit.  
de bona fidei possidentis.

137. Qui auctore iudice comparavit, bona  
fidei possessor est.

liquidem qui jussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo  
malu facere; qui parere nefas habet.

De ignorantia conditionis.

19. Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse  
non ignarus conditionis ejus: heredi autem hoc  
imputari non potest, cum non sponte cum  
Legatariis contrahit.

Monet hic Ulpianus, contrahentes attendere debere ad  
conditionem eorum, cum quibus contrahunt, an scilicet contraher-  
di, vel distrahendi jus habeant; hinc ei non succurretur qui  
v.g. pupillo contrahit, ignorans eum talem esse; secus dicendum  
de herede, qui solvens legatum filio necdum emancipato; quod utiq. patri  
solvere debuit, cum quidquid lucratur hujusmodi filio, patri acquirit  
liberatur, modo ignarus sit conditionis filij.

§. 1.

De doli exceptione.

Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas  
testatoris refragatur.

Nempe si heres aliquid agat in ius, de quibus testator expresse nihil  
dixisset, nec fieri veluit mala fide agere confandus est, atq. adeo  
contra eum exceptio doli locu habere requit.

Nb. Sup. litt. N.

Quidquid calore iracundiae vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia appaerent, iudicium animi fuisse: hoc est, consulto illud dictum, factum ve fuisse: Idemq; brevi reversa uxor, nec diuertisse dicitur.

Videtur enim magis impetu, quam consilio hoc fecisse.

Qui dolo desit possidere

Qui dolo desit possidere, pro possidente damnatur; quia pro possessione dolo est. 131

Hoc est: qui dolose possessione deseruit, is tamen possessoris loco habetur quantum ad damnum suum, non quo ad commodum. vid. Reg. 36. de R. J. in 6.

De ignorantia successoris iusta

Qui in alterius locum succedunt, iusta habent causam ignorantiam, an id, quod peteretur deberetur. Fideiussores quoq; non minus, quam heredes, iusta ignorantia possunt allegare. Hac ita de herede dicta sunt, si cum eo ageretur, non etiam si agat: Nam plane qui agit, certus esse debet, cum sit in potestate eius, quando velit experiri: et ante debet rem diligenter explorare, et tunc ad agendum procedere.

Hac regula explicata est supra c. 6. per regular 14. de R. J. in 6.

De iure successoris

Qui in dominium vel jus alterius succedit, iure eius uti debet. 177

Vide supra c. 6. reg. 46. de R. J. in 6.

S. 1.

De iusta ignorantia

Nemo videtur dolo exsequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere. N. Supp. Litt. N.

V. g. Negotiorum gestor ignorans Dominum debitoris debitum remisisse, si illud repetat, dolo petere non censetur.

De eo, qui in servitute est

Qui in servitute est, usucapere non potest, Nam cum possideatur, possidere non videtur. 118

Siquidem possessio necessaria est ad prescriptionem; cum igitur servus non possideat, hinc nec prescribere poterit.

N. qui supra Sup. l. N. 167. pag 151.

Omissio faciendi habetur pro commissio

121 Qui non facit, quod facere debet, videtur facere, aduersus ea, quae si al. quia. non facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iussus est.

Hoc est: Nam is, qui aliquid facit, in culpa est, quam qui non facit, diuersa tamen ratione: Nam qui non facit, v.g. non soluit, quod facere seu solvere iussus est, aduersum id agere videtur, id est culpa fit fit obnoxius. Qui vero aliquid facit, et id facere non debet, sed aliud, id est iussus est, v.g. qui iussus est fundum Tusulanum 200. emere et illud trecentis emitit, itidem in culpa est, quia non videtur id facere, quod facere iussus est.

De herede heredis

194 Qui per successionem quamvis longissimam defuncto heredes constituerunt non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes existunt. Nam heredis heres, et deinceps, qui succedunt, licet verbis non sint expressi, heredis appellatione continentur, l. heredis appellatione. l. sciendum est heredes ff. de verb. signif.

De conditione potestativa

174 Qui potest facere, ut possit conditioni parere iam posse videtur.

Hoc est: per quem stat, quod minus conditionem implet possit, pro eo habetur, ac si conditioni, iam et de potestati parere possit; unde si sua culpa eam non impleat, merito id ei adscribetur. v.g. heres institutus sub conditione, si seruum manumittat, quem manumittere potest. Interim in mora est, cum manumittat, ideo sibi imputat, si hereditatem amittat.

S. d.

De repudiatione

Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.

V.g. Caius heres institutus sub conditione, si ei nascatur filius, repudiat hereditatem, antequam filium acquirat. At nato filio, poenitet, et vult adire hereditatem: Quaeritur, an possit? R. affirmatiue; Nam quod quis si velit, habere non potest: ut heres hereditate adire nequit, prouersus natus sit filius: nec proinde repudiare potest, aut repudiando nihil agit.

113. inf.

De jure alienandi.

Qui potest invito alienare multo magis ignorantibus et absentibus.

26  
267

Sensus est: qui potest invito coheredibus, sociis, aut aliis quibuscunque rem suam alteri donare, vendere, multo magis id poterit ipsis ignorantibus, aut absentibus.

De defensione

Qui re aliena defendit, nunquam locuples habetur. 166

Siquidem semper ad satisfactionem tenetur, sine qua nemo admittitur ad defensionem ex l. 110 §. 1. h. 4.

De mora

Qui sine dolo malo ad iudicium provocat, non videtur moram facere. 63.

Sensus est: Qui ex causa aliqua probabili ad iudicium provocat seu litem intentat, non videtur injustam dilationem solvendi fecisse, nec proinde victus ad expensas condemnari debet.

De eo, qui tacet.

Qui tacet, non utique fatetur; sed tamen verum est, eum non negare. 142

Hae regula explicata est supra C. 5. per reg. 44. de l. §. in 6.

contra legem fecisse quis dicitur.

Qui vetante Praetore fecit, hic adversus edictum fecisse proprie dicitur. 102.

Paria enim sunt, aliquid fieri vetante Praetore, et adversus edictum ejus. Denique hic.

S. 1.

De jure denegandi prolessu.

Ejus est, actionem denegare, qui potest et dare.

M. Sup. l. 2.

Ad istam regulam facit, quod supra dictum est in regula ejus est velle: In regula Nihil tam naturale: et in regula, Nemo, qui condemnare.

De servo, libero facto.

Quod quis, dum servus est, egit, proficere libero facto non potest. 146 B. 3.

Namque si servus sub conditione contraxit, et ante conditionis eventum manumittatur, lucrum inde natum, non ipsis, sed domino cedit. Eruitur ex reg. supra Non omne 144 §. 1.

De servorum obligatione

Quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur, non tamen et jure naturali; quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines sunt aequales. 32 B. 1.



Ex quo sequitur, quod naturaliter tam ex contractibus quam delictis obligari Terri possunt: licet jure Civil; in eos nulla cadat obligatio, ut dicitur reg. 22. in persona h.

M. 2. 141  
#

De jure singulari

Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia.

v. g. Regula juris et tenor rationis communis est, ut adversus furtum facientes, furti agatur. Contra hanc regulam in muliere, de jure singulari aliud receptum est, quae si marito quid furripuerit, furti non tenetur, sed iudicio rerum amotorum, l. 2. C. rerum amotorum. Hoc autem singulare jus non debet trahi ad consequentiam, hinc si ita argumenteris: mulier furtum faciens non tenetur furti; ergo nec alia persona furtum faciens furti iudicio ~~tenetur~~ tenetur, neganda erit consequentia.

M. Quod factum est  
litt R. 188. S. 1.  
M. 4. hinc quis si  
sup. 174. S. 1.

S. 1

Two heredes in solidum.

Vni duo pro solido heredes esse non possunt.

Heres enim idem est, quod Dominus: et duo Domini eisdem rei in solidum esse nequeunt, l. 19. S. 3. ff. de test. penult.

M. Quod cuique sup. litt  
I. 156. S. 4.

De evictione

190 Quod evincitur, in bonis non est.

In bonis nostris quid esse dicitur, cuius sumus Domini, sed quod evictioni subiectum est, huius Domini esse non valeamus; nec proinde in bonis nostris esse potest.

De eo, quod initio vitiosum est.

29. Quod initio vitiosum est non potest tractu temporis convalescere.

Concordat cum reg. 18. de R. J. in 6.

De mala fide

143 Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat, et Successoribus eorum obstat.

Sensus est: ea mala fides, quae ipsis, qui contraxerunt, obstat, quo minus usucapiant, haec et hereditibus eorum, licet ignorantibus obstat, quo minus praescribere possunt, l. cum heres ff. de diver. et tempor. praescript.

De solutione

180 Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

Nempe cum jussu meo id quod mihi deberes solvere, solvis creditori meo, idem est, ac si mihi solvisses.

182. Quod nullius esse potest, et id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.

Id quippe reputatur impossibile, at impossibile nulla obligatio est, l. 185. h. v.

Quod à quoque poena nomine exactum est, 76  
id eidem restituere nemo cogitur.

Sensus est: Nemo ad restitutionem illius, quod delicti  
comissi nomine ab altero uel ipse uel magistratus  
consecutus est, compelli potest, quia reipublica ex-  
pediit, ne delicta impunita maneat, l. ita vulne-  
ratus §1. ff. ad l. aquil

De damno

Quod quis ea culpa sua. Damnum sentit, 203.  
non intelligitur sentire.

Intellige quò ad juris considerationem, quod hinc  
damno patrociniatur.

Utrum quis sup. 121.  
174 §1.  
NB. Quoties equitatem  
sup. lit. 9; 85. §. 2.

De favore libertatis

Quoties dubia interpretatio libertatis est 20  
secundum libertatē respondendū erit.

Nempe si de manumissione serui lis sit ac dubitatur,  
utrum Dominus eum manumissum uoluerit, secun-  
dum libertatem §: edat pro libertate ~~pro~~ eius §:  
pronuntiandum erit; natura siquidem dicitante, a-  
quius esse humanū genus in libertatem potius, quam  
in seruitutem asseri.

De successione.

Quoties duplici iure defertur alicui successio  
repudiato nouo iure, quod ante  
defertur, Supererit uetus.

Sensus est: Quoties quis alteri duplici iure, uidelicet  
ex testamento testamento simul et ab intestato succedit,  
tunc repudiato posteriori iure aimirum testamentario,  
quod primo de ferri solet, supererit prius, scilicet ab  
intestato; Saluo tamen iure tertii, uel legatariorū.

De ambigui sermonis interpretatione.

Quoties idem sermo duas sententias exprimit, 67.  
ea potissimum excipiatur §: al. accipia-  
tur; quae rei gerenda aptior est.

Nempe in omnibus actibus et negotiis quavis uocabula  
regulariter sic sunt interpretanda, ut res de qua agitur, in  
futo sit, ac negotium potius ualeat, quam periret, per  
l. quoties. 15. et l. ubi est 22. ff. de reb. cred.

De interpretatione benigniori

Quoties nihil sine catione investigari potest, 200.  
eligendum est, quod minimū habeat iniquitatis.

Sensus est: quotiescumq; in dubio exquiratur circa rem, qua determinari nequit abq; damno aut prauidio alterius eligi debet, quod minus habet iniquitatis, na inter duo mala minus est eligendu. Hinc in dubio pronuntiandu est, appellacione non esse desertam. vide Deciu hic.

Quoties occurrunt. sup. lit. N. 43. §. 1.

De luero

99. Quoties utriusq; causa, lucri ratio vertitur, is preferendus est, cuius in lu- crum causa tempore praecedit.

Hae regula explicata est supra c. 6. per reg. 54. de off. in 6.

Ad quem successio pertinet?

73. Quo tutela redit, eo hereditas pervenit, Nisi cum foemina heredes intercedunt.

Sensus est: Si puillus intestatus moriatur defertur hereditas illi, cui tutela onus imponitur; hoc id tamen locum non habet in foeminis, cum heredes existunt, quonia tunc quo hereditas redit, tutela non pervenit, foemina quippe a tutela ut pote munere virili, ac publico arcetur C. 2. foemina, h. 8.

§. 1

Cui Tutor testamento datur

Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus, cum moritur, habuit habiturusve esset, si vivisset.

NB. sup. litt. N.

Ad quae situm, quisna testamento tutores dare possit, respondetur, quia testamentaria tutela datio pars est patris potestatis, ideo solus pater liberis suis heredibus, quos iam in potestate habet, aut habiturus fuisset, si vivisset; hic intelligi posthumum; igitur emancipato pater tutorem dare nequit, nec mater, quia suos heredes non habet. vid. Deciu hic.

§. 2

Vi factum, et clam factum ut differunt.

Vi factum id videtur esse, quae de re quis quem prohibetur fecit: clam, quod quis, quem controversiam haberet, habiturum se se putaret, fecit.

NB. inf. litt. U.

V. 9. Qui novi operis nuntiacione prohibitus est, adificare nihilominus incepto opere pergit, vi id facere censetur, qui vero controversia cum adversario sibi futura timet, vel existimat, se ab eo prohibitu iri, si ipso relicto quid molliatur, clam fecisse dicitur.

§. 3

De obscuris in testamento

Quae in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.

NB. sup.

Sic si testator ex dubbis uni aliquid legat, neq; ap-  
pareat, de quo testator senserit, in neutro legatu valebit.

S. 4.

De paciscendo alteri

Nec paciscendo, nec legem dicendo, id est, conven-  
tionem ineundo, nec stipulando quisquam al-  
teri cavere, id est, acquirere, potest. L. 1. l. 1. N.

Licit igitur dicam ad Cajum promittis ne Titio, vel  
amico meo 100. et ille respondeat, promitto, non erit  
utilis stipulatio, nec quidquam acquiram amico meo;  
Exiit, nisi stipulator alterius juri subiectus sit,  
ut filius, vel servus; vel speciale mandatu stipu-  
landi, aut paciscendi habeat, aut generalis rei alienae  
administrator existat, veluti Tutor, Praetor, vel  
deniq; persona stipulantis sit publica, puta fidei,  
vel Notarius. Engel l. 1. §. 35. S. 4. n. 15.

R.

De interpretatione benigniori

Rapienda occasio est, qua prabet benignius responsum. 168.

Nonne circumstantia quaedam facti, qua videtur mitiori par-  
ti favere, rapienda est, ut sic per eam res decidatur. vide l.  
54. semper in dubiis h. t.

S. 1.

De interpretatione ex intentione proferentis

Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affec-  
tione cuiusq; capit interpretationem. N. l. 1. R.

In factis igitur, qua incerta, ac dubia videntur, attendenda  
est intentio agentis; inde enim quid de facto sit sentien-  
dum facile innotescet.

De regula.

Regula est, qua rem, qua est, breviter enarrat. Non ut  
ex regula jus sumatur, sed ex jure, quod est re-  
gula fiat. Per regulam igitur brevis rerum nar-  
ratio traditur, et, ut ait Sabinus, quasi causa coniec-  
tio est, id est rerum <sup>ta</sup>judicatum decisio, qua simul  
cum aliquo vitiata est, perdit officium suum.

Vide qua supra c. 6. §. 1. de regulis in genere diximus.

De auctoritate rei iudicatae

Res iudicata pro veritate accipitur. 209

Idq; propter auctoritatem iudicis, nec refert, an bene  
vel male iudicatum sit, saltem in foro externo,  
nam in foro <sup>ta</sup>presumptio cedit veritati, ut multi Doctores  
probabilius docent. 7 interno

De conexione commodi et incommodi  
 10 Secundum naturam est, commoda cuiusque rei esse  
 sequi, quem sequuntur incommoda.

Concordat cum reg. 55. de R. J. in 6.

De eo, quod honestum est,  
 197 Semper in conjunctionibus non solum quid liceat,  
 considerandum est, sed et quid honestum sit.

Siquidem licet mulieri, quoties velit, repetere nuptias  
 mortuis prioribus maritis, et Divor. et si mulier  
 sapiens nubat puta quater aut quinque, honestum  
 id non iudicatur. C. aperta cum duobus leg. 21 q. 1.

De rei dubia interpretatione  
 56 Semper in dubiis benigniora preferenda sunt.

Itaq. socius v. g. si rem communem amoverit potius iure  
 suo, ut scilicet se sua utatur, quam animo furandi illam  
 amovisse presumitur. Concordat haec regula in  
 reg. 1. de R. J. in antiquis.

De obscuri interpretatione  
 9. Semper, in obscuris quod minimum est, sequimur  
 Haec regula est supra c. 6. per reg. 30 de R. J. in 6. explicata

De interpretatione contractuum  
 34 Semper in stipulationibus, et in ceteris contractibus  
 id sequimur, quod actum est; aut si non appa-  
 reat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur  
 quod in regione, in qua actum est, frequentatur.  
 Quod ergo si neque regionis mos appareat,  
 quia varius fuit? ad id quod minimum est,  
 redigenda summa est  
 Concordat cum reg. 45 de R. J. in 6. supra c. 6. ex-  
 plicata.

MS. sup. A. leg. 157. MS.  
 Si. i. Semper p.

De mandato dante et ratificatione  
 60 Semper, qui non prohibet pro se intervenire,  
 mandare creditur; sed et si quis ratum ha-  
 buerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione.

Sensus est: Si quis pro me presente, nec prohibente agat,  
 aut defendat in iudicio, vel si ratum habeat id, quod alius  
 mei absentis nomine gessit, mandasse presumor et pro obli-  
 gato ex mandato habeor, atq. adeo mandati actione obstrin-  
 gor.

De genere et specie  
 147 Semper specialia generalibus insunt.  
 Quicquid igitur dispositum est per legem de genere, id

in singulis precibus dispositis esse censetur: Sic si  
cui alimenta debeantur eidem et iibus et potus, vesti-  
tus et habitatio debebuntur, l. 4. si quid eoru s. in  
dem emptum, de leg. 3. Hujus regula fallentior  
majorisq; explicatione videre est in reg. 71. de R. J. in b.

De servis

Servitutem mortalitati fere comparamus, 209  
Sicut libertas res est inestimabilis, sic contra servi-  
tus est res prope modum horribilis, mortis quippe, quo  
nil horribilius, comparatur

De servis

Servus reipublica causa abesse non potest 211  
Servus igitur pro bono Reipublica legationem suscipere  
vetatur, ed quod in jure pro nullo reputetur. vid. supra  
l. in his h. 2.

De poenali obligatione heredis.

Sicut poena ex delicto defuncti heres teneri non 38  
debet, ita nec lucrum facere, si quid  
ex ea re ad eum pervenisset.

Quemadmodum justum est ex delicto defuncti heres non  
obligari, delictum quippe est personale, nec proinde  
persona agreditur: ita aequi quoq; est, ut ex male-  
ficio seu delicto lucrum etiam pariter non faciat.

De ordine instituenda actionis

Si in duabus actionibus alibi Summa major, 104  
alibi infamia est, proponenda est causa exis-  
timationis: Vbi autem aequiparant famosa  
judicia, etsi summa imparem habent, pro pa-  
ribus accipienda sunt.

Quaeritur, cum saepe actiones eadem de re concurrant,  
quarum altera famosa sit, seu infamiam irrogat, altera  
vero non, si quis duabus actionibus civilibus agere pos-  
sit, quarum altera majorem quidem summa sed sine in-  
famia continet, altera minorem, sed cum infamia, ultra sit  
proponenda: Respondetur, potius esse causam existimatio-  
nis seu actionis famosae v.g. furti, quam actionis pro fa-  
ris seu actionis famosae: sic in societate potius actio furti,  
quam actio pro socio proponenda est. Judicia quippe  
non famosa, quamvis de majori summa, minora sunt  
eis, quae sunt famosa, licet de summa minori; fama enim  
praestat divitibus. Quod si vero ambo, quae concurrunt, judi-  
cia famosa sint, ut v.g. tutela actio, et furti, licet summa  
imparem habeant, tutela quippe minorem quam actio furti,  
attamen in arbitrio actoris erit, utramlibet experiri.

92 Si librarius in transcribendis Stipulationis verbis errasset, nihil nocere, quò minus et reus et fidejussor teneretur.

Hoc est: Error Notarij ~~non nocet~~ partibus nocere non poterit. l. Imperator ff. de statu hominũ.

De hereditate destituta

182 Si nemo Subit hereditatem, omnis vis testamenti si solvitur.

Quis est; quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt; unde si nemo hereditatem adierit, corruit Testamentum.

De exceptione Quis cenfatur cepisse seu accepisse?

115 Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. Igitur liberari à solutione pecunie, <sup>vel accipere ipsam</sup> pecuniam, æquiparantur; unde c. venies 10. de testib. tam in remissione debiti, quam in datione committitur Simonia

S. 1.

Non potest videri accepisse, qui Stipulatus, potest exceptione submoveri.

Sensus est: nemo debet arbitrari se aliquid lucratum fuisse, qui stipulatus est ab altero pecunia, à quo potest exceptione v.g. metus doli; aliave causa repelli; cum paria sint non habere, et habere quidam sed propter exemptionem sine fructu.

De eo, qui uxore prægravante reliquit.

189 Si quis prægravantem uxorem reliquerit, non videtur sine liberis decessisse.

Hinc damnato Patre, et bonis publicatis portio filio, qui nondum natus est, concedi debet.

NB. Litt N.

NB Socii mei p. sup. NB.

lit. C. S. J. 47.

NB. Temporaria sup. 77

Litt. N. 123. S. J.

q. pervenit,

De heredis obligatione

Toties in heredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quoties ex dolo defuncti convenitur, non quoties ex suo.

Sensus est: Si heres convenitur ex delicto defuncti, in tantum conveniri potest quantum ad ipsum ex defuncti delicto, adeo ut si ad eum nihil pervenerit, in ipsum heres non transeat actio. Secus est, si quis ex suo delicto conveniatur; tunc animi ad totum non compensandum semper datur actio.

De metu vano

184 Vani timoris justa excusatio non est.

Sensus est: nulla habetur ratio vani timoris, qui nempe in virum constantem non cadit.

De damno infecto

105 Ubique causa cognitio est, ibi prætor desideratur.

166  
Quasi dicat, ubi causa cognitio  
requiritur, ibi debet esse ju-  
dex, qui cognoscat, Decius hic

~~De termino fatali duorum mensium~~

~~Vbi lex duorum mensium  
facit mentionem, et qui sexa-  
gesimo, et primo die / nempe post  
sexagesimum / venerit, audiendus  
est: ita enim et Imperator  
Antoninus cum D. Patre  
suo rescripsit.~~

De termino fatali duorum mensium.

Vbi lex duorum mensium 10j  
facit mentionem, et qui sexa-  
gesimo, et primo die / nempe  
post sexagesimum / venerit, au-  
diendus est: ita enim et Im-  
perator Antoninus cum D. Pa-  
tre suo rescripsit.

Ratio hujus dependet ab aequitate, et  
humanitate, quam, alioquin summo  
jure exclusus esset, qui ueniret sexage-  
simo primo die. Itaq, duo menses  
in hujus regula comprehendunt 6j. dies

De mutis, surdo, furioso.

Vbi non voce, sed praesentia opus est, 124  
mutus, si intellectum habet, po-  
test videri respondere. Idem in Sur-  
do: hic quidem, et respondere potest.  
Sensus est: Vbi non voce, sed praesentis con-  
sensu, et intellectu opus est, poterit interro- 7 mutus  
gari iudici saltem mutis aut scripto sufficien-



ter respondere, Idem de surdo dicendum, nam hic quidem voce ipsa respondere potest.

S. 2.

Sup. litt. f.

Furiosus absentis loco est, et ita Pomponius libro primo Epistolarum scribit. Licet enim corpore furiosus praesens esse possit, tamen mente absens est, l. 26. ff. de capt.

188

De contradictoriis in testamento.

Vbi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. Quia contraria se invicem destrunt.

S. 1.

De impossibilibus.

Ms. litt. r. Quae rerum natura prohibentur nulla lege confirmata sunt.

Sensus est: quod denegat natura humana, nullo pacto, nulla lege ad obligationem deduci potest; impossibile quippe nulla obligatio vid. supra l. Ea quae dari h. t.

De voluntate De eo, qui obsequi tenetur

4. Velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris, vel Domini.

Siquidem voluntas libera esse debet, qualis non praesumitur, qui obsequitur imperio, cui ratione status et conditione sua parere tenetur. Sensus itaque regula est iste, quod nemo praesumitur, velle se ipsum pure et libere obligare, per v. g. ad eundem hereditate, qui agendo obsequitur imperio Patris vel Domini, cuius praesentium tantum agit.

De promisso rei impossibilis

31 Verum est neque pacta neque stipulationes factum posse tollere, nisi in factum fiat; quod enim impossibile est neque pacto, neque stipulatione potest comprehendere, ut utilem actionem, aut factum efficere possit.

Hoc est, impossibilia neque pacto, neque stipulatione comprehendere possunt; et si forte id fiat, neque actione utile hoc est, efficere, neque utile pactum, hoc est, exceptione, et obligatione naturalis fore, sed proferus inane.

Ms. ubi sup. litt. f. 110. S. 3.

Ms. Unianque sup. litt. f. 173. S. 2. Ms. Uni d. d. sup. litt. r. 141. S. 1.

B. Vi factum litt. r. 77. S. 2.





Caput 8.  
De terminis juris ac inprimis  
de actionibus

Qui Jurisprudencia siue sacra siue civili  
operam dare intendit, notitia terminorum  
Juris habeat, necesse est; ubi quippe ter-  
mini Juris non intelliguntur, nec Jus,  
nec illius Interpretes intelligi possunt. In-  
gens proinde opera pretium fore arbitror,  
si eos terminos, quorum in Jure frequen-  
tior est usus, breviter hic exponam,  
primo quidem de actionibus, ut pote scitu  
magis necessariis, tum de aliis terminis  
secundum ordinem alphabeticum dispositis  
dicturus.

S. 1.

De definitione ac divisione actionum.

Actio definitur, quod sit Jus, id est facultas,  
persequendi in judicio, quod sibi debetur, princ.  
Inst. 4. de action. Hac definitio convenit ac-  
tioni, prout sumitur in actu 1. nam loquendo  
de actione in actu 2. definiri potest, quod sit  
ipsa judicialis petitio ejus, quod sibi debetur.  
Dico quod sibi debetur ad differentiam accu-  
sationum criminalium, et publicorum judiciorum,  
in quibus non persequimur, quod nobis debe-  
tur, sed ad vindictam agimus, ut quis puniatur.

Porro varia ab Imperatore actionis propo-  
nuntur divisiones. 1. Ex materia alia sunt  
in rem, alia in personam. 2. Ex causa effi-  
ciente, alia sunt Civiles, alia Pratoria.  
3. Ex causa finali, alia sunt rei perse-  
cutoria, alia poenales, alia mixta. 4. Ex  
quantitate rei in actionem deducta, alia in  
singulum s. ut omnes rei persecutoria; alia  
in duplum, triplum, quadruplum. 5. Ex qua-  
litate alia sunt bona fidei, alia stricti juris,  
alia arbitraria, de quibus iam per ordinem.

171  
§. 2.  
De actionibus ratione materia

Diximus precedenti paragrapho actionem dividi a ratione materia in realem et personalem, quae Divisio est adaequata omnium actionum, quia materia omnium actionum, quibus utimur, aut est in persona aut in rem. Est autem actio personalis ea, quae convenimus eum, qui nobis obligatus est, vel ex contractu, vel ex delicto, vel quasi. Dicitur personalis, quia in persona obligata ita manet defixa, ut eam non egrediatur. hoc est, contra tertium, vel successorem singularem non datur.

Actio vero realis, seu actio in rem est ea, qua rem nostram, quae ab alio possidetur, petimus; Duo igitur requiruntur ad hanc actionem constituendam, nempe dominium, et possessio; dominium se tenet ex parte agitoris; possessio vero peres eum est, qui convenitur.

Nota. Actio realis, quae peto rem meam incorporalem ab alio, qui eam possidet, proprie dicitur vindicatio rei. Quod si vero res sit incorporalis, nuncupatur confessoria, vel negatoria.

Est autem actio confessoria ea, qua agimus contra impedientem nos uti jure, aut servitute competenti nostrae personae, vel rebus nostris: Et dicitur confessoria, quia proponitur verbis affirmativis.

Dixi 1. jure; quia haec actio non tantum competit pro servitutibus, sed etiam pro quolibet jure incorporali. Dixi 2. personae nostrae; quia sunt quaedam servitutes, quae non rebus, sed personis debentur, quales sunt usufructus, usus, habitatio. Dixi 3. rebus nostris propter servitutes urbanorum, et rusticorum praediorum, quae non personis, sed rebus hoc est, fundis seu domibus debentur.

Actio vero negatoria ea est, qua servi-  
tutem negat, libertatem autem asserit,  
seu ea est, qua agimus, et contendimus,  
res nostras non servire rebus, sine perso-  
na illius, qui pretendit jus sibi debere in jjs.

Confessoria itaq; locum habet, quando ago,  
et contendo mihi jus esse usq; in adibus vici-  
ni mei, ne ipse altius tollat. Negatoria  
vero, quando contendo adversarium jus non  
habere in adibus meis, quo impediar, ne altius  
tollam, seu nego ei jus competere, quo me  
prohibere cupit, ne altius aedificem.

Juvat hic apponere speciem actionis con-  
fessoria quomodo nempe in judicio propona-  
tur; inde pro actione negatoria simile  
exemplu facile efformari poterit. Itaq;  
Aitor dicit, se ~~confessoria~~ a Titio pro  
sol aureis jus emisse, ut per fundu ejus ad  
fundum suu aqua ducere liceret, quumque  
aliquamdiu in quieta possessione hujus juris  
permanisset, familia Titij jussu ejus eum impe-  
dit, quo minus ipsi aquam ducere liceat. Pa-  
tis itaq; sententia judicis declarari eam servitu-  
dem ducenda aqua per fundu Titij ad fundum  
suum ipsi competere &.

D. 3.  
De actionibus ex causa efficiente.

Partione cause efficientis dividitur actio in  
Civilem et Praetoriam. Actiones Civiles ori-  
ginem habent ab aliqua parte juris Civilis v.g.  
a lege iz Tabularu, a Plebiscito &. Praetoria sunt  
introducita ex edicto Praetoris naturalem equita-  
tem attendentis, quarum aliae sunt vel in rem,  
ut publiciana, Rescissoria, Pauliana, Serviana  
et quasi Serviana: vel in personam, ut de consti-  
tuta pecunia, peculio, actio in factum, ex iureju-  
rando; deniq; poenales et prejudiciales.

De actione Publiciana.

Actio Publiciana sic dicta, quia Publiciu Praetorem

173  
habet Authorem; est actio realis, qua petimus id  
quod nobis ex justa causa à non Domino bo-  
nâ fide traditum est, et nondum usu captum.  
Dixi 1. ex justa causa, id est ex legitimo  
titulo, puta emptionis, donationis &c. Dixi  
2. à non Domino, quia si à vero Domino res  
tradita esset, et postea amissa, Rei vindicatio  
competeret, non publiciana actio. Dixi 3. bo-  
nâ fide, nam mala fides nulli patrocinari debet.  
Dixi 4. nondum usucaptum, nam si fides res usu  
capta, uel praescripta esset, non actio publica-  
na, sed rei vindicatio competeret.

Sic autem proponitur. Emptor dicit domum, quam  
Titius possidet, sibi ab eo, quem credidit Dominum  
esse ex justa causa traditam, et aliquamdiu posses-  
sam, at cum ipse abisset, à Titio apprehensa et  
occupata est, qui eam licet interpellatus resti-  
tuere recusat, cum tamen possit. Petit itaq; se  
sententia iudicis declarari istius domus qua-  
si Dominum, ac Titium condemnari ad resti-  
tutionem &c.

### De actione rescissoria.

Actio rescissoria est ea, qua agitur ad rem  
nostram ab alio usu capta redaperanda, quasi  
usucapta non fuisset. Haec actio Publiciana  
invenitur contraria, impugnat enim usucapi-  
onem, quam Publiciana ducitur. Competit  
autem ei, qui legitimum habet impedimentum,  
aut ostendit, justam causam obfuisse, quò minus  
alterius usucapionem interrumpere, uel impedire  
potuerit.

In exemplo Titius vendit Sempronio librum  
meum traditq; Sempronius postea discedit et  
abest, per Trienarium, siq; usucapionem completam  
consequitur libri mei, postquam revertitur.  
Jam non competit michi contra eum rei vindi-  
catio, quia dominium, quod habui in libro, per

usucapionem legitimè ac bonâ fide comple-  
tam translatum est in Compronium; ne  
igitur absq, omni culpa priver re mea,  
introduita est à Pratore actio rescissoria,  
qua nimirum peto per officium judicis, me  
in integrum restitui, atq, usucapionem, quam  
v. g. ob alterius absentiam interrumpere non  
potui, rescindi C.

### De actione Pauliana.

Actio Pauliana s: à Paulo Jurisconsulto  
introduita, est actio realis, quâ Creditores  
rem repetunt, quam debitor in fraudem eorû  
alienavit, quasi nunquam alienata fuisset.  
Nomine rei intellige res sine corporales  
sive incorporales, sive mobiles, sive immo-  
biles.

Hæc actio d. datur aduersus eos, qui Sci-  
entes debitorem non esse solvendo, aliquid  
cum eo gerunt, vel paciuntur, ut habere  
desinat id, quod habet. II. aduersus ipsos de-  
bitores in fraudem Creditorum bona sua  
alienantes. III. Aduersus hæredes, quatenus  
ad eos peruenit.

Finis hujus actionis est, ut omnia in  
fraudem gesta, et alienata restituantur in  
pristinum statum, in quo fuere ante alie-  
nationem l. ult. d. si. Sover ff. qua in fraud.  
Cred.

### De actione Serviana.

Actio Serviana s: à Servio Pratore prodita  
est actio realis, quâ Locator res à Colono  
aut Inquilino in re locatâ illatas, sibiq, pro  
pensione tacite obligatas persequitur aduersus  
quemvis possessorem.

Dixi d. tacite obligatas, quod solum ad  
res Inquilini referri debet, quæ nepe locatâ



in domum illata tacite intelliguntur Domino oppignorata, etiam si nihil de pignore conventum sit. Occurrit enim dicendum de rebus Colonis, quae in praedium Rusticanum ab eo conductum inuenta, sunt oppignorata nisi ex pacto expresso, Inst. 4 §. adispiscenda vers. interdictum de interdict. vid. Jacin, et Corvin. hic.

Dicitur 2. aduersus quemuis Possessorem, quia haec actio est realis, et persequitur rem à quocumque fuerit possessa.

Haec actio sic ~~in propria persona~~ proponitur: Cum locassem Titio domum meam ad triennium, ut singulis annis pro pensione solveret decem aureos, inbulid in eam res suas, quas habebat, quae iure Domini ad eum pertinebant, et inferendo pro pensione ipsius domus sive detractionis mihi tacite obligata sunt.

Quia autem Titius conductor pensionem promissam non solvit, et res ipsae per illationem pro ea tacite mihi obligantur, peto possessionem illarum rerum mihi adjudicari, donec de pensione fuerit satisfactum.

### De Actione quasi Seruiana

Actio quasi Seruiana, seu hypothecaria dicitur, qua Creditor rem, quae sibi iure pignoris vel hypothecae expressè obligata est, persequitur, ut nempe ea sibi adjudicetur, si à debitore non fuerit redempta.

Dicitur quasi Seruiana, quia per eam non ita plenè providetur creditoribus sicut per Seruianam Locatoribus; Locator enim potest proprie

authoritate res tacite sibi obligatas ca-  
pere, et includere, quod Creditori in expresso  
pignore non licet, si id Creditor non detinet.  
Hac actio sic proponi solet: Titius accepit  
a me mutuos 100. aureos, pro quibus obli-  
gavit anulum aureum, cuius ipse erat  
Dominus vel quasi Dominus, seu cuius saltem  
possessor erat; quia autem mutuum  
non solvit, et ego detentionem illius au-  
ri non habeo, peto eum donec fuerit <sup>7 annuli</sup>  
satisfactum, mihi decerni. Haec tenus  
de Actionibus praetorijs in rem, nunc

### De Actionibus Praetorijs Personalibus.

Tres ab Imperatore proponuntur 1.  
de constituta pecunia. 2. de peculio.  
3. actio in factum ex iurajurando.  
Inst. d. 8. de action. qui plures espe-  
tatur ad finem huius d.

#### De constituta pecunia.

Nota. constituisse hic nil aliud est,  
quam convenire, et conveniendo se obli-  
igare ad id, quod iam debitum est. unde  
Actio de constituta pecunia dicitur actio  
personalis, qua agimus contra eum,  
qui per nudum pactum se constituit  
soluturum id, quod prius ipse ex nudo  
pacto, vel alius quidam ex quacumque  
causa debebat.

Dico per nudum pactum; quia si consti-  
tutum fieret per stipulationem, sequa-  
retur actio ex stipulatu.

Dico ex nudo pacto, seu naturali obli-  
gatione, cui in iure alia non competit  
actio; ex quo consequens est, hoc consti-

133.  
tutum Creditori valde utile esse; quia  
ex eo orta est actio, quam prius ipse non  
habebat:

Hac actio sic proponitur: Cum Titius  
et ego essemus in eadem negotiatione  
ipseque opus haberet pecunia, rogavit  
me, ut 100. aureos ei mutuo darem, quos  
ita à me accepit, promittens ad proximum  
Kalend. Maij se soluturum, Calendis  
autem advenientibus creditam pecuniam  
numerare non poterat, ideoque sejus per  
nidum pactum illos aureos se soluturum  
constituit, quia autem ex illo consti-  
tuto sejus mihi efficaciter obligatus  
est, peto cum condemnari ad solvendum  
illos 100. aureos.

### Actio de peculio.

Nota: Peculium s: quasi pusilla  
pecunia, seu pusillum patrimonium  
est, quod Servus, vel filius familias Do-  
mini aut Patris permisso Separatum  
à rationibus, seu rebus Dominiis vel  
Patris habet.

Est igitur Actio de peculio ea, quae  
pertinet à Patre vel Domino, ut solvat pro  
filio, vel Servo nobis ex contractu ob-  
ligato, in quantum viros peculij pati  
possunt.

Author huius Actionis est Praetor, qui  
eam contra ius Civile, quo cavetur, ne  
filius pro Patre, aut vicissim teneatur  
I. J. C. ne fil. pro Patre, introduxit, cum  
enim perspiceret, quod Pater et Dominus  
ex contractu filij vel Servi lucrum sortiantur

et peculium concedendo permisisse ne  
negotiationem videantur, aequum judi-  
cavit, ut et omnes obligationis et actionis  
sustinerent.

Hac Actio sic proponitur: Postquam  
comperit habebam Titium filium  
Sempronij, ex ipsius Sempronij concessione  
habere peculium, quo possit negotiari,  
contraxi cum eo, pulsans Ciceronem contrac-  
tui consentire, vendidique ei 100. modios  
frumenti 30. aureis, quos tamen Solvere  
recusat. quia autem Sempronius  
in potestate sua tenet, et possidet hoc  
peculium, peto eum in predicta summa  
30. aureorum mihi condemnari, in qua  
cum vires peculij patientur.

De Actione ex Jurejurando.

Actio ex jurejurando: in factum dicta: est  
actio pratoria Personalis et compe-  
tens, qui petente Adversario, juravit sibi  
aliquid deberi, vel rem aliquam suam esse.

Nota: quando Juramentum est Salutu-  
rum non amplius queritur, utrum res Actori  
aliquid debeat; sed tantum an Actor ju-  
raverit, sibi quid deberi, et si de juramen-  
to constiterit, condemnabitur Reus.

Hac Actio sic proponi potest: Cui Titij  
tuum in jus Vocassam propter Summam  
100. aureorum mihi ex Contractu debitas,  
ipse vero debito negato, juramentum mihi  
debuit, et quanquam illud praestiterim,  
differt tamen debiti solutionem: peto  
Itaque, ut ad dicta Summa solutionem  
condamnetur. Et quia ex diversis

causis juratur, secundum causa varia,  
tamen narrabit actor, qualiter juraverit.

### De Cratorijs Actionibus Persona- libus paralibus.

Hactenus de Cratorijs personalibus  
non paralibus, nunc de paralibus age-  
rem, quarum tres nominatim ab ipso  
Imperatore proponuntur. 1. est actio  
albi corrupti. 2. ex edicto de in jus  
vocando. 3. ne quis eum, qui in jus vo-  
catus est, vi eximat. instil. 4. §. 12.  
de Action.

#### De Prima Actione parali.

1<sup>ma</sup> Actio paralis est Actio albi cor-  
rupti, et est ea, qua quilibet e popu-  
lo adversus eum ulitur, qui id quod in  
albo Cratoris propositum est, puta  
Edictum perpetuum vel per se, vel per  
alium corrumpit, aut sustulit. Et hic  
teneatur ad penam 50. aureorum, non  
Fisco, sed Accusatori applicandam.  
Wolfius hic.

Dixi in albo Cratoris: quo intellige  
parietem vel tabulam de albatan, que  
Crator Edicta sua proponebat. tu mo-  
do extendere penam illius Actionis ad al-  
ios casus, ut si quis corrumpere vel id quod  
propositum est in publico, ut perpetuo  
illuc esset.

#### De 2<sup>a</sup> Actione parali.

Secunda Actio paralis est ea, qua  
datur in 50. aureos contra eum, qui

Patrem, vel Patronum, non petita, aut saltem non impetrata à Jure Venia in jus Vocat.

Dico Patrem vel Patronum; quia licet multae Personae prohibita sint in jus Vocari, ut Magistratus, Pater, et Religiosa &c. tamen in Solis Patronibus et Patronis locum habet pena legalis s. v. auctorum, in alijs vero solum pena arbitraria secundum glossam.

et Nota quod haec pena s. v. auctorum cadat Parenti, et Patrono agenti, non Fisco.

*De tertia actione poenali*

Tertia actio poenalis est ea, qua datur adversus eum, qui celatum in jus vel per se, vel per alium dolo exemit, vel impedivit, quo minus veniret.

Porro eximentis pena haec est, ut scilicet in tantum teneatur, quanti ab Actore ea res, de qua est controversia, aestimatur, quod si plures aliquam exemerint, Singuli teneantur in Solidum l. poenal. d. hoc iudicium §. si quis eum.

*De Actionibus prejudicialibus.*

Post actiones poenales proponit Imperator actiones prejudiciales Inst. c. 4. d. 15. h. t. quae licet in rem esse videantur, ut ait Imperator, non immerito tamen cum Corvino et alijs eas inter actiones personales recensimus, eo quod haec actiones quaestionem Status, adeoque jus Personarum concernant. Sunt autem actiones prejudiciales ea, quibus de statu alicujus personae contestatur.

Et dicitur projudicialis, quia prope  
 dicant alijs questionibus inter heredes  
 et rem, quae dandi non possunt quamvis  
 causa status non fuerit discussa V. G.  
 Siquis tanquam filius defuncti con-  
 tendat hereditatem ad se pertinere, ne-  
 getur autem esse heres, quasi non sit  
 filius: Primo videndum est, an sit  
 filius, inde quippe cognoscatur, an sit  
 heres; itaque cognitio de filio facit  
 projudicium cognitioni de hereditate.

Harum actionum vulgò tres enume-  
 rantur species: 1<sup>a</sup> competit Domino  
 adversus servum pro libero homine  
 se haberi volentem, et e contrario servo  
 adversus Dominum pro tendente servo  
 tutem. 2<sup>a</sup> competit Patrono  
 adversus libertos, nempe adversus eos,  
 quibus libertatis beneficium contula-  
 runt, et post istud beneficium Patroni  
 jus obsequiorum denegant: et ex  
 diverso datur libertis ingenuis, id est,  
 ex Matre libera natos se proficentes,  
 adversus Patronos, qui se tales falsa  
 opinione asserunt.

3<sup>a</sup> competit Patri contra filium, ne-  
 gantem se filium, ne V. G. Patrem alere  
 teneretur, et vicissim datur filio contra  
 Patrem, negantem se Patrem, ut cum  
 V. G. hereditate privet.

4<sup>a</sup> harum actionum species sic propo-  
 nitur: Scia ancilla serviebat mihi, et  
 durante servitute peperit Stichum, qui  
 licet ratione servitutis, qua Scia Mater

ejus mihi obligata erat, mea potestate sub,  
iiceretur, at tamen negat se servum meum  
esse; unde peto me Dominum declarari cumq[ue]  
compelli, ut praestet servitia. eodem modo  
propono mutatis mutandis alias 2. Spe,  
cis.

§. 3.4.

De Actionibus ex causa finali.

Ratione causa finalis dividuntur actio-  
nes in eas, quae sunt rei persecutoria, pa-  
na persecutoria, et mixta.

Actiones rei persecutoriae sunt, quibus  
persequimur rem, qua nobis abest, et  
adversario adest, ut sunt omnes actiones  
reales, et pleraque actiones personales  
ex contractu originem trahentes, puta  
quibus simplex, id est, rem solam perse-  
quimur, ut actio commodati, depositi, mutui.

Actiones vero panae persecutoriae sunt  
ea, quibus agimus non ad id, quod nobis  
abest, et adversario adest, sed simpli-  
citer ad pnam nobis tamen applican-  
dam. V. G. duplex, aut quadruplex, ubi  
est actio furti manifesti, et bonorum  
raptorum.

Actiones denique mixtae sunt, quibus par-  
tim rem, id est, quod nobis abest, partim pa-  
nam persequimur.

Ceterum aliud genus actionum mixtarum  
recensetur ab Imperatore §. 20. huc. ni-  
mirum actio familiae heriscunda, comuni  
dividendo, et finium regundorum. quae ac-  
tiones ideo dicuntur mixtae, quia partim  
naturam realium, partim personalium  
actionum sapiunt; realium, quia iis rem



nostram persequimur; personalium, quia  
personales praestationes patimur.

Dicitur autem actio familiae heriscunda  
id est, hereditatis dividenda ea, quae petit  
heredes portionem hereditatis sibi competere,  
tam à cohæreda, et simul praestationes per-  
sonales V. G. compensationem damni emer-  
gentis, vel fructuum mala fide consumptorum.

Datur itaque hæc actio cohæredi contra hære-  
dam, qui sine iustâ causâ recusat divisionem  
rerum hereditariarum de sui naturâ divisibilium.

Actio vero communi dividundo est ea, quae  
datur illis, inter quos res aliqua ex causa  
legati, donationis vel alia cuique est communi  
ut vel dividatur, vel præstetur, quod ex  
aquo præstari oportet.

Sic proponitur: In primis petitur, ut res om-  
nes communes, vel ex illis una alterave divi-  
datur, deinde siquid forte ex dilata divi-  
sione aut aliter ex rebus, vel re communi  
dolo vel culpa socij absit, ab eo damnum  
reparetur.

Denique actio finium regundorum, id est, dis-  
tinguendorum datur illis, qui habent prædia  
ruribus confinia contra vicinum possessorem  
ad constitutionem novorum terminorum, vel res-  
titutionem antiquorum.

Dico ad constitutionem novorum terminorum  
quia si prædia terminis distincta non fue-  
rint, auctoritate personaliter iudex, et dividat  
ac constituat terminos.

Dico ad restitutionem antiquorum; quia si  
termini evulsi fuerint, agi potest ad resti-  
tutionem, et evellers criminaliter puniri  
potest. l. 4. §. si dicat f. eodem.

§. 4. 5.

De Actionibus ratione quantilitatis  
in eas deducta.

Actiones à quantitate in eas deducta  
sunt ea, quae concipiuntur et dantur vel  
in Simplicem, vel in duplum, vel in triplum,  
vel in quadruplum.

Actiones quae dantur in Simplicem, seu solum  
in ipsam rem sunt omnes actiones, quae ex  
contractu vel quasi proficiuntur, quaeque  
solum sunt rei persecutoriae.

Actiones in duplum conceptae sunt j.  
actio furti non manifesti. 2. actio damni  
injuria dati ex lege Aquilia. 3. Actio  
positi ex causa incendij, tumultus, nauis  
fragij, ruinae, quae datur adversus depon-  
situm inficientem §. de quibus Imperator  
d. 23. hic.

Actiones in triplum hodie non sunt in usu.

Actiones vero in quadruplum sunt 4. Nempe  
actio furti manifesti, de qua d. 3. jam diximus. 2.  
actio ex edicto adversus Calumniatorem.  
3. Condictio ex lege adversus executores  
liberum, qui plus a quo Sportularum nomina  
exegerint.

Dico condictio ex lege; quia hac actio non  
habet specificum nomen; ideo dicitur con-  
dictio ex lege, in qua de ea fit mentio d. 25.  
hic. 4. Denique actio quod metus causa.

Est autem actio quod metus causa actio  
personalis in rem scripta, quae datur illi  
qui per gravem metum ad dandam V. G.  
aliquam rem compulsus est.

Dico j. Personalis, quia oritur ex delicto,  
et primò datur contra Personam, quae  
metum intulit.

Dico 2. in rem scripta, quia datur contra  
quemcumque possessorem, qui ejusmodi rem  
in manu extoriam possidet, aut ex ea sensil  
comodum.

D. §. d.

De Actionibus ex qualitate.

Actiones ratione qualitatis sunt Actio-  
nes bona fidei, Stricti Juris, et Arbitrarie.  
Actiones bona fidei sunt, in quibus Judicium  
permittitur libera aestimandi, et Arbitrarii  
potestas, quarum alter alteri praes-  
tare debeat secundum naturam actionis.

Sunt autem sequentes ab Imperatore enu-  
meratae d. 28. hii. Actio ex empto vendito;  
actio ex locato conducto; ex negotiorum  
gesto; actio depositi; pro socio; tutelae;  
commodati; Signorabilia; familia  
harciscunda; communi dividendo, pro  
scriptis verbis, quae de aestimato proponit,  
et ex permutacione competens; harci-  
ditatis petitio. Reliqua omnes sunt Stri-  
cti Juris.

Sunt autem actiones Stricti Juris ea,  
in quibus omnia Stricti accipiuntur, et  
regulariter non veniunt, quae non ex-  
primuntur a partibus. Quidam observant  
quod omnes actiones sunt bona fidei, quae na-  
suntur ex Contractibus bilateralibus, seu  
utroque obligatoris; Stricti Juris contra  
quae descendunt ex contractu unilateralis,  
non supponente pactum utriusque obligato-  
rium. Excipiunt tamen petitionem  
hereditatis, quae licet pactum non supponat,  
tamen videtur esse bona fidei.

Fater actiones bona fidei potiore loco  
sibi vindicant petitio hereditatis, actio

prescriptis verbis, actio pro socio, actio negotiorum gestorum, tutela, et pignus, ratia.

Actio hereditatis, est actio in rem, qua is, qui se heredem dicit, utitur adversus eum, qui possidet rem hereditariam.

Actio prescriptis verbis est ea, per quam agimus ex prescripto verborum, quibus contrahentes uti sumus, seu sicut verba quibus conventio interita est exigenti prescribere quippe hic idem est, ac ius tuere, ordinare &c.

Oritur hac actio ex contractibus in nominatis, vel alijs in quibus dubitatur, quanam competat actio. cum enim olim ambigeretur de contractus nomine, et tamen aequum erat actionem dari, Lex Civilis instituit generalem actionem ex prescriptis verbis, et in factum, qua nimirum demonstrato per simplicem rei gesta narrationem facto perinde utiliter ageretur, ac si speciale actionis nomen propositum esset.

Actio pro socio est ea, qua datur socio contra socium ad lucrum communicandum, et ad damnum resarciendum dato, vel levi culpa datione.

Actio negotiorum gestorum duplex est; directa et contraria. directa est, qua datur Domino rei ad petendam rationem administrationis a negotiorum gestore. contraria est, qua datur negotiorum gestori adversus Dominum rei gesta, qua reperit, siquid de sua in negotio impendit.

Actio tutela pariter alia est directa, et alia indirecta; directa datur pupillo

contra Tutorem finitā tutelā, ut reddat  
rationem administrationis suae. Contraria  
verō datur Tutori contra pupillum, quā  
repetit, siquid in rem pupilli impendit.  
Dixi finitā tutelā; quia absurdū videri  
potest, rationes administrationis ab eo da-  
siderari, qui adhuc administrat L. nisi fini-  
ta ff. de tut. et rat. distr.

Actio pignoratitia prout est directa, datur  
debitori pignoris recipiendi causā, vel ejus  
proxi, adversus Creditorem; contraria  
verō datur Creditori adversus debitorem  
ad id, quod ei pignoris causā probabiliter  
absit, puta ad necessarias impensas  
ad rem pignoratitiam factas.

Quas incidenter, quid sit actio directa  
et contraria? Actio directa ea  
est, quae competit illi, ad quam res perti-  
net; contraria verō est, quae competit  
alteri, quando scilicet contractus est  
talis, in quo mutantur contrahentium  
nomina, ut in contractu pignoris modo  
memorati, ubi unus appellatur Creditor  
et alter debitor.

Nota tamen aliam esse actionem, quae dicitur  
directa, quatenus oppositor utilis, est  
est illa, quae datur ex Verbis Legis.  
Utilis verō, quae ex interpretatione et  
mente Legis. Corvinus ad Tit. de act. in  
proxi. In exemplo vendis aliam  
actionem realem; huic quidem non com-  
petit actio realis directa, competit ta-  
men utilis; quia proprie vindicationem  
non habet à jure sibi concessam. Speculatus  
Verbis Legum, aequitas tamen suadet,

188  
ut ei detur rei vindicatio L. ult. c. de heredi-  
tate vel actione vendita. Sic actio confesso-  
ria directa datur tantum illi, qui praeter-  
dit servitutem in fundo alteri, Utilis vero  
etiam illis, qui praetendunt aliam rem in-  
corporalem, eamque vindicare volunt V. G.  
jus Patronatus, Decimarum, jus Varrandi.

Schwardendorff in act. forens. expos. Sect. 2.  
alii apud Schneidew. communiter afir-  
mant etiam illam esse directam, quae ex  
interpretatione et mente Legis colligitur,  
utilem vero illam, quam dat Legislator  
posterior, nampe jurisconsultus vel Prae-  
tor, legem prius latam extendendo ex  
paritate rationis.

Porro actiones arbitrariae ~~quae quibusdam~~  
~~modis~~ dicuntur actiones Stricti rationis  
juris, in quibus praeter naturam actionis  
proposita exercatur officium Judicis;  
et dicuntur arbitrariae, quia a Judicis  
arbitrio dependent.

Dico 1. Stricti Juris, quia nulla actiones  
bonae fidei sunt arbitrariae, unde quotquot  
arbitrariae dicuntur, Stricti Juris esse,  
esse est.

Dico 2. praeter naturam actionis propositae  
ad differentiam actionum bonae fidei, in  
quibus Judicis officium quidam servit, non  
autem praeter naturam actionis, sed secun-  
dum naturam; in actionibus enim bonae  
fidei, quantum auctori restitui debeat, ex  
bono et aequo aestimari Judicis competit  
ex natura seu causa actionis, in arbitrariis  
vero non ex causa actionis, sed a Judicis  
arbitrio sub hac saltem tacita conditione:  
Nisi reus jussu Judicis iuxta loquentis  
pareat dependent.

189  
In exemplo: si egissem contra te rei vindicatione, tuque ad restitutionem rei fuisses condemnatus, et sententia transisset in rem iudicalem, mea quoque in te res et rem meam restitui, nec tamen statim restituisti, possum a te petere illud interesse, sed petitio illa non dependet ex natura rei vindicationis, sed est accidens extrinsecum quod principali actioni non inharet, ideo imploro officium iudicis, ut ex arbitrio suo te condemnet in id, quanti mea in te res, rem meam restitutam non fuisse. § l. i. § l. i.

Plura actionum arbitrariorum exempla non tamen omnia recenset Imperator puta publicianam, Servianam, et quasi Servianam seu hypothecariam, omnes in rem. Praeterea quod metus causa de dolo, de eo, quod certo loco, et ad exhibendum actiones, omnes in Personam. Itaque publiciana, Serviana, et quasi sunt arbitrariae; quia in his iudex iubens rem restituere, si non restituitur, condemnatur ex arbitrio ipsius iudicis, cuius officium imploratur, ad interesse. Sic et in actione quod metus causa, ubi reus rem ablatam non restituit, quam dupli poenam sustinet, quam evitare potuisset, si arbitrio iudicis restituisse. Item in actione de dolo: quia et dolosus arbitrio iudicis rem non restituit, quanti interest actorem deceptum non esse, cum nota infamia condemnatur. Item de eo quod certo loco; quia qui certo loco se soluturum constituit, alibi quidem conveniri potest; sed iudex arbitrabitur, quanti interest rei in loco con-

versionis potius, quam in eo, ubi actor experit,  
Solvare l. 2. d. 3. f. de eo, quod certo loco.

Denig actio ad exhibendum est arbitraria:  
hac datur adversus Possessorem rei, quam tibi  
inspiciendam exhiberi postulas, num tua sit  
nec ne, si igitur Reus ad exhibendum conden-  
natur, nec obtemperaverit, tunc quantum  
in litam juratum est, id est, quanti actor  
jurato asserit litam et totam causam se asseri-  
nare, condemnabitur l. 3. d. 2. f. l. 4. c. ad  
exhibendum.

Vides jam quod causa actionis arbitraria  
sunt contemptus Judicis et contumacia,  
si enim quis a Judice iussus fuerit resti-  
tuere, Solvare, exhibere & contemp-  
serit, imploratur contra suum officium Judicij  
vel ex arbitrio ejus, etiam ad interese conden-  
natus. Unde plerumque dua Sen-  
tentia profertur, una de restituendo  
et altera, qua contumax aut contemp-  
tor illius Sententia ad poenam vel inter-  
ese condemnatur.

Ceterum plura sunt alia actionum genera,  
alia enim dicuntur perpetua, et alia tem-  
porales. Perpetua de jure antiquo  
dicebantur, quae sine ulla temporis prefixio-  
ne proponi poterant, et tales erant quae ex  
Lege iz. tabularum, vel ex Senatus Consulto  
descendebant, hodierno tamen jure, ne-  
lites evaderent immortales, his actionibus  
certi termini sunt prefixi, nempe tot anni,  
quibus per praescriptionem eliditur jus  
alienum; tunc enim per consequens ex-  
tinguitur et actio. Tollitur autem jus  
alienum in re mobili per praescriptionem  
3. annorum: in re immobili inter praesent-  
es per 10. inter absentes per 20. annorum



191  
prescriptionem; ubi vero deest titulus, vel  
prescribendum est contra personam privilegia-  
tam requiruntur 20. vel 40. anni ordinari-  
que propter hodie actiones perpetua dicun-  
tur, quae durant tempore longissimo, h. e. sal-  
tem 30. vel 40. annis, sive de re sit actio rea,  
lis, sive personalis.

Temporales sunt, quae ex juris dispositione  
durant ad certum determinatum tempus minus 20.  
annis, quales sunt actiones praetoriae, quae  
intra annum terminantur, eo quod et Praetor  
jurisdictionis non nisi annualis fuerit; Ex-  
cipiuntur, nisi sint rei persecutoriae; nam et  
haec sunt perpetuae, ut patet ex actione vi  
bonorum raptorum de calumniatoribus,  
quod melius causa, furti manifesti c. v.  
l. 35. in pr. ff. de oblig. et act.

Quorsus actiones aliae sunt transitoriae ad  
haeredes, aliae non transitoriae, transitoriae  
sunt, quae etiam ipsos haeredes afficiunt;  
ubi praeter actiones, quae fluunt ex iure  
reale omnes illae actiones sunt, quae pro-  
ficiuntur ex contractu vel quasi con-  
tractu, quae tam activae, quam passivae tran-  
seunt ad haeredes, hoc est: dantur heredi-  
tibus v. g. creditoris, contra haeredes debitoris.

Non transitoriae sunt, quae ipsos haeredes non  
afficiunt, quales sunt personales; quae non  
modum ex iniuria maleficia suos tenent thulha-  
res, sic et una morte thulhorum extinguun-  
tur, nisi ex delictis defuncti aliquid ad  
haeredes pervenerit; aut cum eo adhuc vi-  
vante lis iam sit contestata l. unie. c.  
ex delict. defunct. Ceterum spectat  
iure canonico transit actio orta ex delicto  
contra haeredes delinquentis, si, et quatenus

192  
est rei persecutoria c. 5. de rapl. etc.  
fin. de sepult.

## Caput 9. num.

De alijs terminis Juris magis usualij  
ac Scijs magis necessarijs secundum  
Ordinem Alphabeticum.

### A.

Acceptilatio est Solutio civilis id est: ma-  
gistraria Solutio d. j. Instil. quibus modis toll.  
Sed enim per interrogationem et Responsio-  
nem: ut habens acceptum, quod per  
stipulationem tibi promisi, vel debui?  
et tu respondeas, habeo, acceptum fero  
Ulpian. in l. pluribus de acceptil.

Accessio vel naturalis vel artificialis  
est, ad illam pertinet factura, alluvio  
ad hanc plantatio, satio, scriptura  
Actio ex crimine nascentis civiliter inten-  
tata est ea, qua non ad publicam vindictam,  
sed ad proprium commodum, V. G. ad rem recu-  
perandam agitur.

Actio quanti minoris est ea, qua datur Emp-  
tori qui rem vitiosam, si praevisisset vitium ejus-  
dem, si minoris pretio, vel quanti mino-  
ris emisset eam, repetere possit l. i. de  
edictis edicto. Durat tantum per annum.

Actio redhibitoria est ea, qua datur Emp-  
tori contra venditorem, ut ad morbidum, vel  
aliam rem vitiosam, quam quis cognito vitio  
non emisset, recipiat, pretiumque ejus restitu-  
at. Tollitur, eademque praescribitur contra  
Emplorem Sex Mensibus computandis à die, quo  
Empitor vitium rescivit l. Sciendum, cum sex ff  
de edictis edicto.

113  
Ambitus est Suffragiorum ad hono-  
ras vel Magistratum consequen-  
dum data pecunia corruptis.

Annona scilicet corrupta crimen  
comittit ille, qui Vinum, frumen-  
tum & Sordida coemittit, ut annona  
carios fiat.

Ascriptibj dicuntur illi, qui per  
Scripturam la terra, seu agrico-  
lationi astringebant promittentes  
ibi stare, colere, et non discedere.

B.

Poni Viri appellatione in iura  
Iudex intelligitur.

Cadere in commissum dicuntur illi,  
qua Fisco committuntur, vel  
ad suum Dominum revertuntur.  
Cavere de rato debet Procurator  
id est, cautionem prestare, quod  
Principalis pro rato habiturus  
sit, quidquid in iudicio actum fuerit.

Cedere diem significat, deberi  
pecuniam, licet nondum exigi  
possit.

Citatio realis Rei, est ipsius Rei  
apprehensio

Competentia beneficium, est  
privilegium, vi cuius in certas  
Personas non potest fieri execu-  
tio ultra id, quod dare et facere  
possunt, deducta congrua susten-

tatione quoad vitum, vestitum, et habitationem.

Conditio in communi est romana, quae omnes personales actiones comprehenduntur.

Conditio indebiti competit ei, qui per errorem indebitam pecuniam solvit alicui, credens se ei teneri, cum non teneatur.

Conditio ex lege locum habet, quoties ex nova lege descendit obligatio, nec in eadem lege cautum est, quo genere actio, non exariatur.

Conditio certi competit ex omni causa, ex qua certum petitur.

Conditio incerti, per quam incertum exigitur.

Constitutum est conventio, qua quis citra stipulationem solviturum se, quod vel ipse, vel alius debet, promittit.

Contractus inominatus est, qui non habet nomen proprium: quales sunt do ut das, do ut facias: facio ut das: facio ut facias.

C. D.

Conditio praetoria, vel ius praetorium est quae Praetores in iuris

ducentur, adiuvandi, vel suppleandi. Contractus stricti iuris vero sunt, in quibus iudex adstringitur ad verba contractuum, et ad id quod expressis verbis conventum est, quales sunt mutuum, actio hereditaria, solutio indebiti, donatio, et omnes contractus leuosi, seu unilaterales, id est, ex altera parte sumtaxat obligatorii.

Contractus bona fidei appellantur, non quod alii sint mala fidei, sed quod in illis non debeat iudex stricti attendere ad id, precise, quod verbis contractuum expressum est, sed possit iudicare ex aequo et bono, et extendere sententiam ad ea, ad qua contractuum mens verisimiliter se extendit vel extendere potuerit, spectata aequitate, si fuissent recordati. Sic si in ephippio C. vel ager plenus fructibus iuenderetur, possit iudex adjudicare emptori equum in ornamentis, agrum cum fructibus, licet de ornamentis et fructibus nulla fuerit mentio facta a contractibus. l. 13 §. 10 ff. de act. empt. Et isti contractus per ordinem recensentur §. actionum 28 Inst. de act.

D.

Dominium directum arguit proprietatem rei; Dominium verū utile solum utilitatem, et triplex est, Ususfructus, usus, et habitatio. Ususfructus est jus utendi, fruendi re alienā. Usus est jus utendi re alienā pro necessitate salvā ejus substantiā. habitatio est jus percipiendi utilitatem omnem ex habitatione adium., unde et eam alteri locare potest.

E.

Edictum pratorium, vel jus pratorium est, quod Praetores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratiā propter utilitatem publicam. Edictum sumitur etiam pro citatione, quā absens adversarius in iudicium vocatur et solet affigi, vel ad domum ejus, aut valvas Ecclesiae, aut curiae; unde et citatio edictalis dicitur.

Edictum circumduci est deleri pro emptoriam citationem, vniq; illis tolli, siq; liberē posse à iudicio recedere.

196  
Emancipatio generaliter defini-  
ta est actus hominis, quo filius fa-  
miliae, vel filia familiae sui iuris  
efficitur.

Evictio est rei propria, quam  
alius iusto titulo acquisitam  
habet, apud Iudicem recusat,  
ratio. cum enim saepe contingat,  
ut res aliena v. g. furto ablata  
vendatur, vel in pignus datur  
vel alio modo alienentur Do-  
mino inscio, et invito; hinc iura  
ut debito succurrerent <sup>remedio</sup> ~~remedio~~  
concesserunt Domino, quod rem  
suam nondum praescriptam ubi-  
cunque extiterit, auctoritate Ju-  
dicis iterum recuperare possit,  
per actionem competentem  
demonstrando rem hanc suam  
esse.

Exceptio proprie est id, quod  
Aeus objicit ad excludendam  
actionem, quaequam generali-  
ter exceptionis nomine omnis  
veniat defensio.

Exceptiones peremptoriae inha-  
tionem persequantis semper  
perimunt, ideoque semper obstant,  
nec possunt evitari ab Adversario,  
quales censentur doli mali,  
rei iudicatae, pacti conventi  
perpetui, id est, ne omnino  
pauca patat.

99  
Falsum, seu crimen falsi ab eo com-  
mittitur, qui testamentum, vel aliud  
instrumentum falsum scripserit,  
signo adulterino sciens usus sua-  
rit, alienumve scripserit. alterius  
chirographum imitatus fuerit,  
falsum nomen asseraverit, fa-  
miliam mentitus sit, falsam no-  
tationem iudicis. in hoc crimine  
lata est Lex Cornel. de fals.  
et S. C. Liboniana.

Famosa actiones dicuntur, quae  
justam ignominiam irrogant,  
unde et famosi homines dicuntur  
infamia notati; Famosa <sup>vero</sup> iudicia  
quae infamiam damnatis inferunt.

Felonia vox Feudistarum non pra-  
cisè contumaciam vasalli in Dominum  
hujusve perfidiam in vasallum  
significat, verum quodvis capi-  
tale scelus. l. 2. feud. tit. 26.  
§. Domino 23. felonia latinis  
est scelus.

Fictio juris est Legis adversus  
veritatem in re possibili, ex justa  
causa dispositio. Flagrante natura  
fictionis juris in eo consistit, ut  
esse fingatur, quod reverà non  
est, licet esse possit, in ordine ad  
aliquem juris effectum ex jus-  
ta causa inducendum. plura

hujus fictionis passim in jura  
 habentur exempla. V. G. Mo-  
 nachus renuntians mundo civi-  
 liter mortuus habetur can. pla-  
 cuit. 16. q. j. et hae civitis mors  
 reputatur fictioe juris quoad  
 effectus varios pro morte natu-  
 rali. Similiter servus, licet  
 vivat, tamen reputatur pro  
 mortuo l. cum hic status d.  
 si donator ff. de donat. inter  
 vir. et uxor. Item Monaste-  
 rium habetur loco filij, idq;  
 fictione juris ob favorem Re-  
 ligionis in ordina ad carlum effec-  
 tum, de quo habetur mentio  
 in c. presentia. 8. de probatio.  
 Fictio juris differat a presump-  
 tione j. quod hae assumatur  
 in casu dubio secundum veri-  
 similem veritatem, fictio vero  
 juris fingit vera esse ea, quae  
 revera non sunt. 2. quod  
 contra presumptionem admitta-  
 tur probatio in contrarium, et  
 si de hoc pateat, tunc presump-  
 tio cadit veritati; e contrario  
 fictio juris nunquam admittit  
 probationem contra se; quia est  
 quaedam Legis dispositio fux-  
 data super naturali aequila-  
 te.  
 Fictio juris postliminij locum  
 habet, quando captus ab hostibus  
 in civitatem revertitur, tunc



enim nunquam à civitate abscipi  
tingitur. Est autem postlimi-  
nium jus amissa rei recipienda  
ab extraneo, et in statum prin-  
tinum restituenda inter nos, et  
liberos, populos Regesq; morib;  
legibus constitutum; nam quod  
bello amisimus, aut etiam citra  
bellum, hoc si recipiamus, dici-  
mus postliminio recipere.

Fideicomissu est ultima testatoris  
7 voluntas, qua testator verbis precariis  
vel totam hereditatem vel partem in  
testamento vel codicillis alium relin-  
quit ab herede fiduciario post  
opus mortem tradenda; ut cum tes-  
tator hereda suu marciu rogat, ut  
is totam hereditatem retenta sibi 2/3  
parte hereditatis caeso restituat; Di-  
co 24<sup>ta</sup> parte retenta nam hic locum  
habet SCtum Trebellianu quo de-  
tractio 24<sup>ta</sup> partis valet.

Fideicommissum est liberalitas  
qua quid verbis precariis, vel  
alio quocumq; modo precaria  
voluntatis, testamento, vel codi-  
cillis, vel aliquo alio genere  
ultimi iudicii seu voluntatis con-  
feritur in aliquem.

Fiscus est privatum Principis  
ararium, quod à Publico, id est  
populi arario separatur.

G.

Genus appellant Jurisconsulti  
quod Dialectici Species, cuius  
modi est equus, homo; illas vero  
res, quas Dialectici individuas,  
Jurisconsulti vocant Species.

H.

Hereditas, qua dicitur legitima  
est ea, qua sine testamento al-  
ui deferitur l. 12. tabularum.  
l. quod autem G. J. qua in fraudem  
cred.

200  
Homologare dictio graeca est, lati-  
nis idem ac confirmare, vel laudare  
vel consentire, vel confiteri l. ne  
in arbitris ff. de arbit.

Ingenuus est, qui ex Matre ali-  
quo graviditatis tempore libera-  
natus est. nec refert sive Pater  
Servus, sive liber fuerit.

Instantia est exercitatio iudicij  
à libris contestatione ad Sententia  
usq. de Jure Civili l. ult. C. ut  
intra certum tempus non exten-  
ditur ultra triennium, quo elapso  
perit; Secus Jure Canonico c. 16.  
rehabilis 20. de iudicijs; Non tamen  
propterea perit actio, qua usq.  
ad 40. annos extenditur, ut etiam  
transeat in haeredes, l. fin. C. de  
prescript. 30. ann.

Intentio dicitur Sumitur pro acti-  
one, vel pro ipsa petitione, qua  
in libello proponitur.

Intentio fundata nihil est aliud  
quam factum cui immititur petitio  
actoris; Sic si Cajus actor in li-  
bello dicat: Titius mutuos dedi  
mille florenos, quos ut mihi solvat  
peto; Titius vero neget hoc factum,  
nampe mille florenos unquam  
sibi fuisse mutuo datos, inten-  
tionem Caij, qua in hoc mutuo dato  
fundata erat, negasse dicitur.

Interdictum aliquando Sumitur  
pro edicto, aliquando pro de-  
creto, aliquando pro actione,

et nonnunquam pro censurâ Ecclesiasticâ, ideo non uno eodemque modo definitur. Ceterum licet actionis nomine etiam interdicta nonnunquam vendant, differunt tamen ab invicem; eoque plerumque actiones sint de proprietate; interdicta vero omnia de possessione.

Judicatum Solvi <sup>dicimus</sup> ~~dicunt~~ Veteres illam satisfactionem, quae de Solvendo per rem fit.

Judicio se sisti, in iudicium se exhibere idem significant, l. 7. 8. 9. 10. 11. ff. Si quis cautioni.

Judicium contradictorium habetur, quando alter litigantium contradicit, et consuetudinem <sup>impugnatur</sup> impugnat in iudicio.

Juramentum calumniae est religiosa asseveratio, qua uterque litigantium affirmat et promittit, se nihil causa calumniae agere, vel aliter esse, sed quod omnino iustam sibi causam aut defensionem esse credat. Si repetatur ad singulos actus dicitur juramentum malitiae. Ceterum calumnia huiusmodi idem est, ac alicujus in libris per fraudem et frustrationem vexatio.

Jurisdictio alia est contentiosa, quae scilicet cum dissensu et contentione partium exercetur, ad quam pertinet leges

1178.  
an ergo antiquus  
usus, vel loquendi  
modus.

condere, precipere, punire, cau-  
sas dirimere; quare proprium  
tribunal postulal.; alia vero  
est voluntaria, qua videlicet  
sine contentione et dissen-  
su partium tantum in volentes exer-  
cetur., ad quam pertinet legi-  
timare, dispensare, beneficia  
et officia conferre, sacramenta  
administrare.

Juris prohibitoria sunt ea, que  
quilibet presumitur posse, nisi  
ostendatur esse prohibendum.  
Jus habere revocandi domum idem est ac jus  
hoc petendi, ut causa remit-  
tatur ad judicem loci, in quo  
quis domicilium habet.

L.

Liberti dicuntur, quos Dominus  
ex justa servitute solverunt, ac  
manumiserunt., unde et hujusmodi  
Domini, qui a morte in vitam illos  
revocaverunt, appellantur Patroni,  
quasi Patres. 7 veluti

Litis aestimatio est rei qua in  
controversiam adducta est una  
cum eo, quod propter eam laboris  
interfuit, in certam pecuniam sum-  
mam redactio.

Locus constituti est ille, in quo  
aliquis se obligavit debitum V.S.  
soluturum.

M.

Manu mittere est dare libertate.  
Minor dicitur, qui nondum 25. annu-  
m excessit.

207  
Missio in possessionem bonorum ex primo Decreto, est prima jussio seu Sententia interlaculoria iudicis, per quam actor ob contumaciam Rei mittitur in possessionem bonorum petitorum custodia causa.

Missio  $\odot$  ex 2<sup>o</sup> decreto est 2<sup>a</sup> jussio iudicis, per quam actor ob perseverantem Rei contumaciam verus constituitur Possessor illorum bonorum; et sic acquirit facultatem prescribendi, omniaque probandi proprietatem in adversario reijci.

7 per  
Momenti beneficium, seu actio civilis restitutio possessionis vim aut alio iniquo modo ablata; dicitur et momentaria possessio, quia cessat festim et ipso momento facienda est, dilata Domini quaestione.

N.

Negotiorum gestio est contractus improprius, quo quis gratuito et absq; mandato alterius ignorantis negotium gerendum suscipit. Et in hoc differt à mandato, quod hoc fiat inter scientes et ipso facto utrinque expressi consentientes.

Novi operis nuntiatio est sollemnis prohibitio vicino facta, ne in opere novo aedificando pergat, donec de jure aedificandi constiterit.

Novare, novum seu recens facere et imutare significat. 7

Noxa dare servum, vel pecus, est servum vel pecus pro damno illato dare illi, qui laesus est, unde et actio noxialis dicitur ea, qua petitur ut servus vel pecus, a quo damnum illatum est, tradatur noxae, seu datur pro damno illato, aut litis solvatur aestimatio a Domino.

O.

Officium Judicis nobile est id, quod Judex proprio motu, non in iudicio proposita actionis exercet, ob publicam solum utilitatem, quemadmodum facit in criminalibus inquirendo et puniendo facinorosos.

Officium Judicis mercenarium est, quod Judex non proprio motu exercet, sed ex praescriptione actionis aut legis, ad quam se componere necesse habet; unde et mercenarium seu persequendum dicitur, quia actionibus deservit.

B.

Paraphernalia bona, sunt res uxoris extra dotem constituta, quas in domo Mariti in usu habet.

Pauperies est damnum sine injuria facientis datum, ut cum animal, quod seron caret, damnum intulerit. l. j. si quadump. paup. fec.

7 Unde Novatio dicitur, prioris debiti in aliam novam obligationem translatio, manente eodem creditore et debitore, si enim vel creditor vel debitor mutatur, dicitur delegatio

207  
Peculatus ab ijs committitur, qui rem  
publicam seu fiscalem, religiosam  
vel Sacram furantur. quanquam  
in re Sacra propria sacrilegium  
fieri dicatur.

Plagium committunt qui liberos  
nostros, vel personas nobis subiectas  
abducunt, vel ijs persuadent ut  
nobis nascentibus aufugiant.

Petitorio iudicio persequimur do-  
minium rei.

Possessorio intendimus de posse-  
sione vel adipiscenda vel reti-  
nenda, vel recuperanda.

Postulare est causam agere apud  
iudicem.

Præscriptio fori, idem ac exceptio  
fori declinatoria; unde non ad-  
missa præscriptione fori idem est  
ac non admissa exceptione quia  
quis forum declinare intendit.

Prærogativa jurisdictionis, est  
extensio jurisdictionis ad per-  
sonam, causam, tempus, locum  
in quas, quando, et ubi alias non  
competit iudici tali, factum libere  
consensu partium litigantium.  
vid. Pichler. l. 2. tit. 2. n. 89.

Patria potestas est ius, quod habet  
Pater in filios; et sunt in potes-  
tate Patris filij, ex filijsq; ad  
nepotes, pronepotes.

Præsumptio alia est hominis,  
alia Juris tantum, et alia Juris

et de jure. prior est conjectura  
 nullo jure expressa aut firmata,  
 sed quam concipit homo ex facti  
 qualitate, et circumstantijs ali,  
 quid conijciendo et assumendo  
 pro vero, donec aliud demon,  
 stratur. 2<sup>da</sup> est, quando  
 jus in dubio aliquis præsunit  
 et tam diu pro vero habet, donec  
 vel contraria probatione, vel  
 fortiori præsumptione elidat.  
 3<sup>ta</sup> deniq, cum Lex ita ali  
 quid præsunit, ut super tali præs  
 sumptione jus firmum statuatur,  
 eamq, præsumptionem ita pro  
 vero haberi vult, ut regulari,  
 ter probationem in contrariū  
 non admittat.

**R.**

Quasi delictum est, cum quis sine  
 dolo, culpa tantum aliqua delinquere  
 intelligitur.

Quasi dominium alicujus rei compe,  
 titi, qui à non Domino eam bona fide  
 emit, et necdum eam præscripsit.

Quasi Contractus, qui solum fictione  
 juris consensu constat, ut tutela  
 administratio, a ditiis hereditatis.

**R.**

Relatio est iudicis ad Principem  
 facta consultatio de jure cause  
 coram ipso disputata.

Replicatio est exceptionis ex,  
 ceptio, seu allegatio competens



actori ad infringendā rei excep-  
tionem. Duplicatio verò est re-  
plicationis confutatio.

Receptilia dos est, quam is, qui  
dedit, soluto matrimonio sibi re-  
di stipulatus est.

Res iudicata dicitur, qua fine  
controversiarum accipit pronun-  
tiatione iudicis, quod vel pro-  
condemnatione, vel a solutione  
contingit.

Repetundarum crimen est, si  
Magistratus, vel in officio publico  
constituti à privatis aliquid ac-  
cipiunt eo fine, ut aliquid faci-  
ant, vel non faciant, quod ex  
officio facere, vel omittere te-  
nentur.

Residuum crimen, seu de re-  
siduis est publica pecunia  
retentio, qua apud aliquem  
ex administratione remanet.

## S.

Satisfactio est cautio pro eo,  
quod inter partes est, ut de eo  
reddatur in eventum certiores.  
Scrutinium dicitur examen.

Sententia interlocutoria est, qua  
non super principali causa,  
sed super rebus ad eam definitis,  
san pertinentibus, ut de testibus  
v. g. producendis fertur.

Servitutes praediorum rusticorum dicuntur, quarum usus duplaxat est in rebus rusticis, cuiusmodi sunt iter, actus, via, aqua ductus, hauritus aqua, pecoris ad aquam apulsus, pecoris pascendi. l. 1. et legg. ff. de serv. rust. praed.

Servitutes Urbanorum praediorum dicuntur praedia eiusmodi qualitatibus affecta, quibus illa subijciuntur praedijs alienis: harum usus solum est in aedificijs sive ea in Urbe, sive in agro sicut l. 1. ff. comm. praed. veluti altius tollendi et officendi luminibus vicini, aut non extollendi. Item stillicidium averteadi in tectum vel in arcem vicini, aut non averteadi l. 2. ff. de servit. Urb. praed.

Specificatio fit, cum quis ex aliena materia non reducibili bona fide speciem efficit, cui similis commixtio et confusio.

Stellionatus dicitur a Jurois = consultis fraus omnis, atque impostura, quae propriam significationem non habet, et in proprio delicti nomine non cadit.

Stipulatio est contractus nominatus verbis inus interrogacione praecedente congrua responsione iisdem verbis mox subsequente, sic ut uno interrogante: promissione dare centum? alter mox R. promitto.

289  
Substitutio est 2<sup>a</sup> vel ultionis  
heredis in locum deficientis primi  
vel ulterioris gradus substitutio.  
Est vel vulgaris, vel pupillaris  
illa fit in locum quorumvis non  
adventum hereditatis; hæc fit  
in locum pupillorum, si contin-  
gat pupillos mori.

Successorium adiectum, et suc-  
cessorium caput dicitur: quo  
inter bonorum possessorum suc-  
cessionis gradus definiti sunt  
ut, utro repudiante vel omittente  
vel tempore excluso sequentes  
in locum eius admittantur l. j.  
ff. de Success. Edict. l. null. C. de  
dem. tit.

Summarius processus est, in quo  
de plano proceditur sine figu-  
ra et stramine iudicij, atq; sine  
solemnitatibus iuris positivis, serva-  
tis tamen ijs, quæ de iure natu-  
rali ad legitimam causam cogni-  
tionem necessaria sunt. bene  
habet in modicis causis, ac in  
ijs quæ celerram expeditionem  
expetunt.

Testamentum inofficiosum est,  
quod certis personis in certis  
exhereditatis non ex officio

pietatis factum esse videtur  
L. 2. §. de offic. test.

Translatilia Veteres dixerunt non  
nova, nec nuper inventa sed alium,  
de translata.

Tubala legitima est, qua de factis  
a lege sine provisione hominis agris  
et cognatis.

V

Vis publica est, qua armis inferitur;  
haec inferunt grassatores,  
Seditiosi, insidiantes cum latrocinio.

Vis privata est, qua fit  
sine armis, ut si quis aliquem  
sine armis de agro suo deiciat.

Usucapio, idem est ac praescriptio,  
quidam tamen volunt per usucapionem  
res corporales, per praescriptionem vero incorporeales  
acquiri. Definitio adjectio  
dominij per continuationem  
possessionis temporis lege definiti  
nisi.

Utrubi, est interdictum seu actio,  
qua datur ad retinendam possessionem  
rei mobilis.

211  
Caput 10.

De modo legendi ab-  
breviationes in utroque  
Jure.

In gratiam Tyronum abbre-  
viationes in utroque Jure magis  
usitatas hic exponere consue-  
tum duximus; Primo quidem  
de nominibus Aulhorum abbrevi-  
atis, tum de alijs abbreviati-  
bus dicturi.

¶ I. m. g.  
Quomodo legi debeant Nomi-  
na Aulhorum abbreviata?

A. vel B. quacumque litterarum  
Alphabeti posita sola in textibus  
Juris maxime Decretalium sig-  
nal Nomen proprium, ut Arnoldus  
Bernardus &c.

Abb. id est Abbas Canonicus  
Egregius Juris Canonici Commen-  
tator, alias Nicolaus sicut  
dicitur.

Ac. vel Accur. id est: Accur-  
sarius glossator in Legibus, cui  
duo fuere filij, qui suis addi-

tionibus leges illustrant

Alb. id est Albericus Doctor: vel  
Albericus.

Ans: Anselmus.

Ap. Bonif. apud Bonifacium.

Ap. Greg. apud Gregorium.

Ap. Just. apud Justinianum.

Arch. id est Archidiaconus Ma-  
gister Joannis Andrea, qui com-  
mentatus est in Decretum, et  
Saxum Decretalium.

Az. id est Azo, qui fecit Sum-  
mam unam in Legibus.

Bern. id est Bernardus glossa-  
tor Decretalium.

Barth. Brix. id est Bartholo-  
maeus Brixianus qui fecit ad-  
ditiones gloss. Super Decreto.

Barb. id est Bartholus de Saxo  
ferrato legum interpres.

Bal. vel Bald. id est Baldus,  
qui in utroq; Jure scripsit.

Bard. Bandinus Doctor.

Bulg. id est Bulgarus Doctor.

Bub. id est Bubrius, nempe An-  
tonius de Bubrio

Cy. id est Cynus Doctor legum  
publ. Civilium.

Dama. id est Damasus Papa.

Dyn. id est Dymus Doctor.

Albericus

7 Cov. id est. Covarruvias

212  
Frid. de Zen. id est, Fridericus de  
Zenis. Alii legunt; Federicus.

Fran. de Za. id est, Franciscus de  
Zarabellis Doctor et Cardinalis

Flori. id est, Florianus Doctor.

Frid. Imp. id est, Fridericus Impe-  
rator.

G. vel Guil. in spa. id est, Guilhel-  
mus in Speculo.

G. vel Guil. de mon. Land. id est,  
Guillelmus de monte Landano.

Gens. id est, Genshelinus Doctor.

Gra. id est, Gratianus Compiler  
Decreti.

Gof. id est, Gofridus, qui erat Do-  
ctor Juris Canonici & gregius.

Gar. id est, Garcias Doctor.

Hu vel V. id est, Hugo, & Vulfo.

Han. Do. id est, Hannig Doct.

Hon. id est, Honorius Papa.

Her. id est, Hermannus Doctor.

Jo. Mo. id est, Joannes Monachus  
† Sexta. glossator Super Decretalium.

Jo. And. id est: Joannes Andreas  
Commentator Sexti, et <sup>Clementinarii</sup> Decretalium.

Jo. Imo. id est: Joannes Imola  
qui Super Decretalibus scripsit.

Jo. vel Joan. id est: Joannes  
glossator Decreti Theobonici.

Innoc. id est, Innocentius Papa.  
 Inob. id est, Joannes Inob.  
 Lamb. id est, Lambertinus.  
 Masc. id est, Mascardus.  
 Myng. id est, Mynsingerus.  
 March. id est, Flaminus Marchettus.  
 Nav. id est, Navarrus.  
 Odo. id est, Odofredus Doctor.  
 Old. id est, Oldradus.  
 Ost. id est, Ostiensis.  
 Paris. id est, Flaminus Parisius.  
 Piac. id est, Piacensis.  
 Plac. id est, Placentinus.  
 Ray. id est, Raymundus Poenitentiarum.

Greg. IX

Rebuff. id est, Rebuffus.  
 Salic. id est, Salicetus.  
 Spec. id est, Speculator scilicet  
 Guillelmus Durandus.  
 Tancred. id est, Tancredus.  
 Tusch. id est, Tuschus Cardinal.  
 Vir. <sup>Ugotio.</sup> id est, Vivianus.  
 Vinc. id est, Vincentius Petra.  
 Wagn. id est, Wagnereck.  
 Zar. id est, Zarabella.  
 Zech. id est, Zechus.

§. 11.

De aliis abbreviationibus

~~A. et C. id est, de authenticis obligationibus~~  
 Ap. Se. Leg. id est, Apostolicae Sedis Legatus.

Arg. id est, Argumento.

Auth. id est, Authentica sive ~~Authentica~~ Authentica

nova Lex Codici inserta

Bon. mem. id est, bona memoria.  
 Caus. id est, causa, sive in ~~causa~~ parte Decreti Gratiani.



c. can. id est, capitulo, vel canone  
conf. Ecl. id est Confusa Ecclesiastica  
Con. s. r. id est, consultationi tua taliter res-  
pondemus

Contr. b. f. vel m. f. id est, contractus bonae  
fidei, vel mala fidei

Clem. id est Clementina, seu capitulo in  
libro decretali Clementis V.

C. vel cod. id est Codicis Justiniano

Coll. id est Collatione

D. id est, Digestis vid. ff.

d. vel dist. id est, distinctione

d. id est, dicto v. g. capitulo, vel distaloro

Dil. fil. id est, dilectus filius

de conf. id est, de consecrat. qua est 3<sup>ta</sup> pars  
decreti

Dis. res. id est, Discretionis vestra

Exha. id est, Extravagans, vel etiam extra  
decretum Gratiani adeoque in decretalibus

cod. id est, eodem titulo

Exha. Jo. 22. id est, Extravagans Joannis XXII

F. 4. id est, Fraternitati tua

Fin. id est, finalis, vel in fine

ff. Pandectis seu Digestis

Glos. id est, Glossa

h. id est, hic

h. t. id est, hoc titulo

I. id est, infra

J. Gl. id est, junctâ glossâ

in ext. Comm. id est, in extravagandis communibus

in f. id est, in fine

J. C. id est, Juris Consultus

J. N. id est, jus natura

J. G. et C. id est, Jus gentium et Civile

J. N. et V. id est, Novi et Veteris testamenti

Nov. id est, Novella

in p. d. id est, in parte decisâ, seu in ea parte  
decretalis, qua rejecta est, et ommissa à compilatione  
de qua diximus c. 1. §. 4. fact. 4. in fin.

¶ id est, paragraphus

¶ id est, principio

pen. id est, penultimo

pr. vel prin. id est, principio

q. id est, questione

L. vel l. id est, lib.

4 l. id est, lege  
L. C. id est,  
litis contestatio

O. et A. id est,  
de obligationi-  
bus et actionibus

R. J. id est, regula juris, vel etiā Recesſus Imperij  
L. V. id est, Rei vindictio.  
S. C. id est, Senatus consultum  
Sum. Summa. id est: principium Distinc-  
tionis, aut quæſtionis, vel Epitome legis  
aut Capituli.

J. titulo.

t. t. toto titulo.

Ver. Versu, vel Versiculo, id est: mem-  
bro Paragraphi aut Canonis.

V. D. id est, verborum obligationes.  
Soleat quidam Titulos utriusq; Juris  
abbreviatos hîc etiam explicare;  
verum id supervacaneum censamq;  
eo quod in indice Titulorum utriusq;  
Corporis tam Juris Canonici, quàm  
Civilis reperiantur extensi, seu  
sine abbreviatione positi.

## Caput II.

De præcipuis juris utriusq; præser-  
tim Canonici controversiis

Postquam ea fundamenta jecimus, quæ ad  
noticiam Jurisprudentiæ Canonico-Civilis  
acquirendam nobis idonea videbantur, nunc  
convertimus studia nostra ad præcipuas ac se-  
lectas juris utriusq; quæſtiones decidendas.  
Satemur equidem nobis cum primis cordi  
et cura fuisse præcipuas Juris Canonici controversias  
secundum ordinem s. librorum Decretalium  
positas dirimendi, concomitanter tamen no-  
biles quæſtiones, quæ in jure Civili controver-  
tuntur sæpe sæpius discutimus. Et hæc quidem eâ methodo  
perfecimus, quæ Hyeronimus in quorum gratiâ scribimus, apprimè grata sit futura.

### Controversia prima I.

Ex l. 1. Tit. 2. de Const. Aut.

An hæretici, quemadmodum Catholici  
Legibus Ecclesiasticis

teneantur.  
Sunt, qui existimant, hæreticos non ligari legibus



Repones: Hæretici <sup>dicuntur</sup> abscissa membra Ecclesie, ex. c. s. ad Galat.

Sed membrum à corpore abscissum simpliciter est extra illud; ergo hæretici sunt simpliciter extra Ecclesiam.

R. D. mi. Membrum à corpore <sup>physica</sup> abscissum est simpliciter extra illud. Con. mi. membrum à corpore mystico abscissum est simpliciter extra illud.

Subd. Nisi obstat ratio. Con. Secus neg. min. Obstat autem hic, ut iam dictum, character baptismalis, quò minus hæretici dici possunt simpliciter esse extra Ecclesiam.

Dices: Nisi hæretici simpliciter essent extra Ecclesiam, plerumq; eorum matrimonia nulla forent; proles inde genita pro illegitimis haberi deberent.

Sed hoc dici cum fundamento nequit; ergo.

Major patet ex eo, quòd hæretici saepe contrahant in quarto gradu, quòd est impedimentum dirimens ab Ecclesia statutum.

Item in Hollandia, in Suevia, in Belgio, in Franconia, ad partes Rheni, ubi Concilium Tridentinum est promulgatum solent hæretici contrahere clandestine.

Prob. igitur min. Hoc dici nequit, quòd repugnat praxi Curiarum Ecclesiasticarum. Sed dicere huiusmodi matrimonia esse invalida, meras esse concubinatus, proles inde genitas esse illegitimas repugnat praxi Curiarum Ecclesiasticarum; ergo.

Prob. mi. Matrimonia hæreticorum, cum impedimento Ecclesiastico celebrata post eorum conversionem tolerantur in curiis Ecclesiasticis; ergo.

R. ad ult. argum. Hoc fieri, vel ex dispensatione Pontificia vel ex continentia; quia nempe s; ut Congregatio Cardinalium quondam censuit s; non expedit talia matrimonia ut invalida declarare, sed potius conjuges in bona fide permittendi sunt, ne alioquin hæretici à conversione ad fidem catholicam deterreantur.

Ceterum filii eorum ut legitimi reputari possunt, si, ut plerumq; contingit, parentes ipsorum vel etiam sola Mater ex errore juris matrimonium contraxerint; nam Matrimonium putationis

220  
sufficit ad producendam legitimitatem prolium, ut docet P.  
Smier. l. 2. c. 3. a num. 34. de Imped. matrim. et P.  
Eygel. in l. 4. tit. 17. n. 4. et l. 20. ad 8. et ult. quest.

At inquit: Illud non eget dispensatione, nec omni  
habet convenientiam, cui per introductam consuetudinem  
iam derogatum est: sed haec impedimentis Ecclesiasticis  
per contrariam consuetudinem jam derogarunt haeretici:  
ergo. Maj. est certa; quia consuetudo vim habet de-  
rogandi legibus Ecclesiasticis, c. fin. de Consuet. Prob.  
mi. Per centum et plures annos contrahere consueverunt  
haeretici matrimonia contra leges Ecclesiasticas; ergo  
eisdem derogarunt per huiusmodi consuetudinem.

Q. N. Cons. Quia legibus positivis per consuetudi-  
nem contrariam derogari nequit, nisi hinc rationa-  
bilis sit, et legitime praescripta, Cap. 11. de consuet.  
Sed huiusmodi consuetudo contra omnes prorsus le-  
ges Ecclesiasticas non est rationalis, nec legitime  
praescripta; eo quod ei deficiat consensus S. Pon-  
tificis, qui est principale requisitum ad consuetu-  
dinem legitime introducendam contra leges Eccle-  
siasticas:

4 moraliter  
Neg. dicas; Hunc S. Pontificis consensum merito  
praesumi; Siquidem credibile non est, quod Eccle-  
sia velit urgere huiusmodi leges, ex quibus plus  
damni quam utilitatis consequitur, et quae  
observantia sperari non potest; ergo in eorum  
non observantia tacite consentire videtur S.  
Pontifex.

Q. N. ant. Quia repetita declarationes Car-  
dinalium consulto Summo Pontifice prorsus con-  
trarium innuunt. Vid. Reiffenst. l. 4. t. 3.  
de cland. despons. a num. 32. Smier l. 4. tr. 3.  
c. 1. Sect. 1. §. 3.

Dices: Adeste quoque declarationes Cardi-  
nalianum, dicentibus quibus matrimonia haereticorum  
valida esse pronuntiantur. ergo.

Q. Huiusmodi declarationes loqui de matrimo-  
nii in iis locis contractis, ubi non est  
promulgatum Concilium Tridentinum, nec  
facilis patet accessus ad Parochum, in  
quibus utique locis valent matrimonia ha-  
reticorum clandestine contracta celebrata.

221  
Controversia 2.

ex l. 1. §. 2. de consti. et ex l. ff. de judicij  
An peregrini teneantur legibus alieni  
territorii, per quod transeunt.

Suppono, Peregrinos teneri legibus juris communis,  
si obligent in loco transitus vel accessus, esto in loco  
domicilij abrogata sint. Ratio est, quia jus commune,  
quantum est de se, ubiq; obligat, et solum per acci-  
dens est, quod alicubi non teneat, sine propter dis-  
pensationem, sine propter contrariam consuetudine  
introducendam, qua cum odiosa sint, non sunt ad alia  
loca extendenda, sed restringenda ad locum abroga-  
tionis. Controversia proinde solummodo versatur  
circa leges vel statuta particularia alieni territorij

Resolutio

Peregrini non teneantur legibus particulari- 7 per se  
bus alieni territorij, per quod tran-  
seunt sine animo ibidem figendi domicilium.

Ratio est: quia ubi deficit ordinaria jurisdic-  
tio, deficit et legum obligatio, qua jurisdictionem  
supponit. Sed in peregrinos ob brevem hospitij mo-  
ram deficit ordinaria jurisdicatio, arg. l. heres ab-  
sens §. 19. §. 2. ff. de judiciis; ergo

Præterea: In cap. à nobis 21. de sentent. Excom. deci-  
dit Pontifex excommunicationem latam in omnes, qui  
surbum commiserunt, extendi ad illos solos, qui sunt de  
jurisdictione excommunicantis; cujus decisionis alia  
non erat ratio, quam quod extranei non obligentur  
statutis particularibus.

Oppones 1. Peregrini teneantur legibus et statutis  
illius loci per quem transeunt, si etiã vigeant in  
loco proprii domicilij; ergo pariter eisdem teneantur,  
licet non vigeant in loco proprii domicilij. Prob.  
cons. Ideo in priori casu teneantur; quia exinde  
non gravantur; quia cum in suo territorio existentes  
fuisent obstructi: at neq; in posteriori casu gra-  
vantur; quia gravamen compensatur exemptione  
legum sui territorij; ergo etiã in posteriori casu te-  
nentur legibus illius loci, per quem transeunt.

R. Neg. min. Quilibet enim peregrinus hoc beneficiu

222  
de jure habet, ut extra suū territorium positus, iam non teneatur illius legibus. ergo non bene inferitur, <sup>peregrinos</sup> ~~transseunt~~ <sup>transseunt</sup> iure compensationis leges alterius loci, per quē observare debere. hic enim nulla fieret compensatio, sed novi oneris impositio, quod ubique eos gravari, manifestū est.

**Regebris:** hanc oneris impositionem rationi valde consonam esse; nam peregrini gaudent <sup>privilegiis</sup> omnibus locorum privilegiis; ergo vicissim debent ferre incommoda scilicet legum, ex cap. qui sentit, § 5. de R. J. in 6.

R. A. Gellam juris regulam non esse universalem ac saepe fallere, praesertim ubi commodū et incommodū sunt disparata, ide. ex dissimili causa, aut diverso fonte ut hic contingit: fluunt. Vid. Sup. c. 6. Reg. 55

q. Dist. Cons. R. 2. Peregrini debent ferre incommoda, quae potest magistratus loci imponere. Conc. quae non potest, ut hic fit ob defectū jurisdictionis in huiusmodi peregrinos N. Cons.

**Regebris:** Leges cuiusq; territorij locales sunt, locumq; afficiunt; ergo inde transeunt in personas ibi existentes, easq; magistratus jurisdictionis loci subiciunt.

R. D. Cons. Transeunt in <sup>personas ibi existentes,</sup> <sup>habitantes</sup> si forum sortiantur ratione domicilii, vel quasi, aut ratione delicti, contractus, vel rei sitae, Con. Secus nego. Cons.

**Dices:** Brevis absentia sufficit ad eximendum à subiectione legis in proprio territorio obligantis; ergo etiam brevis praesentia sufficit ad subiciendum legibus obligantis in alieno territorio, atq; adeo ad forum ejus sortiendum.

R. Neg. Cons. Ratio disparitatis est, quod discedens à suo territorio, hoc ipso egreditur sphaerā jurisdictionis ad solum territorium suae extendentis, adeoq; transeunte saltem deserat suū forum. Et contrario ingreditur alienā provinciam eo animo, ut post breve tempus iterum discedat, non hoc ipso in se prorogat illig jurisdictionem, atq; adeo ne quidem transeunte sortitur forum cum modi ista sortiantur forum juribus sunt incogniti. Confer l. 47. ff. de O. ult.

**Dices iterum:** hanc responsionem pugnare adversus can. 2. dist. 8. ubi sic ait I. Augustinus: Quae contra

mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate vitanda sunt, ut pactum inter se civitatis aut gentis consuetudine, uel lege firmatum, nulla civis, aut peregrini libidine violentur.

¶ Ergo supponit S. Augustinus, ingrediente alieno territorio sortiri illius fori, eo quod legibus huiusmodi territorij tenentur.

R. S. Augustinum intelligendum esse, 1. uel de peregrinis acquirentibus quasi domicilium. 2. uel de legibus uniuersalibus, et ubique territorio communibus. 3. uel quando ex transgressione alius imminet scandalum.

At inquit: S. Augustinus hic Doctor usurpat nomen peregrini, quo uocabulo non ueniunt qui acquirunt quasi domicilium, sed solum ij, qui ad breue tempus in loco comorantur; uade prima responsio non satis subsistere uidetur.

Deinde innuit nefas esse, ut hi peregrini pacem puta leges Civitatis, in qua tunc reperiuntur violent, ex eo fundamento, quod huiusmodi viatores iam reputentur ueluti pars ac membrum illius loci: nam statim subdit: turpis enim est pars suo uniuerso non congruens. Subsumo: atqui pars seu membrum civitatis tenetur omnibus legibus illius civitatis, etiam particularibus, aut iis, quarum transgressio nullo cum causat scandalum; ergo pariter viatores huiusmodi legibus adstringuntur.

R. Ex iis S. Augustini uerbis, turpis est pars suo uniuerso non congruens 1. mo manifestum fieri, eum loqui de eo casu, quo transgressio alius praberet scandalum, aut publica tranquillitati aduersaretur, quo casu procul dubio peregrini tenentur legibus etiam particularibus locorum, per qua transeunt. 2. do innotescit, quod S. Doctor solum loquatur de iis peregrinis, qui acquirunt quasi domicilium, quia alioquin ab eo non possent pars nuncupari.

Uigebis: Omnes peregrini censentur pars seu membra illorum locorum, per qua transeunt, praesertim quod in eis inveniuntur; ergo ad hoc non requiritur, ut ibi quasi domicilium acquirant.

R. Prob. aut. Possunt in iis locis pro huiusmodi peregrinis speciales leges decerni; ergo reputantur ueluti pars eorum locorum.



Prob. ant. Possunt ~~peregrini~~ peregrini constringi, ne ultra biduum <sup>in loco</sup> commorentur, ne frumentum extrahant, ne de nocte arma ferant. C. ergo.

7 vel hospitandi facultas

R. Quia transibunt non aliter à Magistratibus conceditur, quam sub conditione talium legum observandarum, quod quò ad istas leges omnes, ~~peregrini~~ qui transire, aut ad breve tempus habitare volunt, ipso facto in se prorogent, et agnoscant magistratus jurisdictionem; arg. C. l. § de judiciis. atq, adeo huiusmodi legibus teneantur.

Instabis: Ratio, cur peregrini huiusmodi Statutis alligantur, se extendit ad omnes alias leges, ergo etiam eisdem ligari debent.

Prob. ant. Ratio, cur peregrini constringi possint, ne ultra biduum in loco commorentur, ne de nocte arma ferant C. est, ut inde pax, tranquillitati ac publico bono ipsius communitatis prospiciatur: at haec ratio se extendit ad omnes alias leges ipsius communitatis, quia si non ab omnibus, qui in ea reperiuntur, observantur, recta gubernatio, pax, ac tranquillitas subsistere nequit; ergo.

R. Neg. mi. Nam quòd peregrini possunt constringi per legem, ne ultra biduum v.g. in civitate remaneant, ne noctu arma ferant, ne frumentum extrahant, fit ex eo, quia id videtur specialiter necessarium bono illius civitatis: at non omnia Statuta specialiter respiciunt bonum loci, aut huic prorsus sunt necessaria, unde secluso scandalo viatores huiusmodi legibus non teneantur.

Dices: Praeceptum jejuniis in aliquo particulari loco non est specialiter necessarium bono illius loci, et tamen obligat etiam ipsos advenas. Prob. ex S. Ambrosio, et habetur Can. ii dist. 12. his verbis: Cum Romam venis, jejuno Sabbatho: cum Mediolani sum non jejuno. Sic etiam tu, ad quam forem Ecclesiam veneris, ejus morem serva C.

R. Cum communi, quòd haec S. Ambrosii sententia non faciat vim legis, aut praecipi sed solum consilij. Urgetur, si quis illius Ecclesiam, ubi hospitatur more non servat, facile causat scandalum: sed scandalum

de lege vitandum est; ergo memorata D. Ambrosij  
sententia non solum est loco consilij, sed etiam  
vim legis habet.

R. Si ex non observantia legum locorum  
particularium oriretur scandalum, procul du-  
bio peregrini pro tunc hujusmodi subduntur  
legibus: versum id non provenit ex ipsa natura  
legum particularium locorum, sed ex ipso jure  
natura, quo id omne prohibetur, quod ad detri-  
mentum seu ruina praesertim spirituale vergere  
potest.

Dices; ergo vagabundi, seu, qui nullibi certa sedem  
habent secluso scandalo nullis tenerentur legi-  
bus humanis civilibus, cum nulla lex civilis uni-  
versalis detur; et sic essent omnino exleges.

R. Nego fore eos omnino exleges, nam ratione  
delicti, aut contractus, aut propter bonum publi-  
cum illius loci, ubi hospitantur, tenentur ejus legi-  
bus seu statutis. Praeterea si Christiani, aut fideles  
sunt, tenentur in omnibus prorsus locis leges Ecclē-  
siasticas, quae sunt de jure communi, observare; et  
sic utiq; non sunt prorsus exleges.

Oppones 2. Varias instantias, <sup>1.</sup> Sacerdos veniens  
ad locum interdictum non potest ibi celebrare. 2.  
Germanus transiens per Italiam tempore quadragesimae  
obligatur cum Italis abstinere ab ovis, et lacticiis:  
3. Si quis contractum ineat secundum leges illius loci,  
ubi contrahit, valet contractus, sin minus, irritatur.  
4. Si quis ibi delinquat, poenam mulietatur à Magistra-  
tu illius loci: atqui haec omnia aperte innuunt juris-  
dictionem in hujusmodi peregrinos; ergo peregrini sortuntur  
jurisdictionem illorum, ubi hospitantur, ac proinde 7 locorum  
legibus particularibus locorum tenentur.

R. ad 1. Sacerdotem prohiberi in loco interdicto cele-  
brare non ex statuto particulari illius loci, sed ex lege  
communi, quae vetat, ne quis in loco interdicto sacra fa-  
ciat. Ad 2. eadem valet responsio; aequo lege communi  
nempe c. denig. 6. vers. par autē dist. 9. prohibentur ova et lac-  
ticia. Ad 3. et 4. Id fieri per accidens, videlicet  
ratione contractus, vel delicti; nos autem loquimur de eo,  
quod est per se.

226  
Controversia 3.  
ex l. 1. §. 2. de Constitutionibus.

Vtrum Leges Ecclesiasticae ac civiles  
obligent in conscientia?

Nota 1. Difficultas solum versatur circa leges, quae  
immediate respiciunt bonum publicum, non vero pro-  
cipue de iis, quae irritant actus propter bonum pri-  
vatorum, cuiusmodi sunt, alienatio rerum dotalium  
et donationum propter nuptias. c. 28. de iurej. et  
c. 2. eod. in 6. Partum, quo filia renuntiat hereditati  
paterna c. 2. de part. in 6. Contractus minoris absq[ue]  
authoritate tutoris, aut curatoris celebratus. Donatio  
omniu[m] bonoru[m] presentiu[m] et futuroru[m]. Donatio 500.  
solidos excedens, et facta absq[ue] insinuatione apud  
iudicem. Promissio non revocandi testamentu[m], aut  
instituenti certu[m] heredem. Fidejussio mulieris cu[m]  
juramento renuntiantis S. C. Vellejanor[um]. De his, in qua  
questio non procedit, certum quippe est, quod huius-  
modi leges eos non ligent in conscientia, in quorum  
favorem latae sunt; eo quod juri suo quilibet re-  
nuntiare possit. c. si quis in conscrib. c. de epis. et  
Cleric.

4 quod scilicet sta-  
fuit, quod mulier  
pro altero fide-  
jubere non debeat.

Nota 2. Nos à presenti controversia excludere leges,  
quae fundantur in falsa <sup>facti</sup> presumptione; arbitramur  
enim legem non aliter obligare in conscientia quam  
si id quod lex praesumit in rei veritate subsistat.  
V. g. in Novell. 1. c. 2. heres non conficiens inventariu[m]  
teneatur creditoribus ultra vires hereditatis etiam emer-  
gentia debita solvere, quamvis dol et tanta bona in her-  
editate non invenerit, quia praesumptio juris est, quod cum  
non confecerit inventariu[m], clam aliqua bona de heredi-  
tate subtraxerit, ut ex dubio c. 7. facile innotescit. Proprie  
si heres ipse nihil surripuerit ex comuniori d. d. senten-  
tia ultra vires hereditatis in conscientia non obligabitur.

Nota 3. Nos <sup>etiam</sup> hic excipere leges mere poenales, quibus  
non concedimus tantam in se vim, ut ante iudicis sen-  
tentia obligare possint in conscientia; siquidem lex de-  
bet esse moribus et natura hominum congrua, talis autem  
non esset, si legislator aliquem obligaret, ut sui ipsius ef-  
fectus iudex et executor, Vtrotamen fatemur legem mere  
poenalem post sententia[m] lata[m] obligare in conscientia ad non  
resistendum, et suscipiendam poenam, ex Rom. 13. v. 1. his notatis sit

4 per eam

227  
Resolutio

Leges humanae tam Ecclesiasticae quam Civiles si iustae sint, nec falsa praesumptione nitantur

Leges humanae tam Ecclesiasticae quam Civiles, si immediate bonum publicum respiciant, nec falsa praesumptione nitantur, nec merè facti poenales sunt, obligant in conscientia.

Ratio est 1. Quia leges iustae pro foro externo, sunt ordinarie iustae pro foro interno; ergo obligant in conscientia; Prob. Ant. Illae leges regulares ordinarie sunt iustae pro foro interno, quibus ab peccato parendum est: sed legibus iustis pro foro externo sub peccato parendum est; ut constat ex Rom. 13. omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit... qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. ergo

Ratio est 2. Quia haec potestas obligandi in conscientia maximè necessaria videtur pro bono communi Republicae; haec enim sublata; non nisi leges poenales ut plurimum servarentur; ceterae vero facile contemnerentur.

Oppones. Iusto lex non est posita à Jure. hoc est, baptizatis non potest imponi lex ab homine in conscientia obligans. ergo

R. Neg. illa interpretationem genuinam esse, ibi enim apostolus aliud non voluit, quod nisi quod iustus id est baptizatus lege ceremoniali, uel judiciali non amplius teneatur; minime vero docuit, quod homo alteri imponere non possit legem etiam in conscientia obligantem; idem satis aperte aperuit Rom. 13. et alibi

Dices. Legislatores humani non potest iudicare de internis, seu de iis, quae sunt in conscientia; ergo nec ligare;

R. N. Cons. Quia et parentes filiis imponunt obligationem, licet ergo lex sit, de rebus sensibilibus et externis, obligatio tamen oritur in conscientia

Vocebis, qui obligat in conscientia seu sub peccato, debet etiam obligare sub poena peccato debita: sed nul-

lus Legislator praesertim in Civilibus potest obligare sub poena peccato debita; ergo. Prob. maj. Poena peccato debita vel est purgatorium, vel gehenna. Sed nullus Legislator potest obligare sub hujusmodi poena; ergo. Prob. min. Nullus potest obligare sub poena, quam infligere nequit. Sed nullus Legislator potest infligere poenam purgatorii, vel gehennae; ergo. Prob. maj. quia inutilis est ea lex, ac facile spernitur, quae intendat poenam, quam tamen infligere nequit; ergo nullus Legislator potest obligare sub poena quam infligere non potest.

R. Dist. Ant. ultimi argum. Inutilis est ea lex, quae intendat poenam, quam tamen infligere nequit neq, per se neq, per alium. Conc. Ant. Si per alium infligi possit. Neg. Ant. et Cons. Satis igitur est, modo Deus non obtemperantibus hujusmodi legibus poenam infligere possit, et velit: poenam, inquam, purgatorii pro inobedientia veniali; poenam vero gehennae pro inobedientia mortali.

Dices: Ejusmodi leges saltem civiles obligant tantum ad poenam temporalem; ergo nequit Deus transgressores earum punire poenam purgatorii, vel gehennae. Prob. Ant. Imperatores Ethnici nihil curarunt obligationem conscientiae, aut poenam alterius vite: atqui moderni principes seculares eodem modo, quo illi Ethnici, leges ferunt; ergo ejusmodi leges obligant tantum ad poenam temporalem.

Q. Quod hujusmodi principes voluerint uti potestate sibi à Deo concessa; et sic obligare, quantum poterant; At Deus vult, ut iuxta hominis ordinatio locum etiam habeat in conscientia; id quod hujusmodi ordinatio, sit quodammodo ordinatio divinae dicente apostolo; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit;

Urgebis: Leges sicut alii actus non agunt ultra Legislatorum et agentium intentionem. arg. c. ult. de proband.; et l. non omnis 19. ff. de reb. Cred. Sed Imperatorum Ethnicorum, sicut et modo secularium principum intentio non est ferre leges in ordine ad conscientiam aut peccatum sed solum ad externum statum politicum; ergo.

224  
Q. Hoc procedere, quando Legislator exprimit  
se nolle obligare in conscientia, ut fit in legi-  
bus mere poenalibus; Secus quando absolute pre-  
cipit, tunc enim intervenit etiam intentio Legisla-  
toris primarij, Dei scilicet, qui vult ut iuxta  
principum aut Magistratus Leges serventur,  
cujus intentioni non parere, procul dubio pec-  
catum est.

Dices: Ex hoc sequi, quod vis obligandi ori-  
tur ex sola lege divina; siq; re penitus con-  
siderata Leges Civiles non obligant in conscien-  
tia.

R. N. hanc sequelam; quia licet vis obligan-  
di in conscientia legum civilium oriatur à le-  
ge naturali, et divina velut à causa universal-  
i et remota; nihilominus eadem vis obligandi  
oritur pariter à lege humana tanquam à  
causa particulari et proxima, per eam enim  
fit, ut subditus hic et nunc hoc vel illud  
agere, aut omittere teneatur.

Dices iterum: Exinde facile argui posse,  
peccatum à S. Augustino minus bene defini-  
ri, quod sit dictum, factum, vel concupitum  
contra legem Dei; debuisset enim addere; aut  
hominis: Sed hac definitio ab omnibus Theo-  
logis admittitur; ergo dicendum; quod omnis  
obligatio in conscientia ex sola lege Dei  
oriatur.

R. Per legem Dei hinc etiam lex humana  
iuxta intelligi debet; nam qui huiusmodi le-  
gem humanam transgreditur, hoc ipso pravari-  
cator legis divinae efficitur; vult quippe Deus,  
quod iam diximus, ut superioribus vices ejus ge-  
neratibus morem geramus.

Vergetis: Ex hoc sequi, quod nulla datur lex  
mere poenalis. Prob. Leges mere poenales  
sunt etiam iuxta: Sed qui resistit legi iuxta  
resistit legi Dei, ut antea infirmatum est: at  
qui resistit legi Dei peccat in conscientia; er-  
go qui resistit legibus etiā mere poenalibus, pec-  
cat in conscientia; ac proinde nulla datur lex  
qua sit mere poenalis.

*Dist. minor. Qui*  
 R. Dist. subsumpt. min. At qui resistit Legi dei  
 immediatè peccat in conscientia Conc. mediatè tan-  
 tum, nimirum per transgressionem legis humanae,  
 subd. si illa Lex etiam intendat constringere con-  
 scientiam Conc. si se expressè solummodo restrin-  
 gat ad poenam N. subs. et Cons. quia actus  
 non agunt ultra intentionem agentium.

*Dices: Poena est culpa vindicta, C. aliud 131*  
 pr. de verb. signif. ergo quib. quis ad poenam  
 subeundam adstringitur, pro priori in con-  
 scientia deliquisse necesse est.

R. Dist. ant. Poena est culpa vel Theolo-  
 gica vel politica seu civilis vindicta Conc.  
 Ant. Semper Theologica N. ant. Explico: Cul-  
 pa Theologica ea est, qua est contra bonos mo-  
 res, seu potius, qua dicit defectum in gene-  
 moris: Civilis ea est, qua pugnat contra sta-  
 tus externi ac politici rectae quibus ordina-  
 tionem; illa quidem semper arguit delictum, scilicet  
 ista, si nempe <sup>intentione</sup> <sup>legislatoris</sup> <sup>ut</sup> <sup>non</sup> con-  
 stringere conscientiam nolit.

*Virgebis: Quando Legislator vult actum, Lex obli-*  
 gat ad actum. Sed tamen si ferat Legem poenam  
 poenalem, vult actum: quippe qui poenam hanc  
 in finem interminat, ut actus eo certus fiat,  
 vel non fiat;

#### Controversia 4.

ex L. 1. §. 2. de Constit.

Vtrum Leges Pontificiae mox ut Roma  
 promulgatae fuerint, vim obligandi sortiantur?

Arbitrantur quidam, quod eadem publicationis  
 solemnitate ad sui valorem requirant Leges  
 Pontificiae, quam exigunt Leges Imperiales ex  
 Nouell. 66. c. 1. ita ut si pro diversis pro-  
 vincijs aut dioecesibus latae sint, in qualibet  
 sint promulganda, atq. facta promulgatione  
 ordinariè non obligent nisi post duos menses,  
 contra quos sit

Resolutio

Leges Pontificia: nisi sint irritato-  
ria: mox ut Roma promulgata fue-  
rint, vim obligandi sibi vendicant. 7 probabilius

Ratio desumitur 1. ex c. 1. de postul. Prael. ubi  
dicitur: ad constitutionis Pontificia observan-  
tiam iam teneri, qui noverit eam solemniter edita,  
aut publice promulgatam. II. Ex stylo Curia Ro-  
mana; siquidem Bulla recenter edita non nisi Ro-  
ma promulgantur III. Quia Lex suapte natura  
plus non exigit ad suum valorem, quam ut in  
Curia Principis promulgetur. IV. Libri Juris  
Canonici et constitutiones in illis contenta  
vim obligandi habent, esto nunquam in pro-  
vinciis publicata sint; ergo

7 Dixi, nisi sint irritatoria.  
quia aliquis ejusmodi leges  
in multorum detrimentum ces-  
sura essent, eo quod effectus irri-  
tationis etiam sortiantur er-  
ga ignorantos.

Oppones: c. 1. de Nov. oper. runc. dicitur: Si-  
cut Leges non dedignantur Sacros Canones imitari,  
ita et Sacrorum Statuta Canonum principum consti-  
tutionibus adjuvantur: at circa modum pro-  
mulgandi Leges Ecclesiasticas nihil certi habetur  
in jure Canonico; ergo recurrendum est ad jus Civile, sive ad Novel. 66. c. 1.

Q. Illud textum tantum loqui de causis judi-  
cialibus, qua in foro Ecclesiastico secundum Leges  
Civiles decidi debent, ubi Canonico jure nihil cons-  
titutum reperitur.

Just. Ideo Leges Imperatoriae debent promul-  
gari. Vbi est eadem ratio debet esse eadem juris  
dispositio sed Legum Imperialium ac Pontificiarum  
quo ad vim obligandi eadem videtur esse ratio; ergo  
sicut Leges imperiales ex cit. Novella non nisi ut  
promulgata in singulis provinciis, atq; clauso bi-  
mestri obligant, ita et pariter Leges Pontificia.

7 C. idem ff. de LL.

Prob. mi. Ideo Leges Imperatoriae in singulis pro-  
vinciis promulgari debent, ut citius et certius  
obligent; sed haec ratio plane videtur <sup>etiam</sup> mutare  
pugnare pro legibus Pontificiis; ergo

Q. Neg. mi. Nam hoc profus dependet à vo-  
luntate Summi Pontificis; qui ad obligationem  
hujus promulgationis <sup>quod ad omnes leges suas</sup> nulli-  
bi exigere videtur. Deinde non tam facile possunt  
publicari constitutiones Pontificia in singulis totius  
Orbis Christiani provinciis, sicut Leges Imperiales  
in singulis imperii ditionibus, unde non est utrobique eade-  
ratio.



Dices: Pius IV. in Bulla, qua incipit: sicut ad  
saecrorum, et ad calcem Conc. Tridentini in-  
pressa habetur, ~~in qua~~ Pontifex ~~expresse~~  
rascipit cit. Novellam 66. Et propterea sta-  
tuit, ut decreta ejusdem Concilij primū  
obligarent Calendis Majj à finito Concilio;  
ergo ~~verum~~ <sup>fatendū est</sup>, quod leges <sup>Pontificias</sup> ~~ecclesiasticas~~ eam-  
dem promulgationem exigant, quam requi-  
runt leges imperatoria.

Quæritur an fatendū esse  
R. Ides Concilium Trid. in singulis Dioccesibus  
promulgari debuisse; neq; vim obligandi adeptū  
esse nisi post certum tempus; quia sic expresse  
statuit S. Pontifex; unde ex hoc bene inferitur  
contrarium, leges scilicet Pontificias ~~non~~ statim  
obligare, nisi aliud exprimat. Præterea Concilium  
hoc multas leges continet, quæ sunt irritatoria ac provin-  
de in singulis provinciis necessario promulganda juxta supe-  
rius dicta. Deinde illa promulgatio facta est, ne quis per  
ignorantiā se excusare valeat.

Virgebis. Hæc ultima ratio militat etiam pro legi-  
bus Pontificiis; nam nisi in singulis provinciis promul-  
gentur, multi eas ignorabunt: at non possunt obli-  
gari ignorantes; ergo ut hujusmodi leges obligent,  
necesse est, ut in singulis provinciis promulgentur.

R. Dist. mi. Non possunt obligari ignorantes  
in actu 2. Con. mi. in actu 1. neq. mi. et cons.  
Itaq; quamprimum Lex lata est Romæ jam vim  
habet obligandi, sed quod actu non obliget omnes,  
id provenit, quia ad <sup>ipsas provincias necesse</sup> ~~omnium notitiam necesse~~ pervenit.

At inquires: Licet Lex Evangelica Jerosolyma  
in die Pentecostes promulgata sit. atq; adeo vim  
obligandi iam consecuta fuerit; nihilominus per  
Apostolos in omnibus mundi provinciis ulterius  
promulgari debuit; ergo ~~pari~~ <sup>pari</sup> licet Lex  
Ecclesiastica Romæ promulgetur, vimq; obligandi  
in actu 1. sortiatur; nihilominus per Ecclesiasti-  
Antistites in omnibus mundi Ecclesiis promulganda  
est.

R. N. Cons. et parit. Nam nisi Apostoli in omnem  
terram exiissent, impossibile fuisset, ut Lex Evan-

gelicia in notitia omnium nationum decessit;  
at contra cum ex omnibus nationibus ac provin-  
ciis adsint Roma oratores, hinc quisq; consti-  
tutionem ibi publicatam in suis provinciis notam  
facere <sup>facile</sup> poterit.

Vigebis: Promulgatio legis est allocutio publi-  
ca immediate ad totam Communitatem directa;  
sed lex pro tota Ecclesia Roma solum promul-  
gata, licet ibi adsint oratores ex omnibus  
ferme Ecclesiis, non est immediate ad totam  
Communitatem directa; ergo

R. 1. Totum mundum respectu Rapa censeri  
unam provinciam Can. Cuncta per mundum q.  
3. Lex igitur Roma promulgata veluti ad to-  
tam Communitatem Ecclesie dirigitur.

R. 2. Illud argumentum nimirum probare,  
ac proinde nihil probat, probat enim, quod le-  
ges Pontificiae debeant etiam in singulis pro-  
vinciis Parochiis, cum et ipsa distinctam fa-  
ciant communitatem promulgari, quod tamen  
nee ipsi Adversarii admittunt. Sufficit igitur  
ut lex in principali communitate, nempe Roma  
promulgetur, ut sic ejus notitia ad alias Eccle-  
sias pervenire possit.

Instabis. Valde durum est, dicere, quod cons-  
titutio ob promulgata Roma hoc ipso obliget  
fideles Septentrionis, occidentis, Aethiopes item,  
et Indos &c. ergo.

R. Huic argumento supra jam satisfactum est;  
Non enim contendimus, quod hujusmodi leges,  
quam primum Roma publicatae sunt omnes pro-  
nationes actu constringant, sed solum quod ha-  
beant vim obligandi. Quod autem Indis actu non  
obligentur aut alii remoti populi non obligentur factu  
i<sup>dem</sup> causa non est defectus promulgationis, sed  
defectus conditionis accidentalij, puta, quia in  
eorum <sup>provincias</sup> hujusmodi leges non pervenerunt.  
Vigebis: Multae Leges Pontificiae in <sup>provincias</sup> notitiam  
v.g. Germanorum pervenerunt, quae tamen ipsos  
non obligant: sed hujus ratio alia non est, quam  
quod hujusmodi leges apud ipsos non fuerint promul-

237  
gata. ergo

R. Neg. min. Aliam enim huius af-  
ferimus rationem; hanc nempe, quod  
leges, quae necdum usu receptae sunt,  
facile in desuetudinem abeant; quo  
fit, ut huiusmodi leges tandem vim obligandi  
amittant, capitulante videlicet consuetudine in  
contrarium; non igitur defectus promulgationis,  
quemadmodum protereditur, est causa, cur multae  
leges Pontificiae v.g. Germanos non obligent, has  
enim in Germania aut in alijs regionibus promul-  
gari debere, nusquam satis probatur.

Dices: ~~Contrarium~~ Hanc promulgationem mani-  
feste probari ex cap. infirmitas 13. de poenit. et  
Remiss. Vbi Innocentius III. Statuit, ut sua cons-  
titutio tunc primum obliget, postquam per tra-  
latoz locorum fuerit publicata. ergo.

R. Allatam constitutionem particularem esse;  
consequenter ad alias leges non est amplianda;  
a particularibus enim ad universalis per se  
non est bona illatio.

At dices: Plura alia sunt loca in iure Cano-  
nico, quae promulgationem in singulis provinciis  
desiderant, ergo constitutio in dicto C. infir-  
mitas particularis dici non debet. Prob. aut-  
em ex cap. proposuisti vers. Nam si dist. 82. Cap.  
Sicut olim 25. de accus. Cap. quoniam 40. de si-  
monia, et alibi, ubi nempe Pontifices volunt, ut  
ipsorum decreta etiam in provinciis promulgentur.

R. Id requiri in dictis locis ad maiorem cautela,  
et ne quis de ignorantia se valeat excusare, non  
vero ad decretorum vel legum omnimoda obliga-  
tionem. Et hoc facile eruitur ex dicto cap. quo-  
niam, ubi Pontifex de sua constitutione sic dispo-  
nit: Dioecesani Episcopi singulis annis faciant per  
suas Dioeceses publicari, ut ne per simplicitatem  
vel ignorantiam aliqui valeant se excusare.  
Et sane excusatio supponit obligationem, nam is, qui omni-  
non obligatur non dicitur excusari, sed potius non ligari.  
unde iste textus nostra magis firmat sententiam.

Postea omnes ista leges sunt latae particulares, in quibus modus promulgationis, aut terminus induc-  
tae obligationis exprimitur. Unde ab iis ad alias le-  
ges Pontificias argumentum duci potest sed potius con-  
trarium inferre licet; Leges videlicet à Pontifice  
latae non obligant, nisi aliud exprimat.

¶ non debet

Controversia 5

ex l. 1. §. 2. de Consuet.

Vtrum ad introducendam consuetudinem  
requiratur bona fides?

Jus consuetudinarium, quod moribus diuturnis  
populi introducitur, inter alias conditiones, <sup>rationis</sup> requi-  
rit, ut sit rationabile, et quemadmodum dicitur  
c. ult. h. t. Hinc docent nonnulli Doctores, nomina-  
tim Layman, Engel, Paulus Mezger, et alij, consue-  
tudinem contra legem introduci non posse per actus for-  
maliter peccaminosos; His communius se se opponunt  
alii Doctores praecipue Canonistae, contendentes non  
requiri bonam fidem ad consuetudinem inducendam, quorum  
sententia in sua probabilitate relicta, sit

Resolutio.

Consuetudo contra legem per actus formali-  
ter peccaminosos non introduci nequit. ¶ probabilis

Ratio est 1. Quia consuetudo debet esse rationa-  
bilis. Sed consuetudo introducta per actus fide-  
destitutos, id est, formaliter peccaminosos, nequit esse  
rationabilis; ergo. II. Consuetudo, ut praevalcat  
adversus legem, debet esse legitime praescripta; Le-  
gitima autem praescriptio sine bona fide, nec in-  
choari, nec currere potest. III. Quia sic daretur  
ansa subditis ad agendum adversus legem, ut sic pau-  
latim liberentur ab obligatione legis.

ut constat ex iur.  
¶ cap. ult. h. t.

Oppones: Consuetudo contra legem est possibilis;  
ergo actus peccaminosi non reddunt consuetudinem  
irrationabilem. Prob. Cons. Nequit consuetudo  
legem praesistentem abrogare, nisi per actus  
peccaminosos; ergo nequit esse possibilis con-  
suetudo contra legem, nisi actus peccaminosi  
praesenserint. Prob. Ant. Actus contra legem  
praesistentem cum scientia ejusdem legis exer-  
citi sunt peccaminosi: Sed consuetudo legem  
abrogans praesupponit actus contra legem pra-  
esistentem cum scientia ejusdem legis exercitos;  
ergo nequit legem abrogare, nisi per actus for-  
maliter peccaminosos.

Q. Dist. min. presupponit actus contra legem cum  
 Scientia ejusdem exercitos, tanquam dispositiones  
 negativas, et remotas trans. tanquam causas pro-  
 ximas et effectivas Neg. mi. et Const. Dicit tran-  
 seat; quia potest fieri, ut consuetudo nullus hu-  
 jusmodi actus contra legem cum Scientia  
 ejusdem exercitos supponat, ul mox dicem.  
 Instabis. Consuetudo necessario sup-  
 ponit actus contra legem cum Scientia  
 ejusdem exercitos etiam tanquam causas  
 effectivas; ergo nulla solutio.

S. Ant. Quia per actus erroneos non  
 potest formaliter et proxime induci con-  
 suetudo; ergo debet induci per actus  
 peccaminosos, ac proinde consuetudo sup-  
 ponit actus contra legem cum Scientia  
 ejusdem exercitos etiam tanquam cau-  
 sas effectivas.

R. N. Ant. quod est falsissimum: po-  
 namus enim legem à Superiore latam,  
 quam deinde Subditi ob Auctoritatem  
 praestantium virorum bona fide, licet  
 erroneo iudicio auferentes revocata  
 per annos viginti et amplius non obser-  
 vant, quis dicat, quod illa lex per tam  
 longam non observantiam seu con-  
 suetudinem contrariam, in quam con-  
 sentiunt omnes Subditi, non sit abrogata.  
 Servit ad hoc Responsum L. 29. ff. de LL.  
 ubi hoc habentur: quod non ratione in-  
 troducitur sed errore primum, deinde  
 consuetudine obtantum est.

Dicas: ul introducatur consuetudo con-  
 tra legem requiritur ex parte introdu-  
 centium animus tollendi legem obligatio-  
 nem legis; quia actus agentium non

operantur ultra eorum intentionem c. fin.  
de prebendis. Sed animus tollendi obliga-  
tionem legis, supponit scientiam legis  
latae et obligantis, qua in huiusmodi sub-  
ditis deficit; ergo per eos non poterit intro-  
duci consuetudo, seu abrogari Lex.

¶ 1. N. Majorē. Nam hac tantum ra-  
quiruntur ad consuetudinem, j. ut sit ra-  
tionabilis. 2. ut sit legitime praescrip-  
ta. 3. ut sit firmata consensu Princi-  
pis. 4. ut apud subditos adsit animus  
aut silentio introducendi huiusmodi con-  
suetudinem; qua omnia haberi possunt  
absq; animo formaliter tollendi legem.

¶ 2. D. M. ut introducatur consuetudo  
contra legem, requiritur ex parte intro-  
ducentium animus tollendi obligationē  
legis materialiter C. M. formaliter  
N. M. Explicis, animus tollendi legem  
formaliter, fit per actum voluntatis  
deliberatum contra legem existentem  
et ut talem cognitam; quoniam animus vero  
tollendi legem materialiter, fit per  
animum ponentem actus, qui a parte  
rei sunt contra legem reverā existentē,  
sed tamen hic ad rem inculpabiliter  
ignorantem; et iste sufficit ad introducen-  
dam consuetudinem contra legem.

Vel aliter distinguo: Ut introducatur  
consuetudo contra legem requiritur  
animus formaliter talis eam abrogand;  
N. M. interpretativus et acquisitivus  
C. M. Neque qui ex communi con-

sensu introducunt aliquam consuetudinem  
eig, firmiter insistere de craverunt, hoc  
ipso intendunt removere, quid quidem ob  
esse possit, ac prout abrogare legem  
ei contrariam,posito, quod aliqua existat,  
et hoc est habere intentionem inter-  
pretativam et argutivam tollendi legem  
quam intentionem sufficere patet ex  
supra allato exemplo.

Instabis. omnis animus tollendi obligationem  
legis, est animus formaliter tollendi obli-  
gationem; qd C.

B. A. implicat animus tollendi obligationem  
sine animo eam tollendi; ergo omnis ani-  
mus eo ipso est animus formaliter tollen-  
di obligationem.

B. C. Animus tollendi obligationem legis non  
formaliter, sed tantum materialiter et in-  
terpretative supponit obligationem legis  
aliunde sublata; sed animus supponens  
obligationem legis aliunde sublata, re-  
vera non est animus eam tollendi; ergo

B. D. min: sed animus supponens obliga-  
tionem legis aliunde sublata, non est  
animus eam tollendi sub eo respectu, sub  
quo existimat eam sublata C. sub eo re-  
spectu sub quo revera non est sublata, et  
tam ex contra eam operatur N. vel sub  
non est animus formaliter eam tollendi  
C. materialiter vel interpretative N. m.  
et cons. Responsio patet ex dictis.

Unguis: fieri requirit ut cum solo animo materialiter tol-  
lendi obligationem legis possit introduci consuetudo  
contraria legi; ergo requiritur animus formaliter tollen-  
di eam.

229  
Prob. Ant. Animus tollendi legem materialiter  
est animus ponens actus, qui à parte rei sunt con-  
tra legem reverà existentem, sed tamen huc et  
nunc inculpabiliter ignoratam, ut supra dictum.  
sed moraliter impossibilis est huiusmodi animus. ergo.

Prob. min. Moraliter impossibile est ut sub-  
diti saltem ab initio non sciant, se agere  
contra legem; ergo moraliter est impossibilis huius-  
modi animus, quo scilicet pretenditur inculpabi-  
liter ignorari posse legem, contra quã agitur.

Q. Dist. Cons; ergo moraliter est impossibilis  
huiusmodi animus in his, qui primò contra  
legem agunt. C. Cons. In his, qui successu <sup>temporis</sup>  
legem agunt. Neg. Cons. Quia rationabi-  
liter presumere possunt, Antecessores suos jus-  
tam habuisse causam non servandi legem, vel  
per consensum saltem tacitum Principis revo-  
catam esse, quem tamen si scirent observantia sua  
legis adhuc insistere, nec ipsi ab eius obligatione  
liberarentur.

Dices: Eandem sequi quòd ad prescribendã  
consuetudinem contra legem non sufficit consensus  
legalis, sed requiratur expressus, aut tacitus, at  
id minus conveniens legibus esse videtur; ergo

Prob. min. Quia jura C. ult. h. d. et l. j. C.  
qua fit longa consuet. approbant generaliter om-  
nem consuetudinem rationabilem, et legitime  
prescriptam; ergo non alium consensum legis-  
latoris requirunt, quam per dicta jura expres-  
sum, qui est consensus legalis.

R. D. Cons. Ergo non nisi consensum legalem re-  
quirunt, quando legitime prescribitur, seu cum a-  
dest bona fides C. Secus N. Cons. Verum quid est  
ibi esse consensum legalem, ubi est consuetudo ratio-  
nabilis ac legitime prescripta; at verum etiã est  
ibi consuetudinem rationabilem, ac legitime prescrip-  
tam esse non posse, ubi mala fides reperitur, ac proin-  
de consensus legalis dari non potest, ubi non adest  
bona fides.

Inst. Licet in fieri non adsit bona fides, nihil  
tamen officit, quo minus in facto esse ea reperiat,ur,



eo quod actus introducentium se non habeant  
ut causa efficiens, sed solum ut conditio sine qua  
non <sup>consuetudo</sup> nascitur. ergo.

R. Illud non tantum conditionem sine qua non,  
sed prorsus ut essentiale requisitum reputari  
debere, sine quo res concipi nequit, at sine acti-  
bus frequentatis consuetudo concipi non potest,  
igitur isti actus se habeant ad eam tanquam  
essentiale requisitum, prorsus profecto necesse  
est: Jam cum hi sint vitiosi consequens est, ut  
quod et consuetudo, qua ex eis nascitur, sit  
vitiosa, qualis enim actus talis effectus. Pro-  
terea nulla pura conditio dicitur introducere  
formam et aut habitum, cum igitur actus fre-  
quentati communitatis introducant jus consuetudi-  
narium tanquam formam moralem, sequitur, quod  
non tantum habeant rationem conditionis sine  
qua non, sed potius quod arguant causam forma-  
liter talem.

### Controversia 6.

ex. l. 1. §. 6. de Consuet. Elect. et Electi potest.

An electus impedimento quodam occulto de-  
tentus in electionem consentire possit.

Arbitrantur nonnulli, quod quamvis huiusmodi elec-  
tio in foro aeterno nulla sit, nihilominus in foro  
interno sustineri possit, atq; adeo tribuat jus electo,  
acceptandi, confirmatio autem, vel institutio retinen-  
di: etiam absq; dispensatione aut revalidatione ti-  
tuli v. g. per triennem tituli possessionem juxta  
juxta Reg. Cancellar. 36. / Contra quos sit.

#### Resolutio

Electus occultum habens impedimentum etia  
solo jure humano introductum nequit /  
ordinarie loquendo: in electione consentire.

Colligitur ex c. innotuit 20. h. 1. ubi proponitur  
electio cujusdam illegitimi, diciturq; quod sponte  
maluerit, suu confiteri reatum, quam causa conscientie  
thronum conscendere pastoralem: quibus verbis patet,

241  
impedimentum fuisse occultum, nec potuisse  
electionem acceptare sine Pontificia dispen-  
satione.

Ratio Suffragatur; quia Canones electionis  
impedimenta statuentes sunt iusti in foro ex-  
terno, ergo etiam in foro interno, ac proinde  
in eodem foro interno strictè servandi sunt.  
Et certè alioquin jus saepe frustraretur sine  
ius; cò quòd occulto detecto impedimento, adeoq;  
indigni saepe saepius promoverentur, quòd ta-  
men Ecclesia per huiusmodi impedimenta om-  
nino cavere conatur.

Oppones: Electio, quae spectato iure natura-  
li et divino est valida, iure autem humano  
pro foro interno non est irritata, valida est  
pro huiusmodi foro interno: Sed electio ejus, qui  
ex solo iure humano indignus est, valet de iu-  
re naturali et divino (ut nemo negat:) nec iu-  
re humano est irritata pro foro interno; ergo  
valida est pro foro interno.

Prob. min. Ex illis textibus, qui electiones  
ipso iure irritas dicunt esse irritandas, rescin-  
dendas, cassandas & ubi c. 7. et 8. de consuet.  
c. j. de postul. c. 40. h. l. Sed si pro utroque  
foro fuissent irrita non potuissent amplius ir-  
ritari, et cassari; ergo.

R. Neg. min. et Suppositum, quòd illa electio-  
nes in dictis locis irritentur et cassentur pro solo  
foro interno, sed vel maxime pro foro externo,  
ut patet legenti citatos textus; unde dicendum quòd  
illa verba irritare, cassare sumi debeant late ut  
idem fit, ac irrita, cassata declaramus; nam ut  
leges legibus concordantur, quandoq; verbu ali-  
quod in diverso sensu et non ita rigide accipien-  
dum est, l. 2. §. contrariu 15. c. de veteri iure encl.  
Et certè nonnunquam in ff. Canonibus jubetur irri-  
tari, quòd ipso iure est irritum, sicut et privati bene-  
ficio, qui ipso iure est privatus. Gloss. in c. j. v. Relin-  
quenda, et in c. 3. de cleric. conjug. item in c. 8. de  
consuet. de quo vid. Reiffersf. lib. 1. Decretal. tit. 4. de consuet. §. 3. n. 98.  
Instabis: Non debet asseri irritatio pro foro interno,  
si ea non satis exprimitur in iure, cum in dubiis be-

nigrior interpretatio sit preferenda, et in obscu-  
ris minimum est sequendum reg. Jur. 30. in 6.  
Et contra eum, qui legem dicere potuit apertius,  
interpretatio est facienda reg. Jur. 62. in 6. Sed  
non est satis expressa irritatio electionis indigni  
pro foro interno, praesertim cum <sup>inter</sup> graves doctores  
de hoc magna sit controversia; ergo.

Q. Nego, In iure non satis esse expressam irri-  
tationem electionis indigni pro foro interno; con-  
trarium enim liquet ex cit. capit. innotuit 20.  
h. 1. Vade quidquid sit de his gravibus Authoribz,  
qui de ea dubitant, nobis autem nullum relinquitur  
dubium.

At dices: Dictum cap. 20 innotuit non loquitur  
de eo, qui habuit occultum impedimentum; ergo ex  
illo nihil probatur. Ant. prob. In eo cap. ex-  
presse habetur haec leguntur: Quidam autem suffra-  
ganeorum tuorum /: verba sunt Pontificis ad Archie-  
piscopum Cantuariensem /: aspexerunt, cum fuis-  
set filium militis, et ab eo ex quadam ingenua, et non  
conjugata susceptum; igitur fieri nequit, ut im-  
pedimentum occultum fuerit;

Q. N. cons. Nam in Vigoriensi Ecclesia ad quam  
regendam iste pro illegitimus promovendus erat, prorsus igno-  
rabatur, cum non esse ex legitimo thoro natum,  
Vade et illius Ecclesiae Capitulum apud pontificem  
se excusavit de ignorantia se excusavit. Quare  
hoc suffraganeorum testimonium non proceperit sed sub-  
secutum est ejus humilem secretam ac spontaneam  
confessionem, quod innotuit impedimentum ex defec-  
tu natalium fuisse occultum; qua enim veri specie  
dici posset secreta ac spontanea confessio, si illud  
impedimentum per suffraganeos iam manifestatum  
fuisse?

Vigebis: Reprehenditur à S. Pontifice, Capitulum  
dictae Ecclesiae Vigoriensis, quod hujusmodi illegiti-  
mum improvide elegerit, ibi: intelligentes Vigoriense  
Capitulum eundem Magistrum non humiliter pot-  
tulisse, sed improvide potius elegerit, cum ad obti-  
nendum dispensationis beneficium procedendum fuis-  
set; ergo quamdam scientiam hujus notitiam hu-  
jus impedimenti habuerit, prorsus necesse est,  
alioquin non <sup>apparet</sup> ~~ostendatur~~, cur ipsius electio improvide fac-  
ta fuerit aut cur ad beneficium dispensationis con-  
currere oportuisset?

R. memoratum Capitulum propterea à summo Pontifice reprehensum fuisse, quòd non requisierit de ejus illegitimi persona ab his per quos certiorari potuerit, ut hic ait Glosa. et ideo illius ignorantia fuit crassa, qua licet mereatur reprehensionem, eò quòd culpabilis sit, non tamen hoc ipso arguit actualè scientiam, sed potius eam excludit; Dicendum igitur, quòd hoc impedimentum ex defectu natalium istius Magistri praesertim in Ecclesia Vigoriensi planè fuerit occultum.

Dices: Quòd est occultum nequit esse subiectum dispositioni S. Ecclesiae; ergo laborans occulto impedimento non prohibetur, quò minus electionem accipiat. Prob. Ant. Ecclesia non iudicat de occultis; ergo nec potest vetare occulta.

R. Neg. Cons. Nam alioquin non posset matrimonium clandestinum prohibere, quòd ubiq; non admittitur;

Urgebis. Inutilis haec esset prohibitio; eò quòd semper suo careret effectu; ergo apud Ecclesiam locum habere nequit. Prob. Ant. Haec prohibitio est mere poenalis. at leges mere poenales vim plene declaratio dari nequit ubi impedimentum est occultum; igitur haec prohibitio esset omnino inutilis.

R. dist. min. Leges mere poenales nullam habent vim ante sententiae declarationem, si ad sui executionem factum hominis requirant. Cons. Si nullum requirant, quemadmodum censura, inhabilitas & Neg. min. per has enim leges, ne aliqui plerumq; frustranea sint, mox constringitur conscientia.

At inquires: Per nullam legem humanà constringi potest conscientia, qua juri naturali adversari videtur; at huiusmodi lex, qua quis laborans impedimento occulto tenetur electioni renuntiare, juri naturali adversari videtur; Prob. mi. Haec lex vergeret in diffamationem ipsius; nam si electioni renuntiet, orietur apud alios suspicio latentis im-

pedimenti, et sic se exponet periculo sui ipsius  
diffamationis; ergo.

R. N. ant. cum ejus adjecta ratione, nam  
ipsi non deerunt sufficientes rationes, quibus  
pleriq; persuadeantur eum vel refugere omnes  
vel plane ex christiana demissione dignita-  
tem oblatam recusare.

Virgebis: Posito quod Superior ei sub obedien-  
tia praecipiat, ut electioni consentiat, tunc vel  
illi consensum praebere, vel suum impedimentum  
manifestare tenebitur: atqui juxta thesaurum ei  
consentire nequit; ergo tunc suum impedimentum  
delegat, necesse est.

R. Neg. Maj et Suppositum, quod Superior<sup>cum</sup> loqe-  
re possit, ut assentiat electioni, et acceptet di-  
gnitatem, cui annexa est cura animarum; rege-  
re enim animas valde periculosum ac summe ar-  
duum opus est; qua autem summe difficultia sunt,  
impossibilibus, quorum nulla est obligatio, aequi-  
parantur. Vid. Laym. in c. Sciscitatus. Not. 1.

Dices: Res in eo casu esse posses, ut Ecclesia utili-  
tas aut necessitas illius potius quam alterius elec-  
tionem exigeret; at tunc dignitatem recusare non-  
poterit; quia privatum bonum cedere debet comuni.  
ergo tunc necesse erit, ut manifestet suum impedimen-  
tum.

R. In eo casu, poterit dissimulare impedimentum, et  
acceptare dignitatem, ac clam impetrare dispensatio-  
nem, eaq; impetrata reconvalidare Titulum. Innoc. in  
d. c. innotuit; Lex enim humana constituens impedimen-  
tum non obligat in casu tam extraordinario; unde et  
in thesi nostra expresse hanc posuimus praesumptiva limitatio-  
nem: ordinariè loquendo, ut ostenderemus, a nobis non  
improbari in casu extraordinario consensum in electio-  
nem praestitum ab eo, qui occulto irretitus est impedi-  
mento.

Ex c. 1. de Controversiis.  
An unius solidae potestatis jurisdictionis sciscitatio ob  
eius negligentiam devolvatur ad Archiepiscopum?

245

Controversia 7.  
ex l. 1. c. 7. de translatione Episcopi  
An Divino, vel solum Ecclesiastico jure  
translationes Episcoporum sint prohibita.

Suppono, Quomodo Pralatos Episcopis inferiores  
solum jure Ecclesiastico prohiberi, quod minus Eccle-  
siam suam dimittere possint, ratio est, quod inter  
illos et Ecclesiam, cui alligantur, matrimonium spirituale  
proprie contrahi, nullo jure sufficienter probetur, licet  
aliqui in latiori sensu Ecclesiarum sponsi dicantur.  
c. 2. causa 21. q. 2. hoc supposito sit

Resolutio

Jure dumtaxat Ecclesiastico translatio  
Episcoporum prohibita est.

Ratio est 1. quia in N. litteris nihil de perpetuo  
et insolubili officio Episcoporum esse statutum repe-  
ritur; ergo lege divina translatio Episcoporum prohibita  
esse requirit. II. Quia quae lege divina vetitae  
sunt, non nisi raro et cum magna difficultate  
permittuntur; sed videmus translationes Episcoporum  
passim ac facile permitti, ergo ~~non~~ <sup>non</sup> divina prohibita  
esse in consuetudine alterius 7. q. 13. Decret. h. d. ubi  
dicitur; Mater Ecclesia causa ad sedem apostolicam  
non lege divina, sed solum Ecclesiastica prohiben-  
tur.

Oppones: Jo. 10. Christus vult, ut bonus Pastor,  
qualis debet esse Episcopus ita diligat gregem suam,  
eique adhaereat, ut si opus sit, etiam animam suam  
ponat pro eo, ergo hoc ipso inter utrumque, statuit  
aliquod visculum indissolubile, ac proinde transla-  
tio Episcoporum de lege divina prohibita est.

R. N. Cons. Nam ibi solum innuitur, quod Episco-  
pus pro lubitu suam Ecclesiam deserere non possit.  
Item quod, quamdiu Episcopus est, vigilem oculum  
supra seipsum habere, propriamque vitam  
si ejus utilitas id exposcat, in discrimen ponere  
debeat, non vero, quod auctoritate Pontificia ob  
justas causas ei valedicere non valeat.

Instabis. De jure divino Episcopus est alligatus  
sua Ecclesia; ergo auctoritate sola Pontificis ab  
eo vinculo solvi nequit; Prob. Ant. ex c. inter  
corporalia 2. h. l. ubi Pontifex ultro fatetur, quod

246  
matrimonium Spirituale, quod est inter Episcopum et Ecclesiam humana potestate dissolvi nequeat; ergo supponit hoc matrimonium Spirituale Divinam auctoritatem introductum esse, ac proinde de jure divino Episcopus sua Ecclesia alligatus est.

¶ Quando Pontifex ait, ab homine matrimonium Spirituale dissolvi non posse, id debet sumi in sensu accomodo, ut quidem omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Praelatos non tamen ipsum Christi Vicarium excludere videatur; haec enim potestas, ut ait ibidem ipse Papa soli S. Pontifici est reservata.

At dices: S. Pontificem ibi expresse dicere, quod non tam constitutione Canonica, quam Divina translatio sit S. Pontifici reservata. Item quod non humana sed potius Divina potestate conjugium Spirituale solvatur; ergo

¶ Haec facile verificari, si dicamus S. Pontifices Supremam suam Potestatem: per quam translatio Episcoporum fieri potest: non ab hominibus, sed a Deo accepisse Matth. 16. Jo. ult. Unde Divina potestas sive in reservationem sive in dissolutionem conjugii Spirituales <sup>quae</sup> ~~saltem~~ mediate concurrunt; ~~Quia~~ <sup>quod</sup> fitur hinc verum est est dicere, quod hujusmodi translatio non tam constitutione Canonica, quam Divina sit Papa reservata. In exemplo: Sicut Leges ac sacros Canones pro tota Ecclesia obligantes constituere non tam constitutione Canonica, quam institutione Divina soli S. Pontifici est reservatum, nec tamen inde licet inferre, quod hujusmodi Leges sint Divinae, sic pariter licet translatio Episcoporum non tam constitutione Canonica, quam institutione Divina est S. Pontifici reservata; non tamen sequitur, quod sit de jure Divino immediate, sed solum de jure Ecclesiastico; ad quod, ab eadem ratione conjugii Spirituales indissolubilitas referri debet.

Instabis. Deus sibi soli conjugium Spirituale dissolvendum reservavit; ergo plane non ad jus Ecclesiasticum sed dumtaxat Divinum ejus indissolubilitas spectat. Prob. Ant. ex eod. cap. ubi Pontifex aperit, dubitari non debere, quin omnipotens Deus Spirituale conjugium

quod est inter Episcopum et Ecclesiam suo  
tantum iudicio reservaverit dissolvendum. ergo

R. S. Pontificem iis verbis unice eo collimare,  
ut ostendat, nullum Episcopum absq[ue] authori-  
tate S. Pontificis, vel Sedem suam mutare, vel  
alium Episcopum absq[ue] authoritate in alteram  
Ecclesiam transferre posse; dicit autem Ponti-  
fex, Deum spirituales conjugium suo tantum  
iudicio dissolvendum; quia quae in terris Chris-  
ti vicarius ligat, aut solvit, hoc ipso ligata  
aut soluta sunt in caelis. + reservare

Virgibus: De Pontifex ibidem ait, matrimo-  
nium spirituale fortius esse vinculum, quam  
conjugium carnale: sed hoc divina institutione  
est insolubile; ergo et illud.

R. Ideo Matrimonium spirituale fortius  
vinculum dicitur, quam conjugium carnale, tum  
quia imprimit caracterem indelebilem in anima,  
non sic matrimonium carnale. Tum quia matri-  
monium carnale in morte penitus dissolvitur,  
non sic spirituale; tum deniq[ue] quia in carnali  
matrimonio conjuges à communi thoro mutuo  
consensu possunt discedere: at si ligatus matri-  
monio spirituali ab Ecclesia sua discedere ve-  
lit, opus habet licentiâ Papa: non vero for-  
tius est in hoc sensu, quod nulla alia autho-  
ritate, quam divina dissolvi possit.

Dices: Matrimonium Carnale non nisi solâ  
divinâ authoritate immediate solvi potest; ergo etiâ  
matrimonium spirituale. Prob. **Con.** Ideo matri-  
monium carnale, non nisi divinâ authoritate im-  
mediate solvi potest; quia quod Deus conjunxit, homo  
separare nequit ex Matth. 19. sed hunc textum Ponti-  
fex huius matrimonio spirituali accomodat; ergo  
et illud iuxta mentem Pontificis non nisi divina  
authoritate immediate solvi potest.

R. Bene dicit, Pontificem accomodare hunc textum  
conjugio spirituali; nam argumentum Pontificis  
non nisi in sensu accomodatitio accipiendum est,  
quasi nempe carnale et spirituale conjugium sit qui-  
dem à deo factum insolubile, non tamen eodem modo, cū  
matrimonium carnale à deo immediate et proximè; spi-  
rituale vero tantum mediate et remote, vel etiam  
originaliter indissolutionem acciperit. Et certe



Si paritas, quam hic facit S. Pontifex inter firmitatem conjugii spiritualis et carnalis univoce ac literaliter sumi debet, cogoremur dicere, quod conjugium spirituale consumatur ab Episcopo cum sua Ecclesia post consecrationem contractum, nullam recipiat dissolutionem; eo quod etiam matrimonium carnale consumatur nullam admittat, quod tamen non concordant Aduersarii.

Controversia 8.

ex l. j. t. g. de renuntiatione  
An resignatio beneficii in favorem tertij fieri possit coram Ordinario?

Communis iam est Doctorum sententia resignationem beneficii in favorem tertij seu cum clausula non aliter, factam in manus Episcopi, vel alterius papa inferioris, esse illicitam, seu de jure prohibitam esse; Caterum olim contrarium censuerunt Sotus l. g. de Just. q. 7. a. 2. com. 1. Covar. l. j. variar. resol. C. 5. n. 5. Valentia disp. 6. q. 10. p. 3. 2. circumst., quorum sententia per argumenta Communis sententia a nobis minime dissimulanda a sua probabilitate necdum nobis videtur esse dejecta, unde sit

7 impresariarum

Resolutio

Probabile est, Resignationem beneficii in favorem tertij fieri posse coram Ordinario. Saltem ubi Bulla Pii V. Quanta e non est recepta. Ratio est; quia in tali resignatione nulla proprie interuenit partio, sed solum fit resignatio beneficii sub conditione, quam si Prelatus non acceptat, nihil actum est, prout in simili renuntiatione beneficiorum causa permutationis solet fieri in manus Episcopi, atq; per eum admessa nulla involvit pactionem; 7 Accedit, quod nulla constitutio canonica, <sup>clare</sup> possit ostendi per quam prohibeatur Episcopus ne hujusmodi resignationes in favorem tertij factas admittat, ergo

7 Sicut igitur de jure permittitur renuntiatione beneficii causa permutationis coram Ordinario, sic licita esse videtur resignatio beneficii in favorem tertij coram eodem Ordinario facta

Oppones 1. Resignatio hujusmodi speciem continet Simonis juris Ecclesiastici, ergo licita esse nequit; Prob. ant. ex cap. quesitum 5. de reru per.

mutat. et c. constitutus 4 de transact. ubi  
 huiusmodi resignationes improbantur, Ergo.  
 Q. ibi solum reprobari resignationem in fa-  
 vorem tertij camp, tanquam simoniacam  
 factam propter partitionem inter resignantem  
 et resignatarium factam, et quia privata  
 auctoritate instituta fuerat; ab eum in  
 nostra thesi nec ardetur ordinarius ad accep-  
 tandam illam resignationem, ne proinde nulla  
 interveniat pactio, neq, aliquid practico estima-  
 bile, pro quo renunciatio fiat, non est, cur di-  
 camus esse simoniacam;

loquamur de resigna-  
 tione, que fit Autho-  
 ritate ordinarii,

Dices: Auctoritas ordinarii tanta non est, ut ab eo  
 beneficium aliquod de novo conferri possit, ni-  
 si prius vacet c. un. <sup>in b.</sup> de reru permut. et clem. un.  
 eodem: Sed beneficium resignatum in fa-  
 vorem tertij non potest vacare nisi persona  
 designata conferatur; quia non prius impletur  
 conditio, ergo ab ordinario huiusmodi benefi-  
 cium conferri nequit.

Q. Quod beneficia resignata in favorem tertij  
 eo modo vacent, sicut beneficia resignata in  
 causa permutationis; sicut igitur beneficia in  
 causa permutationis tunc vacant, quando resigna-  
 tio admittitur ab ordinario, qui hoc ipso in-  
 se suscipit obligationem ea non nisi ipsis permu-  
 tantibus conferre, sic pariter beneficia resi-  
 gnata in favorem tertij tunc vacant, quando  
 admittitur resignatio ab ordinario sub conditione  
 persona a resignante designate ea conferendi.  
 Ceterum c. un. <sup>in b.</sup> de reru permutatione, et Clem. un.  
 eodem aliud n. statuitur, quam, ut ~~beneficia~~ beneficia  
 resignata causa permutationis aliis conferri non  
 debeant, quam ipsis permutantibus. Unde miror,  
 supervacanea a quodam alio nobilissimo Cano-  
 nista huc adducuntur.

Instabis: Hec resignatio, que fit in favorem  
 tertij, fit sub conditione, ut antea dictu,  
 sed omnis conditio in spiritualibus simo-  
 niam inducit, ergo prob. min. Quando spi-  
 ritualia dantur et accipiuntur sub conditione,

ea <sup>non</sup> gratis dantur, nec accipiuntur, sed ubi spiritualia gratis non dantur, nec accipiuntur, ibi necesse est, ut interveniat simonia; ergo.

R. 1. hoc arguatur, quod est Agorij p. 2. l. 7. c. 21 nimirum probat, ergo nihil probat, quia inde sequeretur. 1. quod hac resignatio sit simoniaca, etiam de jure Divino, quod tamen nec ille nec alii adversarij admittunt. 2. quod neq; causa permutationis licita esset resignatio beneficii facta coram ordinario; eo quod fiat sub hac conditione, ut nimirum beneficia sic resignata non nisi permutantibus conferantur.

R. 2. Neg. maj. et suppositum, quod beneficia in hujusmodi resignatione non dantur, nec accipiuntur gratis; quid enim inde recipit resignans et quid resignatarius? profecto nihil.

Dices: Quando Ordinarius resignationem in favorem admittit, hoc ipso se obligat ad conferendum beneficium persona designata. Sed hac obligatio est ratio estimabilis tan respectu resignantis quam resignatarij; ergo in hujusmodi resignatione beneficium gratis non datur, nec accipitur; proinde intervenit quedam simonia.

R. Quod non omnis obligatio, <sup>applicat simoniam</sup> est licita sit ratio estimabilis <sup>velut beneficium</sup>, sed solus ea, qua fit cum pactione aut temporali re promissione. Pater hoc in eo collatore, qui alicui beneficium <sup>quamprimum facultas se obtulerit</sup> promittit, ea <sup>primo vacans</sup> qua promissione, <sup>est</sup> quamquam torquetur obligatio hujusmodi beneficium conferendi; nihilominus nequit dici, quod hac obligatio, qua est utiq; ratio estimabilis respectu promissarij, inducat simoniam. Cum igitur nulla hic interveniat pactio, consequens est, quod hac obligatio non resignationem simoniaca non inficiat, alioquin nec ipse Pontifex hujusmodi resignationem conditionatam admittere posset.

Oppones 2. Tales resignationes praeserunt speciem hereditariae successionis: Sed hac est intentio C. apostolica 8. q. 1. et c. ad extirpandas

7 De jure veteri nempe c. 14. de concess. Præbend.

Successiones de filiis presb. argo. Prob. maj.

Quia per eas unus post alterum succes-  
sive posset resignare beneficium in fa-  
vorem certa persona: sed hoc est proprium  
successionis hereditariae; ergo

R. N. maj. Nam hereditaria successio fit  
propria auctoritate, nec potest impediri à  
superiore; contra hac resignatio fit autho-  
ritate superioris, et pro libitu ab eo impe-  
diri potest; atq. adeo rationem nequit habe-  
re successionis hereditariae.

Dices: Beneficia debent conferri digniori-  
bus seu eis, qui Ecclesia plus prodesse dignos-  
cuntur, Can. Moyses 8. 9. 1. et alij. sed hoc  
conveniet, si resignationes in favorem certa  
persona ab ordinariis admitti possent; ergo  
prob. mi. Quia persona in quarum favorem  
fit resignatio non sunt tam dignae, quin ut plu-  
rimum digniores eis non existant, unde cum  
ista praetermittantur, consequens est, quod ista  
resignatio pugnet contra ff. Canones.

Q. Si dignior existit, qui pro beneficio solli-  
citet, tunc ordinarius licite non poterit conferre  
beneficium persona in cujus favorem fit resi-  
gnatio, in quod sit minus digna si alteri com-  
paretur, sed hoc non pugnet contra asser-  
tionem nostram, solum enim admittimus re-  
signationem in favorem personae licitae, quan-  
do vere est dignus, et dignior eo beneficium  
non postulat.

Instabis: Vi Bullae Pii 6. v. const. 58.  
Quarta Ecclesia 8. 24. prohibentur Episcopi,  
ne admittant ullas resignationes in favorem  
Tertij, etiamsi dignissimus esset. ergo.

R. Bullam hanc non ubiq. receptam esse,  
ut notant Layman C. 4. Theol. mor. Tr. 2. c.  
14. de Benef. n. 6. Engel tit. de filiis presbit.  
n. 3. et alij. Præterea probabilis est sententia  
catholicae auctoritatis, quae dicit, quod Bulla

non inserta juri Canonico, nec promulgata in singulis provinciis, quemadmodum haec Bulla Pii V. auctoritatem legis non sortiuntur. siquidem haec sententia à magnis viris propugnatur, satis validis fulcitur argumentis, quorum vim supra <sup>nobis</sup> ~~peritus~~ <sup>enervata</sup> fuisse, valde dubitamus.

Virgebi: Bulla Pii V. quò ad dictum §. 4. est lata juxta Stylum et usum curia Romana, qui improbatur omnem resignationem in favorem Tertii coram ordinario factam; a Stylus curia Romana habet vim legis; ergo.

Quod cum P. Engel l. 3. §. 5. n. 18. ad 2. obicit. Non satis convenire inter Doctores, an et quando Stylus Curia ubiq; jus faciat. Profecto in his partibus contra Stylum Curia Romana plurima esse recepta, vel parum in foro seculari versanti constabit; ~~ergo~~ unde hoc argumentum ~~non~~ <sup>convincent</sup> convincent. ~~quod~~ <sup>argumentum</sup> ~~ex~~ <sup>ex</sup> ~~Stylo~~ <sup>Stylo</sup> ~~Curia~~ <sup>Curia</sup> ~~Romana~~ <sup>Romana</sup> ~~desumptum~~ <sup>desumptum</sup> non convincit. Et haec dicta sunt contra communioem sententiam, non ut doctrina nostra in usum et praxin deducatur; sed solum ut conscientiam illius, qui forte per resignationem in favorem beneficii consecutus est, <sup>pauculum</sup> ~~pacare~~, ac remorsus ejus <sup>tantisper</sup> ~~conspicere~~ valeamus.

ex Stylo curia Romana  
Dej

Controversia 9.  
ex l. 1. §. 10 de Supplenda neglig. Pralat.

Utrum potestas et jurisdicctio Episcopi propter ejus negligentiam universaliter devolvatur ad Archiepiscopum?

Quaritur hic an si Episcopus in administratione justitiae, vel officii negligens sit potestas et jurisdicctio devolvatur ad Archiepiscopum, ita ut iste de causis subditorum Episcopi illius Episcopi in prima instantia cognoscere, eisdem ordinare, absolvere, condemnare, excommunicare & valeat?

Resolutio

Negligentia Episcopi unius circa administrationem justitiae aut muneris pastoralis probabiliter non potest suppleri ab Archiepiscopo, nec proinde ad eum jurisdicctio illius universaliter devolvitur.

Ratio est, quia haec potestas in jura nulli  
 hi invenitur expressa; unde cum  
 Archiepiscopi non possint exercere  
 jurisdictionem in Subditos Episcopo-  
 rum sibi Subordinatorum c. ij. De  
 officio ordinat. nisi id in jura inveniat  
 expressum per c. i. h. t. in 6. conse-  
 quens est, quod Archiepiscopi hujus-  
 modi negligentiam universaliter  
 Supplere non possint.

Ob. j. in Jure nullis in locis habet  
 definitum, quod Archiepiscopus negli-  
 gentiam Episcopi Supplere possit, ut  
 can. cum simus. q. q. 3. c. per duas 40.  
 de Sent. excom. c. j. d. Saxe de con-  
 sibus in 6. et alibi passim; ergo id  
 ei non competere, male denegat.

Res. illa jura procedunt in casibus par-  
 ticularibus ac specialiter a Jura  
 concessis, ex quibus non licet inferre,  
 Archiepiscopus generaliter et in  
 quibusvis casibus Supplere posse negli-  
 gentiam Episcopi; a particularibus  
 quippe ad universalia non stringunt  
 argumenta.

Inst. j. Archiepiscopus est Juxta ordi-  
 narius totius Provinciae, ac ejus gerit  
 sollicitudinem can. per Singulas q. q. 3.  
 ergo universaliter Supplere potest neg-  
 ligentiam Episcopi.

Res. cum Innocentio, quem sequitur Abbas  
 in C. Pastoralis. n. 8. quod Archiepiscopus  
 habeat quidem jurisdictionem Archiepiscopi

copalam in tota Provincia, si ad  
totam possit visitare, non vero jurisdic-  
tionem Episcopalem, ac consequenter  
non poterit universaliter supple-  
re negligentiam Episcopi, exercendo in  
subditos illius jurisdictionem.

Inst. 2. Si non possit Archiepiscopus uni-  
versaliter supplevere negligentiam Epis-  
copi, tunc ideo, quia c. j. supra id.  
illi ea potestas derogari videtur per  
hoc Verbo: cum id non invariabiliter a  
concessum, sed hac ratio nulla est.

Prob. quia ibi sermo non est de Episcopo negli-  
gente in administranda justitia, sed de  
Episcopo delinquente et excommunicato,  
ergo per hoc non probatur jurisdic-  
tionem Episcopi ad Archiepiscopum in  
casu negligentia universaliter exer-  
cari non posse.

Ad N. cons. quia Verba capituli sunt ge-  
neralia, cum enim ibi dicatur, Episco-  
porum jurisdictionem ex culpa eorum  
ad Archiepiscopum non devolvi, cum id  
in jure non invariabiliter concessum,  
merito inde inferatur, quod quotiescumque  
hac devolutio in jure non exprimitur,  
toties cum fundamento negetur.

Inst. 3. Praedicta Verba referuntur ad  
casum excommunicationis qui excipitur  
ut sit sensus: quamvis ex negligentia  
Episcopi devolutio fiat ad Archiepisco-  
pum, non tamen ex culpa Episcopi,  
cum hoc non sit in jure expressum; ergo

ca Verba non sunt generalia

¶ Haec interpretatio qua est P. Engel  
hii n. 6. mihi sufficienter non probat,  
capitulum enim hoc minima loquitur  
de negligentia, minus de responsis ex neg-  
ligentia Episcopi devolutionis jurisdic-  
tionis fieri ad Archiepiscopum.

Dicas: expressa quidem ibi non fieri  
mentionem de huiusmodi negligentia  
aut de devolutione jurisdictionis, sed  
solum tantum innui; et ex eodem loco  
iure merito eruitur, alioguin illud  
ap. omnino inconuenienter sub Rub-  
rica h. t. positum fuisset.

¶ Capitulum 3. si Episcopus à paga-  
nis h. t. in 6. ponitur etiam sub eadem  
Rubrica, et tamen in eo nulla fit men-  
tio de negligentia Episcopi, sed solum  
ibi de iudic. quod Capitulum Episcopo  
à Paganis capto administrationem  
se suscipere debeat; ex quo patet  
fit quod Rubrica h. t. late sumi de-  
beat, atq. adeo non solum ad negli-  
gentiam, sed etiam ad defectum sive  
ex culpa, sive aliunde proveniente  
supplendum se extendat. quanquam  
posset dici, quod satis conuenienter  
memoratum capitulum j. sub hac Ru-  
brica etiam strictè sumpta positum  
sit, eo quod ibi fiat mentio de culpis  
qua procul dubio ex enormi negli-  
gentia commissae sunt.

Dicas: Rubrica h. t. est generalis;



loquitur enim de Supplenda negligētia  
omnium Prælatorum; ergo ob negligētia  
Episcopi videtur Archiepiscopo data facultas  
universaliter Supplere negligētia  
499.

¶ N. Conf. nam eo ipso quod Rubrica  
generalis, intelligi debet de Supplenda  
negligētia Prælatorum quomodocumque, sive  
damnum fiat à Capitulo, sive à Superiori-  
bus; unde ex Rubrica generalitate  
minus bene colligitur negligētia Episcopi  
ab Archiepiscopo vellet Suppleri debe-  
re, cum etiam possit et debeat de jure  
interdum Suppleri à Capitulo, excluso  
Archiepiscopo. ad

Inquies. Capitulo requirit Supplere  
negligētia Episcopi nisi in casibus sibi in  
jure concessis, puta in collatione bene-  
ficioꝝ. potest autem fieri,  
quod Episcopus negligens sit in officio suo, nec  
in jure habeatur tunc jurisdictione  
devolvi ad capitulum; ergo tunc de-  
volvatur ad Archiepiscopum necesse est.

¶ N. c. Nam Superest aliud remedium  
nemp̄ recursus Capituli ad Papam,  
vel quod compellat Episcopum ad officium suum  
implendum, vel etiam ad Archiepiscopum,  
implorando ejus jurisdictione, per  
quam Episcopus ad officium suum præstatum  
adigat; quanquam enim Archiepiscopus  
jurisdictione in Subditos sui Suffra-  
ganei non habeat, ea tamen illi de  
jure competit in ipsius Suffraganeum.

c. pastoratus d. j. de offic. ordin.

Inst. posito quod capitulum suam opera ad Epi negligētia emendandam adhibere nolit, tunc ne oppressi destituantur sufficienti remedio, devolvatur jurisdictio ad Archiepiscopum, necesse est.

¶ In eo casu poterunt oppressi per modum simplicis querela deferre negligentiam Epi ad Papam, aut si maluerint ad Archiepiscopum, ut per eum compellant Episcopus ad justitiam administrationem.

Dices. quid si tunc Episcopus denegat aut protrahat justitiam, quo sublevaritur oppressi remedio?

¶ Quando Episcopus debite requisitus denegat justitiam, statim causa suscipitur in tribunali Metropolitano, si vero eam negligenter protrahit, prius decernuntur à Metropolitano promotoriales, in quibus Episcopo determinatur certum tempus pro justitia administranda, post quam jurisdictio primum devoluta censetur. Engel hic n. 5.

Inf. ex hoc manifestè sequi, quod in casu negligentia circa administrationem justitiae jurisdictio Episcopi devolvatur ad Archiepiscopum.

¶ Hoc verum esse, quando id in iure reperitur concessum, prout circa denegatam, aut protrahatam justitiam specialiter statutum est, ut videre est apud Reiffenstuel hic d. 3. n. 29. et 32. Suis vero dicendum.

Inst. Ratio legis est generalis, ut

nimirum universam utilitati Ecclesiarum  
et Subditorum prospiciatur, ne ex neg-  
ligentia Episcopi damnum accipiant;  
ergo etiam lex est generalis, conse-  
quenter non solum in casu Senegabae  
vel protracta justitia sed etiam in  
alia omni negligentia, ex qua dan-  
num Subditis obveniri potest juris-  
dictio Episcopi devolvi debet ad Ar-  
chiepiscopum.

¶ N. c. Nam cum Archiepiscopus <sup>generaliter</sup> pro-  
hibeatur exercere jurisdictionem  
in Subditos sui Suffraganei c. nullus  
Primas. et can. conquestus. q. 9. 3.  
et c. Pastoralis ii. d. 1. de officio  
ord. et ubi aliquid aliquis generaliter prohibetur  
quod non reperitur expressa con-  
cessum, intelligitur esse Senega-  
bicum. Can. xxvi. d. 1. portio cum de  
verb. signif. consequens est, quod ju-  
risdictio Episcopi ob negligentiam  
indiscriminatam non devolvatur ad  
Archiepiscopum; eo quod id nulli  
iura expressum habeatur, imo  
potius oppositum reperiri liquet  
ex cit. c. j. h. t. in 6.

Negy arget, cum ulterius opponitur  
quod lex de Supplenda negligentia  
Oratorum per Superiores prospiciat  
utilitati Ecclesiarum, unde in  
sibi favorabilis, debet etiam ob por-  
tate rationis extendi ad alios  
similes casus. Nam

"Licet enim  
 R. N. Conf. Nam licet haec lex sit favora-  
 bilis Ecclesia, est etiam simul odiosa  
 et paralis Episcopis, odia autem  
 sunt restringenda. Reg. Jur. is. in 6.  
 et in paralis non licet argumentari  
 à paritate rationis. Engel hic in 6.  
 terea lex praedicta spectare dignos-  
 citur ad materiam prohibitoriam, seu  
 communiter prohibitam, in qua intelligit  
 denegatum, quod expressè non conca-  
 ditur, ut antea dictum.

Controversia 10.

Ex Tit. ij. de temp. ord. et qualitate  
 Ordinandorum.

7 An tonsura d.  
 sit ordo culepij-  
 tius proprie dictus

7 Controversia magna est inter DD.  
 an prima tonsura sit ordo? affirmant  
 Canonista communiter, negant vero  
 Theologi ferme omnes, quibus au-  
 dunt ex Canonistis Bignatelli, Engel-  
 König, Schmalzgruber et nonnulli  
 alij.

~~Corro Controversia haec non caret  
 utilitate, si enim tonsura sit proprius  
 ordo, sequitur, quod Episcopus conse-  
 crans tonsuram alieno diacono absq[ue]  
 licentia sui ordinarij suspensionem  
 incurral ex Conc. Trid. Sess. 6. c. 3.  
 de Reform.~~

ND.  
 quomodo  
 probatur.

Resolutio.

Prima tonsura non est ordo Eccl[esi-]  
 siasticus proprie dictus, sed mera  
 dispositio ad ordines.

260  
Rationes sunt 1.<sup>mo</sup> quia in c. seriatim  
14. Dist. 32. c. illud nos. j. D. 77.  
c. à Subdiacono s. D. 93. omnes quidem  
ordines referuntur, sed nulla prorsus  
mentio fit de prima tonsura.

2.<sup>o</sup> quia in Tridentino aperte distinguitur  
prima tonsura ab ordinibus dicitur  
in Sess. 23. de Sacram. ord. c. 2. Clericali  
tonsura insigniti per minores ad  
maiores ordines ascendere dicuntur,  
ubi certe supponit clericalem tonsuram  
esse quod praeivium ad ordines, adeo  
quod diversum ab eis.

3.<sup>o</sup> in Collatione cuiuslibet ordinis  
debet conferri aliqua potestas spiritualis,  
et quidam cum relatione ad  
Eucharistia Sacramentum ex Trid.  
Sess. 23. c. 2. qualis non confertur  
per primam tonsuram.

4.<sup>o</sup> denique quia in ceteris ordinibus  
certa adhibetur materia, seu in  
prima tonsura, ac proinde nequit esse  
ordo proprie dictus.

Opponit 1.<sup>mo</sup> in formâ de gradationis  
tonsurati à Pontificali Rom. relata  
sic loquitur Episcopus: eximus te  
omni ordine beneficio, et Privilegio  
clericali: atqui talis non potest  
exiri ordine, si ordinem non haberet.  
ergo C.

Quod ibi manifeste fieri mentionem Ordinis, prout est certus gradus, Status et eminentia; cum enim tonsuratus per Adversos unicum habeat ordinem, quomodo ab omni exui potest? dicendum ergo, quod tunc ab omni ordine exuat quando à Clericali Statu, gradu et eminentia desinit.

Inst. 1.º c. <sup>mo</sup> cum contingat de abal. et qual. expresse habetur, quod per tonsuram clericalis ordo conferatur; ac proinde manifestum est, tonsuram inter ordines recenseri debere.

Q. N. Cons. Nam per ordinem ibi non intelligitur Sacramentum Ordinis, sed Status quidam, per quem Clerici à Statu Laicorum discernuntur; sicut dicuntur religiosi per suum ordinem, id est, Statum speciale ab aliis distinguuntur.

Dices: Verba, cum possunt, debent intelligi secundum suam propriam significationem. non aliter ff. de Legat. ergo verba hæc Pontificis ad improprium sensum non sunt torquenda.

Q. Hoc verum esse, cum nulla, ea torquendi, cogat necessitas, secus vero dicendum. Porro ut id faciamus, nos urgent momenta supra pro nostra sententia adducta.

Inst 2.º c. <sup>mo</sup> cum contingat interrogatus fuit Pontifex, an possit Abbas suis religiosi conferre clericalem ordinem; et respondet Pontifex affirmative, dummodo adhibeatur forma Ecclesie, sed hæc responsio debet intelligi de ordine proprie dicto, ergo R. Prob. min. Ineptum fuisset hæc responsio de ordine improprie dicto seu de Statu clericali; nam quivis religiosus per solam professionem, aut etiam ingressum

3.  
Religionis iam constituitur in ordine improprie dicto seu in Statu Clericali; unde incertum est, asserere, quod Abbas, si adhibeat debitam Ecclesiam formam, possit conferre hunc Statum Clericalem; quia quod iam habetur ulterius dari nequit; ac proinde palam est, ibi Pontificem loqui de ordine proprie tali.

Q. N. Ant. Nam licet, quilibet Religiosus per solum ingressum in Religionem constitutur, in Statu Clericali, necdum tamen per hoc est habitatus, ut proxime suscipiat ordines, sed primum per collationem primae tonsurae juxta formam Ecclesiae ad eos redditur habilis. Quando ergo dicitur, quod Abbas per primam tonsuram ordinem Clericalem conferre possit, talis debet intelligi Status, quo quis proprie clericus sit, et proxime habitatur ad suscipiendum Ordinis Sacramentum.

Inst. 3. Haec tonsura, ut dictum est, juxta formam Ecclesiae conferri debet; ergo etiam requirit materiam; nam ubi forma, ibi et materia; eo quod haec duo sint correlativa. Subsumo: Sed non nisi in collatione Sacramentorum requiritur materia et forma juxta Florent. in Decret. Unionis §. 5. et Trident. sess. 23. c. 2. ergo hoc ipso tonsura est proprie dictus ordo, ut pote Sacramentum.

R. N. Cons. Cum enim Pontifex dumtaxat formam desideret Ecclesiae, altum de materia tenens silentium, merito inde inferitur, nullam hic requiri materiam. Equidem verum est, quod forma physica, et striete talis dicat relationem ad materiam, scilicet tamen moralis, seu ea, quae idem sonat ac ritus, quem ritum per formam hic intelligere videtur Pontifex.

Urgebis: Forma in collatione tonsurae haec

est: Induat te Deus novum hominem. vid  
Pontif. Roman. tit. de ordin. confer. Et haec  
profertur, dum tonsuratus superpelliceo  
induitur; consequenter superpelliceum  
est materia.

Q. Trans. Ant. et N. Cons. Nam ma-  
teria essentialiter requisita in ordinibus  
est instrumentum quoddam ordinando  
tradendum, cum expressione potestatis,  
qua ipsi confertur. Sed nullum instru-  
mentum tonsurato traditur, tantum enim  
capilli ei resciuntur, et superpelliceo  
induitur; neq. vero per pelliceum expri-  
mitur potestas ipsi collata; ergo.

Dixi Trans. Ant. Nam forma essentia-  
lis in ordinibus debet esse imperativa et  
directa ad solum Ordinandum, non veri-  
tativa, et ad Deum emissa, qualis est  
memorata forma. Proterea non debet repe-  
ti, sicut ista repetitur, vid. dictu Pontif. Rom.

Dices: Alia forma insinuat Can. 20.  
dist. 23. Vide, ut quod ore cantasset *et corde credas,*  
quod credis, operibus comprobet. Sed ista  
est imperativa, directa ad Tonsuratum,  
simul et expressiva potestatis, qua ipsi con-  
fertur; ergo.

Q. Hoc argumentum non esse ad propofi-  
tum; nam in illo Canone solum fit men-  
tio de Psalmista; non vero de tonsurato.  
Neq. dicas Cum Pichler per Psalmistam  
intelligi debere Tonsurandum, prout Notant  
DD. quidam in h. Can. 1. Nam Id in ejus sen-  
tentia sustineri nequit, alioquin sequeretur ab-  
surdum, nempe quod aliquis licite et vali-  
de primam tonsuram perciperet, postea  
atq. adeo ordinem sacramentalem suscipere  
posset absq. licentia Episcopi, sola jussione  
Presbiteri; Sic enim Canon ille sonat: Psal-



mista, id est, Cantor potest absq[ue] licentia  
Episcopi, sola iussione ~~Presbiteri~~ Presbiteri offi-  
cium suscipere cantandi, dicente sibi  
Presbitero: vide, ut quod ore cantas,  
corde credas, et quod corde credis, operibus  
comprobes. Ecce quam manifestum  
est, per Psalmistam aut Cantorem non  
posse intelligi Tonfuratum, nisi dicere  
velis, simplicem sacerdotem posse conferre  
Ordinem sacramentalem, vel alio fateari,  
tonsuram non esse ordinem proprie talem.

Dices: Pontificales Romanum Sapienter repetit  
prima tonsura insignitas ordinari; ergo ne-  
cesse est, ut prima tonsura sit ordo proprie  
talis.

R. N. Cons. Nam si illud ordinari strictius  
sumere velimus, idem est, ac in ordinem,  
aut in certum gradum redigi, quod certe per  
susceptionem prima tonsura fieri potest  
absq[ue] eo quod dicatur esse sacramentum, aut  
tonsurati Ordine sacramentali insignian-  
tur. Itaq[ue] illud verbum est ambiguum,  
atq[ue] sumi potest pro ordinatione propria et  
impropria; consequenter argumentum ex eo  
sumptum non stringit.

Inst. Nisi collatio tonsurae sumeretur pro or-  
dinatione proprie dicta, tunc per eam non potest im-  
primi character, eam autem imprimere characterem  
licet ex Sixto V. qui in motu proprio contra  
male promotos vocat eam clericalem characterem.

R. Pontificem eam sic appellare non ob inter-  
num characterem, sed ob extrinsecam designationem,  
qua per tonsuram persona deputatur ad statum  
clericalem.

Vocebis: Ideo ceteri ordines reiterari neque-  
unt, quia imprimunt in anima characterem: sed  
prima tonsura reiterari nequit; ergo per eam  
imprimatur interims character.

R. Ex sola Ecclesie constitutione provenire,  
quod prima tonsura reiterari non debeat; unde

absolutè loquendo reiterari potest, cum et  
irregulari collata reiterari possit, ut docet  
Bonacina Disp. 7. q. 1. p. 4.

Instit. Sicut solum ab Episcopo confirma- & ordinariè  
tio et alii ordines conferuntur, sic et  
consura; Sed in confirmatione et aliis or-  
dinibus imprimitur caracter; ergo et in  
consura.

Q. Cum S. Thoma p. 3. q. 40. a. 2. Quod  
quavis per coronam non imprimatur ca-  
racter, tamen deputatur homo ad divinum  
cultum, et ideo talis deputatio debet fieri  
per summum Ministerium, scilicet per Episcopum.  
Ita S. Doctor.

## Controversia II

Ex C. 1. 7. 17. de filiis Presbit. Ordin.

An Episcopus in illegitimis ex defectu  
natalium ad ordines etiam majores  
dispensare possit?

Suppono, per professionem, ac vota religiosa  
illegitimos habilitari ad ordines et benefi-  
cia simplicia recipienda C. 1. et fin. h. 7.  
Unde questio solum procedit de iis illegiti-  
mis, qui ad S. ordines aspirant, nec tamen  
vota religiosa emittere volunt.

### Resolutio.

In illegitimis ex defectu natalium ad or-  
dines etiam majores probabiliter dispen-  
sat Episcopus, si tamen defectus sit occultus.

Prob. ex Concilio Trid. quod sess. 24. c. 6. a reform.  
potestatem tribuit Episcopis dispensandi in omnibus ir-  
regularitatibus, suspensionibus ex delicto occulto  
provenientibus, excepta ea, qua ex homicidio vo-  
luntario oritur; Sed defectus natalium non  
contrahitur sine delicto, saltem alieno parentum;  
ergo in ejusmodi irregularitate dispensare potest  
Episcopus.

Confirmatur. Quia alioquin sequeretur, quod  
melioris sint conditionis, qui per delictum  
proprium se ipsos reddunt irregulares, quam  
qui per alienam culpam eodem impedimen-  
to irretiuntur, quod satis absurdum esse  
videtur.

Oppones. C. 1. de filiis Presbit. in 6. expresse  
habetur, solum Pontificem in illegitimitate &  
in ordine ad suscipiendos Ordines dispensare  
posse; ergo hæc facultas minime tribuen-  
da est Episcopis.

R. Nos ultro fateri, saltem potestatem Epis-  
copis de jure communi non competere, solum  
enim hic tuemur, quod Episcopi saltem de ju-  
re novo, Concilii scilicet Tridentini memorata  
potestatem sibi vendicare possint.

At inquires: Irregularitas illegitimi non prove-  
nit ex delicto, sed solum ex defectu: at Episco-  
pus vi Concilii Trid. Sess. 24. c. 6. solus  
in irregularitate ex delicto, non vero ex defectu  
proveniente dispensare potest; ergo

R. N. maj. Nam hæc irregularitas revera pro-  
venit ex delicto, non quidem proprio proli, sed  
parentum ejus, ut supra dictum.

Dices: Irregularitas, qua non provenit ex pro-  
prio delicto, dicitur provenire ex defectu; sed  
Concilium Trid. non concessit facultatem Epis-  
copis dispensandi in irregularitatibus provenien-  
tibus ex defectu; ergo.

R. Veram esse minorem, quando irregularitas  
ex mero defectu atq; adeo ex nulla culpa ori-  
tur; secus vero dicendum, quando saltem ex de-  
licto parentum provenit; Cum enim Concilium  
Episcopis facultatem tribuat in irregularitati-  
bus ex delicto occulto provenientibus dispensandi,  
hæc autem concessio sit quoddam privilegium ac-  
tuum præjudicans, ideo latius est interpretande,  
c. 4. de prebend. in 6. C. odia 15. de R. in 6.  
ac proinde ad irregularitatem sive immediate

sive mediate tantum ex delicto proveniente  
extendi posse videtur.

Inst. Dispensatio est stricta interpreta-  
tionis; eo quod per eam à jure communi fiat  
recessus, qui odiosus est; unde in ea non  
valet argumentum a majori ad minus, aut  
simile, ita Glossa in c. Siquis in Clero 7. q. 1.  
et alij Canonista communiter; ergo.

Q. cum P. Engel in h. t. n. q. et Reiffen-  
stuel h. t. n. 28. id non obstare; quia aliud  
est dispensatio, et aliud est potestas dispensan-  
di; illa quidem est odiosa, sed de ea hic non  
agitur, solummodo enim de potestate dispensan-  
di impresentiarum controvertitur; unde cum  
haec nulli sit praesudicialis, quin imo maxime  
favorabilis Episcopis, quorum nempe interest,  
ne cogantur cum magnis impensis et molestiis  
curiam Romanam accedere pro dispensatione ob-  
tinenda; ideo latius est interpretanda.

Dices: Inde necessario sequi, quod memorata  
irregularitas illegitimi minus bene à Doctoribus  
inter irregularitates ex defectu ponatur, debe-  
ret enim inter irregularitates ex delicto pro-  
venientes recenseri; eo quod sub eo titulo in  
eis ea illa dispensare possint Episcopi, ut pra-  
ceditur; sed hoc admitti requirit; ergo.

Q. N. maj. Nam à potiori seu principaliori  
fit denominatio; unde cum haec irregularitas pri-  
marie ac immediate respiciat ipsum defectum  
prolis; secundario vero et mediate solum de-  
lictum parentum; idcirco fit, quod potius ir-  
regularitas ex defectu, quam ex delicto nume-  
rari soleat.

Inst. Irregularitas illegitimi nullo modo  
infligitur propter delictum parentum, sed solum  
provenit ex indecentia quadam morali, quam  
filius contrahit, eo quod non sit procreatus  
ex legitimo matrimonio; ergo. Prob. ant.  
potest fieri, quod persona soluta ac rationis  
usu destituta sine peccato congregiantur, vel  
aliquis ad non suam ex errore ex utraq, parte

propterea inculpabili accedat. Tunc utique irregularitas proli inde nascentis neque, secundario aut mediate respicit delictum parentum.

Jam sic: Vel in tali irregularitate poterit dispensare Episcopus, vel non? primum dici nequit; quia id nullo jure conceditur. Sed neque, secundum; alioquin sequeretur, quod deterioris conditionis sit, qui per nullum, quam qui per quoddam delictum redditus est irregularis; Ut igitur hujusmodi evitentur absurda dicendum est, quod Episcopus in irregularitatibus, quae non ex proprio, sed solum ex alieno, parentum videlicet delicto proveniunt, dispensare nequeat.

Q: Personas hujusmodi, dum ita congregiuntur, peccare saltem materialiter, dum actus ille ex se, vel ex natura sua est interdictus; Unde irregularitas proli inde nascentis hoc ipsum peccatum respicere videtur; ac consequenter in ea vi Concilii Tridentini dispensare poterit Episcopus. Possemus etiam respondere cum Reiffenstuel hic n. 29. quod sicut natus ex matrimonio bona fide contracto, licet reuera invalido non censetur illegitimus, e. cum inter 2. c. praelatum 8. c. pervenit 11. qui filii sint legitimi; ita pariter dici possit, quod nullam illegitimitatem contrahat ille filius, qui ab ignorantiam, vel insaniam parentum, natus fuit absque omni eorum culpa, dummodo hoc probari possit.

## Controversia 12.

ex l. 1. §. 21. de Bigamis.

An pro Bigamis habendi sint etiam ii, qui ante baptismum duas uxores habuerunt?

In jure indubitatum est, quod ille, qui duas uxores habuit, vel undam duxit post baptismum, talem contrahat bigamiam, quae inducat irregularitatem; id enim constat ex Can. Maritum dist. 33. et c. 1. et 3. h. 8.; at controversum an idem sentiendum sit de eo, qui ante baptismum itidem cum duabus inivit matrimonium.

## Resolutio

Pro bigamis<sup>etiam</sup> habendi sunt, qui in infidelitate duas duxerunt uxores, vel unam ante, et alteram post baptismum sibi copularunt.

Ratio est; quia irregularitas bigamia introducta est, ob defectum sacramenti, seu quia non significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, qui defectus reperitur in matrimonio altero, sive ante sive post baptismum contracto; Et ita habetur definitum Can. deinde dist. 26.

Ratio: licet baptismus tollat delicta, non tamen tollit conjugia, et consequenter nec bigamiam, ex conjugis provenientem.

Oppones. C. unus uxoris dist. 26. expresse dicitur, quod pro monogamo habendus sit, qui post baptismum uxorem duxit, quamvis ante eum conjugiam habuerit. ergo.

R. Hunc canonem adscribit Hieronymus, qui quidem hujus fuit sententia; verum Augustinus contra testatur, ut constat ex cap. acutius eadem dist.; cuius sententia postea fuit approbata per Innocentium Papam in can. deinde dist. 26.

Ad dices: Sententia B. Hieronymi videtur etiam fuisse approbata per Gregorium magnum <sup>78. Pontificem</sup> Can. 2. maritum dist. 33; ubi docet, quod bigamia ab iis incurritur, qui post baptismum duo ineunt matrimonia; ergo hoc ipso innuere videtur, nullam incurri bigamiam, si ante susceptum baptismum etiam duo contrahantur conjugia.

R. N. cons. Nam argumentum negativum praesertim ab auctoritate petitum, ut bene docet Pichler in l. j. tit. II n. 6. non semper stringit; praesertim cum juris constitutio aperte stat in oppositum; ut videre est in cit. Can. deinde dist. 26.

Iust. in illo C. maritum omnes illi recen =

sentur, qui non sunt ordinandi; ergo cum de  
eis, qui ante baptismum contraxerunt ma-  
trimonium alium deneatur silentium non  
videntur à Gregorio Papa exclusi ~~si~~  
ab ordinatione.

R. Nego, in illo capitulo omnes recesseri, qui  
ab ordinibus excludendi sunt; ibi enim nulla  
mentio fit de iis, qui interpretativam aut simili-  
tudinariam contrahunt bigamiam; et tamen certum  
est, quod hi ab ordinibus suscipiendis etiam impediun-  
tur; vnde vel ex hoc patet, quod argumentum  
negativum, & ut iam dictum, parum vel nihil strin-  
gat.

At dices: homicidium cum ipsum ante baptismi suscep-  
tionem non causat irregularitatem; ergo neq; biga-  
mia in infidelitate contracta.

R. N. Cons. Quia bigamia non contrahitur prop-  
ter transgressionem legis, nec habet rationem poenae,  
sicut irregularitas ex homicidio illicito orta; sed  
solum provenit ex eo, quod per illam auferatur si-  
gnificatio conjunctionis Christi cum Ecclesia. Cum  
igitur hic defectus non tollatur per baptismum, con-  
sequens est, ut bigamia inde orta remaneat.

Inst. Quod in veteri homine gestum est, totum  
per baptismum solvitur, Can. ut. 3. Dist. 26. ergo  
bigamia ante baptismum contracta solvatur, ne-  
cesse est.

R. Hoc intelligendum esse solummodo de iis, qui  
habent rationem delicti et poenae; alioquin si hoc  
propositio universaliter sumi deberet, sequeretur  
quod matrimonium infidelium per <sup>susceptum</sup> ~~receptum~~ bap-  
tisma solveretur, quod cum admitti nequit, neq;  
admittendum est, quod bigamia ante baptismum  
contracta solvi possit.

Dices: ergo melioris conditionis erit, qui fidei  
matrimonium inuit, et soli luxuria infervit, quam  
qui castitatem conjugalem servavit; eo quod hic si  
post susceptum baptismum rursus matrimonium inicit  
fuit irregularis, secus ille.

Q. N. Illatum; Nam Luxuriosos gravis manet  
pena non solum à Deo praesertim in futuro, sed  
etiam ab hominibus in hac vita infligenda, non  
autem Bigamos; Neq; hi infamia notam incurrunt,  
quemadmodum illi; unde procul dubio in meliori  
conditionis esse censendi sunt. Nec obstat, quod  
ordinari nequeant, quia id non provenit ex de-  
lito, sed ex defectu duntaxat.

Vogebis: Ergo S. Pontifici non licet in hujus-  
modi irregularitate dispensare; at id non admitti-  
tur; ergo. Prob. maj. Vel haec Bigamia, seu  
potius irregularitas ex Bigamia contracta est de  
jure divino, vel de jure Ecclesiastico? Si primum,  
ergo in eam ab homine nulla potest cadere  
dispensatio. Si posterius; ergo cum infideles  
legibus Ecclesiasticis non ligentur, manifestum  
est, quod Bigamiam seu irregularitatem non  
incurrunt.

Q. Eam irregularitatem solum esse de jure  
Ecclesiastico; interim tamen cum aliud sit ligari <sup>ob defectum sacra-</sup>  
lege Ecclesiastica, et aliud incurere aliquem <sup>menti constitutam</sup>  
defectum; hinc est, quod licet infideles legibus Eccle-  
siasticis non subdantur, nihilominus defectum quem-  
dam contrahere possint, ob quem si postea ad fide-  
m convertantur ab ordinibus excludi mereantur; quem-  
admodum si ante susceptum baptismum forent multi-  
pli postea tamen ad fidem conversi ad ordines sus-  
cipiendos non nisi per dispensationem Pontificis ha-  
biles reddi valeant possent.

Dices: Matrimonium ante baptismum initum non  
est sacramentum; ergo in eo non intervenit defectus  
significationis sacramenti.

Q. N. Cons. quia tale matrimonium non est aptum  
significare conjunctionem Christi cum unica Sponsa  
Ecclesia, quam tamen teste Apostolo ad Ephes. 5. Sem-  
per significare debuit; licet ante legem gratia ma-  
trimonium non fuerit sacramentum.

Vogebis: Si haec irregularitas oritur ex defectu sacra-  
menti; ergo <sup>substant</sup> papa in ea non potest dispensare. <sup>manet, quod antea dictum est,</sup>  
Prob. sequela. Papa non potest immutare significationem



Sacramenti; ergo neq, ejus tollere defectum per dispensationem: Dicendum igitur ~~est~~, quod haec irregularitas vel sit de jure Divino, vel quod non efficiat infideles.

R. Licet Papa circa significationem Sacramenti nihil immutare possit, interim tamen ea manente potest eum, qui patitur defectum hujus significationis admittere ad ordines; quia exclusio ab ordinibus a solo jure Ecclesiastico instituta est.

Dices: Irregularitas est privatio habilitatis ad ordines suscipiendos: Sed infidelis ante baptismum, capax non est ordinis; ergo neq, irregularitatis.

R. Irregularitatis capax quidem infidelem non esse, quamdiu talis est; fieri autem capacem, quam primum baptizatur.

### Controversia 13

§ Ex l. 2. §. 28. de officio Vicarij

Utrum Vicarius Generalis Jurisdictionem habeat ordinariam?

Nota, aliam esse jurisdictionem ordinariam, et aliam delegatam; Illa definitur, quod sit potestas publica jus de causa aliqua dicendi jure proprio, hoc est, in solius collati officij, et ultra specialem concessio-  
nem; haec vero est potestas publica jus de causa aliqua dicendi beneficiis delegantis, id est, <sup>ex commissione</sup> ~~nomine~~ eius, qui ordinariam jurisdictionem habet; König ad tit. 29. §. j. Ad tit. 31. §. 1.

### Resolutio

Vicarius Generalis Episcopi jurisdictionem habet ordinariam, non delegatam.

Ratio est a. Quia jurisdictio, quae à lege seu canone ratione sui officij seu dignitatis cuiquam conceditur, est ordinaria, C. more 5. et C. et quia ff. de jurisd. omn. judic. Sed Vicarius Generalis Episcopi habet jurisdictionem à Canone, et ratione officij sui sibi concessam C. licet 2. h. t. in 6. ergo

Confirm. ex eo, quod Vicarius idem habeat Tribunal cum Episcopo C. 2. de consuet. in 6. At jurisdictio Episcopi est ordinaria; ergo et Vicarii.

Oppones. In beneficiis Ecclesiasticis quilibet officio suo per se<sup>ipsum</sup> fungi debet, c. quia nonnulli de Cler. non resid. et c. ult. §. is autem de officio Delegati; ergo nequit Episcopus alteri ordinariam muneris sui conferre jurisdictionem; sed solum ad summam delegatam.

R. N. Ant. et dico, quod citati juris factus solum locum habeant in casibus particularibus; primus quidem agit de ministerio, quod personam ipsam absolute requirit, ut possessio beneficii, re-citatio Breviaris: secundus vero agit de eo officio, ad quod specialiter electa est industria fidesq; persona, que cum alteri communicari<sup>non</sup> possit, mirum non est, si hujusmodi electus per se ipsum munere suo fungi debeat.

Dices: jurisdictio ordinaria descendit a lege vel jure, l. 6. ff. de jurisd. Sed jurisdictio Vicarii Generalis non descendit a jure sed ab homine, Episcopo scilicet; ergo non est ordinaria.

R. N. min. Nam Episcopus solummodo designat personam, Vicarius vero Generalis jurisdictionem suam recipit ex legum constitutionibus, quibus nimirum hujusmodi jurisdictio officio suo alligatur, c. 2. et c. 3. h. 4. in 6.

Inst. Vicarius Generalis ex legum constitutionibus requirit sortiri ordinariam jurisdictionem; eo quod dumtaxat vices Episcopi gerat; sed qui gerit vices Episcopi alterius solum delegata jurisdictione uti censetur, arg. l. 1. §. 2. ff. de offic. epis. cui mandata est jurisd. ergo.

R. Neg. min. Si universaliter sumatur; nam Legatus a latere utiq; vices Papa gerit, et tamen jurisdictione utitur ordinaria; minor itaq; vera est, quando jurisdictio alicui ex nuda commissione alterius competit; sedus vero, quando etiam jura ei ipsam jurisdictionem tribuunt. At Vicarium Generale suam jurisdictionem a jure sortiri ex c. 2. et 3. h. 4. in 6. proxime dictum est.

Dices: Si Vicarius Generalis suam jurisdictionem a jure, aut Canone consequeretur, cum pro lubitu Episcopus, qui non est supra Canones, ampliare, vel

restringere non possit: cum igitur id Sape contin-  
gat, profecto dicendum est, quod suam jurisdictionem  
à jure vel Canone non sortiatur.

7 vi eorūde jurium

Q. N. Seq. majoris; nam licet jura concedant Vic-  
rio Generali jurisdictionem ordinariam, ita ut idem  
tribunal cum Episcopo constituat; nihilominus pene  
est Episcopum tan res valde arduas, aut ea negotia,  
qua in jure à jurisdictione ordinariarum excepta  
sunt, ipsi Vicario Generali expedienda comittere  
velit, nec ne, quo fit, ut ejus jurisdictionem pro  
libitu ampliare, aut restringere possit.

Urgebis: Si Vicarius Generalis idem tribunal  
cum Episcopo constituat, ut dictum est, ergo nequit  
habere ordinariam jurisdictionem. Prob. seq. Duo  
in simul eandem rem, et in solidum possidere non  
possunt, c. licet. g. s. ex promissis de probat.

Q. N. Ant. cum sua probatione, si universali-  
ter sumatur; eoque eadem res possideri possit à  
duobus ab uno scilicet principaliter, et ab altero  
dependentem, quod utiqz non implicat. Poterit igitur  
Episcopus dii habere jurisdictionem ordinariam in  
sua dioecesi principaliter et independentem, eandem  
à Vicario Generali exerceri dependentem, et nomine  
Episcopi.

At inquires: Jurisdictio ordinaria est perpetua, et  
durat usqz ad mortem eam habentis, per cap. Legatos  
2. de offic. Leg. in 6. Sed jurisdictio Vicarij  
Generalis expirat cum morte Episcopi eam conce-  
dantis, imo est ad naturam ipsius revocabilis; ergo.

Q. Majorem intelligi debere de jurisdictione, qua  
alienis competit principaliter et nomine proprio,  
qua utiqz perpetua esse debet, non vero de  
ea jurisdictione, qua solum dependentem, et nomine al-  
terius exercetur. Porro textus allegatus specialiter  
loquitur de Legatis Summi Pontificis; unde non est  
facile extendendus ad alios ordinarios, praesertim ad  
Vicarios Episcopi, cum à particularibus ad universalis  
non sit bona illatio. Et certe Rectores Academici et  
quilibet alii superiores temporales jurisdictionem  
habent ordinariam, nec tamen est perpetua.

Inst. Nequit ab eo, qui nomine alterius exercet  
jurisdictionem, si fit ordinaria, appellatio fieri

ad eum, cuius nomine exercetur, at à Vicario  
Generali ad Episcopum fieri potest appellatio:  
ergo eius jurisdictio nequit esse ordinaria. Prob.  
nisi. Si Vicarius Generalis deponat Clericum, vel  
poveat eum beneficio, aut condemnet ad poenam, in  
his et similibus ab eo appellari potest ad Episco-  
pum, ut ex cit. c. 2. h. 4. <sup>hinc</sup> argui potest, ergo.

Q. Circa haec et similia, quae sunt excepta in iure  
aut magni praesudicij esse dignoscuntur Vicarius Gene-  
ralis non habet jurisdictionem ordinariam; unde mi-  
rum non est, si ab eo ad Episcopum in his casibus pro-  
vocari possit; nos autem hinc loquimur de iis,  
quae Vicarius Generalis exercet intuitu sui officij,  
et quae in prima commissione generali annexa sunt  
specialiter ipsi officio Vicariatus, circa quae cum ha-  
bere jurisdictionem ordinariam, non vero delegatam  
improportionem invenimus.

Vergebis. Si Vicarius Generalis in iis habet  
jurisdictionem ordinariam, tunc eam posset alteri  
delegare; in hoc enim differt Ordinarius à  
Delegato, quod hic jus delegandi habeat, seu  
ille; Engel in tit. de offic. ordin. n. 5. et alij  
communiter: sed Vicarius Generalis jus delegandi  
non habet; ergo. Prob. mi. Quia si hoc jus haberet  
tunc loco sui posset alium iudicem ordinarium  
constituere; id autem est singulare privilegium com-  
petens Principi, c. 2. feud. tit. 36. quae sunt Regalia;  
ergo.

R. N. sequelam Maj. Nam dum <sup>concedimus</sup> ~~delegamus~~, quod Vicarius  
Generalis jus habeat delegandi, id solum est intelli-  
gendum de una aut altera particulari causa, non  
vero de tota sua jurisdictione, seu alterius iudicis ordi-  
narii constitutione; quia sic non tam conferetur de-  
legare, quam officio suo ordinario se se abdicare, quod  
fieri nequit inconsulto principe, c. penult. ff. de  
offic. Praesid.

### Controversia 14

Ex lib. 2. tit. 29. de offic. et potest. iudicis delegantis.  
et ex c. 1. ff. de officio eius, cui mandata vel  
An idem sit mandare ac delegare jurisdictionem.

Magna Lis inter Doctores versatur, an idem  
sit mandare jurisdictionem, ac eam delegare; Ajunt

anim quidam, ut Engel et alii, plus esse mandare, quam delegare; eoquod mandare jurisdictionem importet universalitatem causarum; at vero delegare solum referatur ad causas particulares. P. König constituit hanc differentiam, quod qui habet jurisdictionem mandatam plenam habeat potestatem exequendi sententiam, secus vero, qui solum habet delegatam, contra quos sit.

### Resolutio.

Idem est mandare jurisdictionem, ac eam delegare; nulla proinde inter hac duo intercedit discrepantia.

Ratio est; quia jus Canonicum saepe jurisdictionem delegatam pro mandata usurpat, et vicissim; ac proinde inter jurisdictionem mandatam ac delegatam nullum reperitur discrimen. Prob. ant. ex cap. Relatum 19. c. Super 27. c. ult. de offic. jud. delegati.

Oppones: à iudice mandatario non datur appellatio ad mandantem, sed ad mandantis Superiorem l. 1. ff. quis à quo appell. E contra à Delegato ad Delegatam bene appellatur c. Super 27. S. porro de offic. jud. deleg. ergo mandatarius distinguitur à Delegato.

R. N. ant. uel Dist. Non datur appellatio, si totam jurisdictionem mandavit, seu delegavit, tunc si aliquid ex ea sibi reservavit, Nego. Et hoc facile colligitur ex cit. c. Super 27. S. porro de offic. judic. Ceterum in d. l. 1. ff. quis à quo appell. questionem esse de eo, qui omnem suam jurisdictionem alteri mandavit, cuius legenti manifestum est.

Dices: In eadem lege distinguitur iudex datus, id est, delegatus ab eo, qui mandata jurisdictionem habet, diciturque, quod ad mandantem non datur appellatio, bene tamen ad eum, qui iudicem dedit, seu delegavit; ergo omnino inter delegatam et mandatam jurisdictionem intercedit discrepantia.

Q. N. Ant. et suppositum, quod idem sit iudex  
datus ac is, qui delegatam habet jurisdictionem;  
nam iudex datus non habet jurisdictionem, sed  
solum cognitionem, ut notat Fachinans l. 12  
controv. c. 89. alijs quam plurimi apud Joies  
l. 1. ff. de s. c. 1. sect. 1. §. 4. n. 35. At vero

iudex delegatus potest exsequi suam sententiam  
c. significasti 7. c. in literis 9. c. pastoralis  
28. §. quia vero de officio iudicis delegati

Præterea ut in cit. l. 1. ff. quis à quo dicitur:  
à iudice dato appellatur ad eandem; sed à  
iudice delegato non ad delegantem, sed ad delegan-  
tis superiorem interponitur appellatio, d. c. super  
27. de offic. iud. deleg. Deniq; qui delega-  
tam habet jurisdictionem eam potest subdele-  
gare ut c. 27. de offic. iud. deleg. at iudex  
datus non potest hoc facere, l. à iudice c. de  
iudiciis.

Inst. in d. l. a iudice §. Cad. de iudiciis  
Iudex datus / alias Pedaneus / vocatur de-  
legatus: à iudice iudex delegatus iudicis dandi  
potestatem non habet, idq; repetitur in l. unic.  
c. qui pro sua jurisd. ergo C.

Q. ex utraq; lege facile colligi, iudicem  
delegatum ibi non sumi proprie seu pro iudice  
jurisdictionis sed solum pro iudice cognitionis;  
eo ipso, quod huiusmodi iudex ibi prohibeatur  
dare alium iudicem, cum tamen id facere q. iudex delegatus  
possit, ut constat ex cit. c. super 27. de off.  
iud. deleg.

Urgebis: Cui mandata est jurisdictio transit  
omne officium jus dicentis, ut habetur in l.  
1. §. damus ff. de suspectis tutoribus; at in  
iudicem delegatum non transit nisi munus iudi-  
candi, cit. l. à iudice c. de iudic. ergo.

Q. in cit. l. à iudice c.  
L. in per iudicem delegatum intelligi debere  
iudicem datum; non vero eum, qui jurisdictionem  
delegatam habet; subdit enim imperator: nisi à prin-  
cipis iudex datus fuerit. Non dixit delegatus, sed

290  
datus. Igitur de iudice dato ibi questio versatur,  
non de iudice delegato.

Dicitur: Jurisdictio mandata ea est, quae in  
universum ad omnes, vel saltem ad omnes  
unius generis causas committitur, l. solet,  
ib. item l. 17. ff. de iurisd.; Et converso  
delegata jurisdictio ea est, quae ad unam  
terminandam causam datur l. cum prator ff.  
et l. à iudice C. de iudiciis, ergo.

Q. N. ant. nam per l. 1. ff. de offic. eius cui mandata, et l. cum  
scimus C. ubi et apud quem, satis declaratur  
vocabula illa mandata et delegata juris-  
dictionis in iure pro eodem usurpari, unde quod  
de uno dicitur, de altero etiā intelligi de-  
bet. Porro lex solet ib. et lex prator  
17. ff. de iurisd. solum voluit, quod Pra-  
tor possit omnem jurisdictionem mandare  
aut speciem unius; et quod tunc mandatus  
seu delegatus fungatur vice mandantis,  
nullatenus autem asserunt, quod Prator  
causam in particulari mandare non possit.  
Quod autem dicitur l. cum prator et  
l. à iudice intelligi debet de iudice dato,  
non de eo, qui delegatam habet jurisdictionem.

### Controversia 15.

Ex l. 1. tit. 32. de officio iudicis.  
et l. illicitas 6. §. 1. ff. de officio Praefidis.

Utrum iudex possit illum condemnare, qui  
secundum privatam scientiam est innocens  
publicè tamen probatur nocens, seu cri-  
minis reus?

In primis certum est, cum iudice teneri omnia me-  
dia tentare, ut reum liberare huiusmodi hominem  
liberare possit. 1<sup>o</sup> excoigando causas sufficientes  
ad repellendam accusationem. 2<sup>o</sup> maximè dexten-  
tate testes examinando exemplo Danielis, interrogando  
circumstantias loci, temporis &c. donec eos disidentes  
inveniat. 3<sup>o</sup> si fieri possit sine scandalo,

Angam incarcerationis probare ut auferre possit.  
4<sup>o</sup> Remittere causa ad iudicem superiorem  
et coram illo testificari innocentiam rei, quam  
ipse scit. 5. Si iudex sit supremus Princeps  
poterit ei poena mortis condonare. Ex quibus  
omnibus patet rarissime posse contingere,  
quod iudex non possit liberare eum, quem  
certo novit innocentem; Dato tamen illo  
casu, sic praferimus sententiam negativam  
affirmativam, unde sit

### Resolutio

Judex licite requirit condemnare eum,  
qui per testes legitime probatur reus cri-  
minis, quem tamen ipse iudex certo  
scit esse innocentem.

Prob. 1. Quia occidere innocentem est intrin-  
sice malum, sicut cognoscere non suam: sed ne-  
mo potest licite cognoscere, quem certo scit  
esse non suam, quantumvis probetur per legi-  
timos testes esse suam; et iudex pronuntiet  
esse suam; ergo nec etiam licebit, occidere inno-  
centem, quantumvis probetur nocens per falsa  
et apparentia testimonia.

Prob. 2. Quia infontem et justum non occi-  
des ut dicitur exod. 23. Neq. dicas; in casu  
nostro illum non esse infontem publica opinio-  
ne: nam haec etiam ratione Susanna et Naboth  
potuerunt dici Sontes et iniqui, cum tamen  
pleno ore pronuntiantur innocentes.

Oppones: L. illicitas 6. §. 1. ff. de offic. Praefidis  
dicitur: Praefes provinciae id sequa-  
tur, quod convenit eum ex fide eorum, qua  
probabuntur; ergo poterit seposita notitia  
privata secundum acta publica iudicare, ac  
proinde secundum ea innocentem condemnare.  
R. N. Cons. Nam cum ius praecipit, ut iudex pro-  
cedat, et puniat secundum probata, loquitur de iudice  
regulariter se habente, cui nempe non constat de delicto  
rei, nisi per allegatas probationes; de iudice vero inno-



292  
sententiam Rei certo cognoscente. / qui casus est rarissi-  
mus: / nullibi agunt jura. Aliunde etiā constat quod le-  
ges accommodari debeant ad ea, quae frequenter accidunt, l. 5. ff. de ff.  
Inst. Off. Pastoralis 28. §. 5. quia vero de officio  
judic. Deleg. ait Pontifex, quod Ordinarius senten-  
tiam ipsius Delegati ipsius Pontificis; et si sciat,  
eam esse injustam, exequi nihilominus teneatur; ergo  
etiam poterit iudex cum, quem scit innocentem, conden-  
nare, posito, quod per allegatas nocens probatus  
fuerit. Prob. conf. Nisi id liceret; tunc ideo,  
quia talis condemnatio esset injusta: at juxta c.  
pastoralis supra cit. licet ~~esse~~ exequi sententiam  
injustam; ergo etiam licebit saltem per accidens  
ferre sententiam injustam.

Q. Dist. min. Licet exequi sententiam injustam,  
si non sit notorie injusta. Conc. Secus Neg. min.  
alias possemus excusare carnifices Christū cruci-  
figentes, licet eum innocentem prorsus scivissent.  
Porro quod licet exequi sententiam injustam,  
si non sit notorie talis, ex eo liquet; quia exe-  
cutor suum iudicium potest submittere iudicio pro-  
cipientis executionem, et credere, quod licite et jus-  
te praecipiat; neq. enim ipsi examen sententiae con-  
mittitur, sed sola ejus executio mandatur.

Urgebis cap. cit. Pontifex expresse dicit, et si  
sciant sententiam injustam; ergo supponit noto-  
ritatem injustitiae.

R. N. Cons. Nam ut bene ait Sover l. 2. fr. 1.  
c. 2. §. 1 §. 5. Scientia in significatione jur-  
dica non semper in sensu philosophico, sed magis  
in sensu vulgari pro simplici notitia rei accipitur.

Inst. Per dictum cap. pastoralis auctoritas rei  
judicata adeo prevalere debet apud eum, cuius  
partes sunt rem judicatam exequi, ut fas ei non  
sit inquirere, num juste, aut injuste fuerit pronun-  
tatum; ergo etiam iudicis officium est potius fi-  
dem exhibere probationibus actorum, quae ex jure  
auctoritatem habent, quam his, quae privatim scit.

R. N. Cons. Quia fieri nequit, ut allegata et  
probata, quae iudex certissime novit esse falsa ipsi  
possint facere fidem. Præterea probationes juridicae  
solum adhibentur ad rei veritatem eruendam; cum igi-  
tur de opposito ipsi iudicis constat ea prorsus inutiles

Sunt.

At dices: Non debet plus credi uni testi, quam duobus, vel pluribus: Sed hoc fieret, si iudex potius his, qui privatim scit, quam qui publica probantur, fidem adhibere deberet.

R. Plus esse credendum uni testi, à quo certa habetur notitia, quam mille, qui falsa testantur, unde iudex inposito casu plus sibi credere debet, quam mille testibus.

R. D. Cons. N.

Iust. Iudex, quando sententiam fert, non agit, ut persona privata, sed ut publica; ergo nequit secundum privatam notitiam, sed secundum acta publica iudicare.

R. D. Cons. Nisi certo cognoverit acta publica esse falsa Con. Secus N. Nam omni jure cavetur, ut calumnia aliena, error publicus, aut similia, que injustitiam apertam reddunt, eliminentur, ut sic justitia et innocentia ubique regnent: quod tamen secus eveniret, si omni profusus casu iudex teneretur etiam contra propria sua conscientiam secundum acta publica ferre sententiam.

Dices: Ex hac doctrina sequi magnum absurdum, nempe, quod iudex possit condemnare eum, quem scit esse nocentem, licet per allegata probetur et declaratur innocens; nam ut antea insinuatum est, non tenetur iudex contra propria conscientiam ferre sententiam secundum acta publica, praesertim si ea cognoverit esse falsa; ergo hoc ipso secundum suam conscientiam, quae novit aliquem nocentem procedere poterit.

R. N. hanc sequelam; quia longe plus requiritur ad infringendum praeceptum negativum, quam affirmativum; Est autem absolutio nocentis solum praeceptum affirmativum, quod non obligat pro semper; at condemnatio innocentis imititur praecepto negativo non occides, quod obligat pro semper.

Virgebis: Propter bonum commune licet occidere innocentem, ut in oppugnatione Civitatis, cum

284  
diruitur turris, uel arx, in qua sunt multi inno-  
centes; ergo uerū non est, hoc præceptū negativū obligare pro semper.

**R.** Ibi non intendit directe occisionem innocen-  
tis, sed redactionem arcis hostilis, qua non de-  
bet relinqui, licet ex ea sequatur mors innocentis  
contra Principis uoluntatem. In presenti autem  
casu iudex directè et immediate intendit. Unde  
occisio horum innocentum solum est indirecta;  
atq; adeo secundum communem Doctorum senten-  
tiam in illo præcepto negativo <sup>non</sup> comprehensa,  
quo solum occisio directa, et qua fit sine mode-  
ramine propria tutela, uetatur.

*q. controversia* **Iust.** In presenti hypothese occisio non est directa,  
sed solum indirecta; ergo. Prob. Ant. iudex  
in hoc casu solum intendit seruare iudiciariū  
ordinem, ad quem conducere ipsi uidebatur occi-  
sio innocentis, atq; adeo directè uult obseruare  
prescriptum juris ordinem; indirectè uero, et  
per accidens ipsam innocentis occisionem.

**R. N.** quod in hac hypothese occisio inno-  
centis sit tantum indirecta; nam uerissime oc-  
cideretur innocens directè, cum <sup>iudex</sup> ipsa actione  
externā directè intendat in mortem hominis  
innocentis, et non in aliquid aliud; quodnam  
enim aliud obiectum assignari potest, quod  
directè et immediate intendat sententia iudicis  
condemnatoria ad mortem, quam occisio?

Neg. dicas: Observantiā iudiciarij ordinis, ac  
procuratiō<sup>nē</sup> seu conservatiō<sup>nē</sup> boni publici, hanc,  
inquam, observantiā esse obiectum hic imme-  
diatè intentum; nam

Contra est; quia sicut occisio nocentis à iudice  
directè intenditur; licet per eam etiam intendat  
seruare iudiciarium ordinem et procurationem bo-  
ni publici; sic pariter occisio innocentis erit di-  
recta, licet ad eundem finem à iudice ordinetur,  
aliòqui quodammodo excusari posset Dilatus,  
dicenda, quod Christum indirectè solum atq; adeo  
licite occiderit; directè autem intenderit impe-  
dire tumultum populi, et procurare bonū publicū.

285  
Dices: Dato, quod haec occisio sit directa; non  
tamen propterea statim dici debet illicita;  
nam potest aliquis propter sui defensionem  
directe occidere v.g. furiosum, eum volentem  
publica commune licebit iudicii etiam illum  
directe occidere, quem novit innocentem; si reus  
criminis per testes probatus fuerit  
R. N. Cons. Nam directa occisio hominis, iure  
ipso naturali licet, quando est necessaria ad  
defensionem propriae vita; vim enim vi repellere  
est hominibus et brutis naturale; at vero  
profus innocentem, infontem, ac nemini nocentem  
occidere semper est intrinsece malum, sicut  
cognoscere non suam; consequenter quamvis  
per testes reus criminis probatus fuerit, nun-  
quam tamen per condemnari poterit ab eo, cui  
perspecta est eius innocentia

Dices: Ergo S. Scriptura verificari requirit,  
qua dicitur, in ore duorum vel trium testi-  
um peribit, qui interficietur, deut. 17.

R. 1. ibi praecipitur, ne sine duorum testimonio  
aliquis damnetur; ideo enim subiungitur: na-  
mo occidatur uno contra se dicente testimonium;  
non tamen quod semper damnetur concurrentibus  
duobus testibus; possunt enim occurrere multa,  
propter quae illi non sufficiant.

R. 2. cum distinctione: In ore duorum vel  
trium testium peribit, qui interficietur, si testes  
presumantur deponere verum Con. si certum sit,  
eos deponere falsum N. Eandem responsione  
adhibe ad illud Math. 28. in ore duorum vel  
trium testium stat omne verbum.

### Controversia ib.

ex l. 1. 7. 34. de Treuga et pace  
et ex l. 3. ff. de just. et iur.

An liceat Principi christiano, si bello pre-  
matur ab alio principe christiano, foedus  
inire cum principe infideli, eumque in so-  
cietatem belli adsciscere.

Haec quaestio valde est controversa inter Do-

dores, alij <sup>quippe</sup> affirmantibus, alij vero negan-  
tibus, quos ut quidam in concordia reducant,  
hac utantur distinctione, videlicet per se  
quidem illicitum non esse foedus contrahere  
cum infidelibus, ab ijsq; auxilium implora-  
re adversus principes Christianos, plerumq;  
tamen hoc non licere per accidens propter  
scandala et damna, quae redundant in Ecle-  
siam; Verum hanc distinctionem fucus ob-  
jectam esse, et dicendis facile innotescet.  
Vade sit.

### Resolutio

Per se illicitum est Principi Christiano, si  
bello laesgatur ab alio Principe itidem  
Christiano foedus inire cum principe infi-  
deli, eiq; in societate belli adhaerere.

Ratio est I. Quia Deus populo Israelitico foe-  
dus cum infidelibus prohibuisse legitur exod.  
34. v. 12. Deut. 7. v. 2. ergo patet, quod  
huiusmodi foedera per se sint illicita.

II. quia omnis princeps Catholicus nequit sub  
peccato gravi cooperari directe vel indirecte  
ad ruinam Ecclesiae vel verae fidei, sed potius  
tenetur pro viribus impedire omne id, quod  
ad detrimentum Christianae Religionis vergere  
potest; neq; enim sunt facienda tam grandia  
mala, ut eveniant bona inania et transito-  
ria, quae sperantur; At certum est, quod per  
huiusmodi foedera bonum Religionis in ma-  
gno versetur discrimine; Unde propter tale  
periculum, quod nunquam abest, quotiescunq;  
huiusmodi foedera inveniuntur, ea merito tan-  
quam per se illicita censeri debent. Con-  
cedimus equidem, quod scandala et damna,  
quae occasione huiusmodi foederum redundant  
in Ecclesiam, sint aliquod accidens, et minime  
per se connexa cum hisce foedis pactionibus;  
at negamus ea non esse per se admodum peri-  
culosa; fieri enim nequit, ut Princeps fide-  
lis foedus inerat cum infidelibus adversus alium

Principem Christianum; quin eo ipso expo-  
nat Eulefiam ac S. Religionem discrimini ac periculo  
ruinae spiritualis; qui uero amat periculum  
prohibet in illo Eccl. 3. Igitur satis mani-  
festum esse videtur, huiusmodi foedera  
esse intrinsece mala ac per se illicita.

Oppones: Leges et iura permittunt defen-  
sionem corporis rerumq. suarum à quolibet  
fieri per textum in l. ut vim ff. de j. et j.  
l. j. C. unde vi. can. jus naturale dist. j.  
ergo poterunt Principes fideles, ut sa-  
ent regnum suum tueantur uti ministerio  
principis infidelis adversus principem  
Christianum, ac proinde cum in belli socie-  
tatem adire.

R. Leges illas duntaxat de defensionibus  
licite modo factis intelligendas esse, ut  
concludunt communiter Doctores in D. C.  
ut vim et D. C. j. C. unde vi. Haec autem  
defensio in presenti hypothefi licite modo fieri  
nequit, cum ei obstat lex divina ac bonum  
Religionis, quae omnem cum infidelibus bel-  
licositatem vetant, ut primum demonstremus.

Dices: Aliter plane olim consueverunt probi  
ac ff. viri; nam Abraham cum Abimelech  
gen. 21. Judaei cum Spartiatis. Moyses cum  
Hobab. Israelitae cum Aegyptiis. Josue cum  
Gabaonitis. Machabaei cum Romanis foedus  
facinere. Horum exemplum sunt secuti Impe-  
ratores, ac reges Christiani; nam Constan-  
tinus cum Gothis et Vandalis. Justinianus  
cum Saracenis. Plures Hispania reges cum  
Mauris. Franciscus I. et Ludovicus XIV.  
uterg. Rex Galliae cum Turcis foedus  
pepigerunt; ergo verisimile non est, quod  
huiusmodi lege divina sint prohibita. <sup>7</sup> foedera

R. ad 1. exemplum, Abimelech infide-  
lem non fuisse, ut sentit D. Ambros. l. j. de

Abraham c. 7. Sed esto, fuerit infidelis, non tamen ad belli societatem inter Abimelech et Abraham initum est foedus, sed solum ut Abraham misericordiam faceret cum Strige Abimelech: at qua vel umbra hic mali subest?

De foedere Judaeorum cum Spartianis, in eandem reddimus rationem; non enim ad belli societatem minus adversus fideles Principes ictum fuit, sed solum ad fovendam fraternitatem.

Foedera vero Moysis, cum Hobab, Israelitarum cum Aegyptiis, Josue cum Gabonitis non sunt ad propositum; cuius enim hic vel contentitii belli adversus principem fidelem et cum pernicie Religionis societatis species?

Foedus autem Machabeorum cum romanis improbat Rupertus l. 10 de vict. verb. c. 6.

Factum quidem eorum in Scriptura narrantum est; sed non laudatum. Verum quidquid sit, foedus hoc initum non est adversus fidelem Principem, aut in Religionis perniciem, nihil igitur ad rhombum nostrum.

Nec demum Constantini, Justiniani aliorumque foedera in contrarium adducta sententiam nostram infringunt; nam certum est quaedam illorum illicita fuisse, ne dicam impia; quae alia vero non in belli societatem, aut adversus Principem Christianum inita sunt.

q non esse ad propositum; quaedam vero indubie illicita fuisse, qualia praesertim fuerunt contra eum et Judaeos, et cum haec, foedera

~~Non dicitur in Gallia, hoc non debet approbari~~

Dices: si horum regum foedera fuerunt illicita, ergo rex David cum Achi Rege Geth infideli foedus inire potuit contra Saul principem fidelem; at tale foedus si Scriptura minime reprobatur, ergo rex, illicita, aut improbanda sunt aliorum Principum foedera cum infidelibus inita.

R. N. seq. maj. Quia David cum Achi nullum foedus pepigit contra Saul; nihil enim

aliud fecit David, nisi quod vita periculante  
ad regem infidelem salutis ergo contulerit.  
Iustabis: David ad pugnam adversus Saul  
ductus est, regis fidem suam pollicitus est,  
dicens: Nunc fides, qua facturus est servus  
tuus: 1. reg. 28. ergo David plane cum prin-  
cipe infideli contra saulem principem fidelem  
perigurat foedus.

Q. N. Cons. Nam illa pollicitatio valde sunt  
ambigua; ea ea quippe non tam colligere licet,  
quod David esset contra Saul pugnaturus,  
quam quod adversus ipsum regem Achin ar-  
ma verferus esset, quod et ipsi Satrapa  
Philistinorum merito veriti sunt, ut videre  
est, cit. 1. reg. 28.

Urgebis: Licet David contra Saul cum  
Achi pugnasset, minime peccasset; ergo fideles  
licite possunt succurrere infidelibus: At ubi fi-  
deles infidelibus succurrere possunt, poterunt  
vicissim infideles praesertim in bello justo juvare  
fideles, arg. l. fin. ff. de leg. 3. ergo.

R. 1. N. ant. Non enim licet juvare partes  
infidelium Principum contra fideles, ut facile  
colligitur ex c. 94. Julianus, causa 11 q. 3.

R. 2. Dist. Cons. Ergo possunt fideles succurre-  
re infidelibus, in iis, qua adversus Deum, Patriam,  
aut Religionem non militant Con. Scius Neg.  
Cons; quemadmodum facile arguitur ex cit.  
c. Julianus. Concludendum proinde est quod nul-  
lo pacto Principes fideles cum infidelibus bell.  
Societatem adversus alium Principem Christianum  
inire possint.

At dices: Licet Principi Christiano con-  
ducere milites infideles, ut se suumq; re-  
gnum defendat; ergo etiam licebit ei, ob  
eamdem causam foedus pangere cum infideli-  
bus Principibus.

R. N. Cons. Nam ex hoc icto foedere semper  
imminet periculum Religionis, ne videlicet sa-  
era profanentur, templa evertantur, Religio pes-  
sumdetur, ac Christiani cum summo perversionis  
discrimine in servitutem abducantur; qua pericula



cessant quando conducuntur milites, qui quamvis infideles sint; at tamen Ducibus Catholicis subduntur, ac facile in suo officio continentur. Urgebis: Principes Christiani non ideo paciscuntur cum infidelibus, ut Ecclesia aut vera fides periclitentur, sed ex alio justo fine, ut nempe se suorum regnum defendant; ergo si inde per accidens aliquod Ecclesiae detrimentum obveniat, id ipsis non est imputandum. Prob. Conf. Nemo est arguendus peccati ex eo, quod non se contineat ab actione, ex qua praevidet per accidens ac prae intentionem malum sequi, dummodo iusta habeat causam, <sup>nam</sup> excusandj, quod variis probari potest exemplis. Nam 1. Qui usuram foeneratori, pressus necessitate promittit, peccati alieni, commissarij, iniquitatis usuraria non fit reus. 2. Mulier moderato vestitu ex causa prodians, non est moraliter impudica voluntatis causa, quia se se ab alio appetendam praevidet. 3. Respublica non tenetur cadis innocentium, quos Tyranno alioquin sibi exitium intentanti tradit, aut saltem extra civitatem eiecit, quamvis videat, eos injuste ad necem esse rapiendos; ergo nec funesta Religionis mala, quae ex malitia infidelium ac prae intentionem Principum fidelium cum ipsis infidelibus paciscantium obveniunt, sunt ipsis imputanda in peccatum.

Q. N. Cons. et paritatem; nā imprimis, quò ad prima duo exempla constat actiones huiusmodi per se licitas esse, et malum, quod inde per accidens sequitur, ex propria ejus, qui illud patitur, voluntate proficisci; Lubricus quippe ex conspectu pulchrae mulieris; Usurarius vero per petitionem usurae delinquentes, non nisi sua perversa voluntate peccatum adscribere debent; at vero foedera cum infidelibus inita; eò quòd Christiana Religioni adversentur, per se illicita esse videntur; unde et merito lege divina prohibita sunt, Exod. 34. v. 12. Deut.

7. v. 2. Præterea mala, quæ ex ejusmodi societa-  
te enascuntur, non volenti sed nolenti, Ecclē-  
siæ videlicet, cui talia foedera proorsus inuisa  
sunt, inferuntur.

Quod verò spectat postremum exemplum, ex ipso  
jure natura constat, melius esse, ut unus, quam  
ut tota Respublica pereat; unde nemo sana  
soluta existimaverit, Respublica potius eli-  
gendum esse, ut ipsa funditus excidatur, quam  
ut permittat innocentem à Tyranno trucidari.

At quis si sana sit mentis, dicere poterit,  
quod commoda vel incommoda, quæ pro suppe-  
ditis Principum infidelium afferuntur, tanta sint,  
ut judicari possit, quod jure <sup>merito</sup> catholica Ecclēsia, et  
ipse Sponsus ejus Christus universa illa Ecclēsia, sa-  
cilegia, nefandasq; sua Religionis depopulationes, fi-  
deiq; ipsius excidium potius debeant pati, quam quod  
~~occurrit~~ <sup>temporalibus</sup> ~~intacta~~ ipsi <sup>et</sup> Principes à <sup>hujusmodi</sup> com-  
modis sibi procurandis, aut incommodis vitandis  
abstinere debeant. <sup>quæ</sup> quod ~~com~~ <sup>intacta</sup>  
~~ipsi~~ <sup>et</sup> Principes ab hujusmodi. Quid enim? An  
politicus, temporalis regni transitorij status  
Religionis excidio, Ecclēsiæq; Stragi præponderan-  
dus est? quisquis hoc dixerit, impium, aut Athē-  
istam se prodit.

Just. Ex his quidem satis aperte demonstrari, per  
se illicita esse hujusmodi foedera, ubi nulla, ea  
inveniendi, cogit necessitas, seu, verò, sibi quis ne-  
cessitate ~~pro~~ se tuendi pressus, et ab omnibus  
principibus fidelibus repulsam passus, non nisi  
apud infideles invenit auxilium; nam necessi-  
tas urgens legibus etiam divinis subiecta  
non est, e. quod non est licitum de R. d. ~~est~~

Sabbatum quippe custodiri præceptum est divinum,  
et tamen Machabæi necessitate compulsi sine culpa  
in Sabbatho pugnabant. Item comestio panum  
propositionis Laicis divina lege prohibita  
erat, et tamen David urgente fame impune panes  
propositionis comedit; ergo à pari discurrendum  
est in præsentis hypothese.

R. N. ant. ad rationem adiectam dico, verum esse,  
necessitatem urgentem legibus etiam divinis non esse  
subiectam, modo tertio alicui præsertim Ecclēsiæ nul-  
lum inde enascatur detrimentum, aut ruina spiritualis;

Secus enim dicendum; Unde quia Machabaeorum bella Sabbatho inita, ac comestio panis propositionis per Davidem facta nemini profus praedictum afferbant, facile est concludere, siue Machabaeos, siue Davidem propter urgentem necessitatem apud Deum tanquam sua legis transgressores minimè reputatos fuisse; at vero foedera cum infidelibus adversus Principes Christianos ita sunt Ecclesiae sumè nociva; unde non videmus quo pacto ab ejus sponso Christo approbari possint.

Urgebis: Deus ad puniendum populum Israeliticum ministerio Gentium saepe usus est, non obstante, quod per hoc Gentium ministerium sacra Religio profanaretur, atq; Religio sumò discrimini exponeretur; ergo pariter poterit Princeps fidelis ad puniendum injustum invasorem uti ministerio infidelium, atq; cum eis inire belli societatem, licet forsitan Ecclesia inde quoddam patiatur detrimentum.

R. N. cons. et paritatem; nam Deus jure non jure defensionis, sed jure absoluta potestatis illi usus est; impar autem est nostra potestas divina, illa immensa, universalis, et plena sapientia; nostra verò tenuis, restricta, ac innumeris obnoxia erroribus; Licet igitur Deus ministerio Nabuchodonosoris, Antiochi, ac similibus infidelium ad plectendum usus sit, nobis tamen illorum societas, atq; auxilium, si Christiani non tantum dicit, sed esse voluerimus, profectò vitandum est.

Dices: Canes, id est, infideles in Ecclesia propter pacem Ecclesiae tolerandi sunt, Can. quidem 22. q. 4. ergo verum non est, quod eorum societas aut auxilium à nobis Christianis sit vitandum.

R. D. Ant. Tolerandi sunt, si subiecti fidelibus quiete vivant, nihilq; contra Christianos moliantur, Con. Ant. Secus N. ant. et cons. Præterea aliud est tolerare infideles, aliud cum eis, ut pro defensoribus habeantur, inire foedus; ex illo namq; pax nemini nocens, sed omnibus proficua oritur; ex hoc verò bellum et dispersio Christianis ac Christianæ Religioni admodum nociva emergit. Quamvis igitur infideles in Ecclesia nonnumquam supportandi sint, at foedera cum principibus infidelibus inita ab eadē Ecclesia minimè tolerari possunt.

Urgebis: Christiana Religio ob talia foedera magis emolumentum quam damnum consequitur, nam tunc Clerici ac Religiosi libere agunt apud infideles cum magno Christianæ Religionis incremento; ergo S. Mater Ecclesiae hujusmodi foedera merito tolerare debet.

R. Non esse facienda mala ut eveniant bona, Rom. c. 9. Unde S. Religionis everio vel in minimo oppido Christiano, cum sit grande peccatum, per conversionem omnium infidelium compensari nequit.

7 plebem suam

## Controversia 17.

ex lib. 1. tit. 37 de pactis.

An ex pacto nudo in jure cano-  
nico concedatur actio?

Suppono pacta nuda jure civile non  
approbare, nec iis actionem concedere C. 7.  
§. 4. ff. l. 10. C. h. t. ne, cum sint  
frequentissima, occasione illorum tri-  
bunalia litibus abundant. In autem  
de jure Canonico idem sentiendum  
est, controuertitur.

### Resolutio

Pacta nuda in jure Canonico non  
pariunt actionem.

Ratio est; quia inter jus canonicum  
et civile nulla est constituenda diffe-  
rentia sine expresso testu, uti constat  
ex C. 1. de non oper. nuntiat. Sed  
jus civile non concedit actionem, ut liquet  
ex mox adducta C. 7. ff. et l. 10 C. h. t.  
neq. in jure Canonico hujus actionis ul-  
lus inuenitur expressus testus, ergo.

Deinde non alia ex causa in jure civili  
denegatur actio ex pacto nudo, nisi  
ut minuantur lites. Sed haec ratio,  
cum sit aequissima, procul dubio etiam  
locum sibi vindicare debet in jure  
canonico; ergo.

q. sicut in jure civili, sic pariter

Oppones d. Cap. i. h. t. omnia pacta  
servari jubentur; ac proinde eis debetur  
actio;

7 l. 5. § 2. ff. de solut.

R. N. Cons; nam etiam in jure Civi-  
li pacta generaliter praecipuntur  
servari; et tamen ex pacto nudo de-  
betur actio, ut iam dictum. Aliud igitur  
est, ut bene advertit Smar (l. 3. c. 1.  
n. 44. servare pactum, quod etiam ju-  
bet lex civilis; aliud actionem ex pac-  
to concedere, quod neq. lex civilis, neq.  
Canonica constituit.

Dicas, in <sup>dicto</sup> Cap. i. h. t. haec for-  
maliter leguntur: aut imitas pacta sua  
obtineant firmitatem, aut conventus Ec-  
clesiasticam sentiat disciplinam; sed  
ly conventus importat conventionem  
in judicio, quia fit per viam actionis;  
dicendum igitur, quod nuda pacta, si  
non serventur, in jure canonico pariant  
actionem.

R. N. nisi universaliter Sumatur;  
eo quod conventio in judicio possit fieri  
per denuntiationem Canonice, ac imple-  
rationem judicis Ecclesiastici, qua de-  
nuntiationem hic denotari verisimile  
est.

Neq. dicas, hanc responsionem esse in-  
sufficientem; quia conveniri ex voca-  
buli proprietate quis dicitur, si contra  
eum actio instituat arg. l. quoties  
ff. Si quis cautionibus c. ergo.

R. Licet in dicta lege Conventio Strictè  
Sumatur, nimirum pro actione judiciali; non  
tamen inde sequitur, quod illud vocabulum  
pro hujusmodi actione ubiq. sumi debeat;

nihil enim obest, quin non subinde pro  
actione improprie dicta, seu imploratione  
iudicij ~~partis denuntiationis, conventus accipi~~  
possit, quemadmodum fit, quando pra-  
missa denuntiatione Canonica quae  
denotat Reum; sic enim conven-  
tus saepe saepius Ecclesiastica sentit  
disciplinam.

At dices: Nunquam verba legis sunt  
improprianda, sed semper secundum  
propriam significationem sumenda,  
nisi aliter constet de mente legis-  
latoris C. 1. aliter C. 9 ff. de Legat.  
sed conventio, seu conventus proprie  
denotat actionem; ergo.

R: Conventio seu conventus est  
verbum ambiguum, et non minus dici  
potest de eo, qui per actorem coram  
iudice comparere compellitur, quam  
de eo, qui per ipsum iudicem con-  
venitur: prima quidem acceptione  
formaliter arguit actionem; et se-  
cunda ad summum praesupponit denun-  
tiationem canonicam. Cum igitur  
incertum sit, an in d. cap. 1. h. l. vo-  
cabulum conventus arguat actionem  
judicalem an potius denuntiationem  
canonicam, hoc posterius potius pra-  
sumendum est, quam prius, ne ponatur  
discordia inter jus civile et cano-  
nicum. sine expresso textu, quod ca-  
vetur C. 1. de Nov. oper. nunt.

Replicabis, inter jus canonicum et civile  
in hac questione necessario ponendum

esse discrimen, eo quod ex non servato  
pacto peccatum committatur, de quo licet  
judicare nolent Tribunalia Civilia  
bene tamen Ecclesiastica, Ecclesia que  
pe iudicat de omni peccato c. novit is  
de iudiciis: atq; adeo jure merito li-  
cet inferre, quod etsi ex pacto nudo  
jure civili non datur actio, bene ta-  
men jure Canonico.

R. Licet Ecclesia judicium suum de  
peccato interponat, non tamen inde  
necessario sequitur, quod actionem pro  
tali judicio exercendo concedat, cum hoc  
exercitium fieri possit, si vel sola de-  
nuntiatio canonica, vel imploratio ju-  
dicii promittatur.

Instabis. Magis consulitur conscien-  
tiis, validiusq; peccata proscribun-  
tur, si datur actio, quam si solum  
concedatur denunciatio canonica; ergo  
cum Ecclesia salutem civium, cui ob-  
stant peccata, pro fine habeat, manifestum  
est, quod actionem ex non servato pec-  
cato, atq; adeo ex delicto commisso concedat.

R. Non esse faciendam bona, ut eve-  
niant mala, cum igitur certum sit, quod  
ex nimis actionibus concessis, Tribu-  
nalia obruantur litibus, quibus  
bonum spirituales magnum damnum  
pati solet; hinc aequius est, hujusmo-  
di actiones minuire, quam multipli-  
care, praesertim cum adhuc suppetat  
remedium, quo satis peccata elimi-  
nari possint; nimirum imploratio offi-  
cij iudicis, ac denunciatio canonica  
prout videre licet c. 3. h. d.

407 Sicuti non sunt  
facienda mala ut  
eveniant bona c.  
ex huanu de sorti-  
lagis. 17. q. 5 per tot.

At inquires: Ex eo capitulo potius argui  
debere actionem, quam solam denun-  
tiationem canonicam; ibi quippe dici-  
tur: Studiose agendum est ut ea, qua  
promittuntur, opere compleantur. Vbi  
particula studiose, cum ad iudices ma-  
xime referatur, clare indicat, quod ipse  
ex pacto nudo, non solum denuntia-  
tionem, sed etiam actionem concedere  
debeat; sic enim eo firmitus et stud-  
iosius ea, qua promittuntur, opere con-  
pleantur.

Et illa verba studiose agendum est  
non tam ad iudices, quam ad privatas  
personas referri; loquitur enim su-  
mus Pontifex in genere, unus vultus,  
quod quilibet studiosus in eo esse  
debeat, ut illud, quod promittit, opere  
compleat, ea quibus verbis actio  
ex pacto nudo argui nec debet nec  
potest. Deinde dato, quod ad iudi-  
ces illa verba referantur, non tamen  
ex his plus inferri potest, ut aduersus  
König in h. t. n. 54. quam quod ob  
non servatum pactum imploratione  
iudicis facta, ipse iudex curare de-  
beat, ut promissa seu pacta serven-  
tur.

Dices iterum: In omnibus ferme lo-  
cis praesertim in Germania datur actio,  
seu conditio ex pacto nudo in foro  
ecclesiastico, quod signum est, jus ca-  
nonicum hanc actionem concedere pra-  
sertim per C. d. c. 13. h. t. ergo.

Et Hodierna praxi id etiam verum  
esse in foro civili, quin tamen li-  
ceat inferre, <sup>quod</sup> jus civile pacto nudo  
concedat actionem. Itaq, pactata



consuetudine plurimarum locorum pro-  
sertim Germaniae, fatendum est, quod  
licet per leges ex pacto nudo nulla  
oriatur actio, nihilominus iam  
utroque foro concedatur actio seu  
condictio ex moribus et praxi. Cuius  
cit. n. 54. Smier l. 3. tr. 3. c. 1. §. 1.  
§. 5. n. 47.

### Controversia 18.

ex L. 1. Tit. 35.

Item ex l. 1. §. 7. ff. de Senatus Cons. Muced.  
De pactis.  
An filiusfamilias ex mutuo  
accepto in foro conscien-  
tia constringatur.

Nota. Contigit Roma, ut quidam  
Macedo filiusfamilias mutuas  
pecunias daret, quibus deinde corrup-  
tos mores induerent, et, ut mutuum  
solvere possent, vitam parentum infi-  
diarentur; Quare. Scito statu-  
tum est, ut huiusmodi creditoribus  
negetur actio efficax, et filiusfamili-  
as contra eos perpetua exceptio con-  
cedatur l. 1. §. 7. §. ff. de Scito  
Maced. Cessat tamen hoc Scitum  
I. Si filio sint bona castrensia vel  
quasi. II. Si communi errore cre-  
debatur sui esse juris. III. Si mu-  
tuum non constiterit in pecunia nu-  
merata. IV. Si ea sciente patre  
mutuata sit. V. Si in utilitatem  
patris versa sit. Et haec in foro  
externo indubitate procedunt, sed  
an idem obtineat in foro interno  
celebris est inter Doctores controversia

29  
Resolutio

Filius familias, licet sit iam ma-  
jorem sine consensu patris au-  
torem accipiens neq; in foro inter-  
no tenetur ad restitutionem.

Prob. Lex et publica potestas po-  
test ex publica et justa causa potest  
contractu irritare, actionem dene-  
gere, dominium de uno in alterum  
transferre, sicut ex proscriptio-  
nis lege perspicuum est; Sed  
haec irritatio, cum sit justa non  
solum habet locum in foro exter-  
no, sed etiam interno. ergo C.

Confirmatur. Quia ad aliquin  
per tale. Et tum reipublica pa-  
trium consultum est, si quos lex  
civilis ab obligatione absolvit, lex  
conscientia sub salutis periculo cons-  
tingeret.

Oppones d. Senatusconsultum  
Maced. non nisi in foro externo vim  
obtinere, minime vero in interno  
manifeste exprimitur C. 10 ff.  
de S. Maced. his verbis: quia  
naturalis obligatio manet: ergo.

R. N. ant. Nam licet naturalis  
obligatio maneat, atq; adeo filius-  
familias ex mutuo accepto natura-  
liter ad solutionem tenetur, nihilo-  
minus haec obligatio sit inefficax,  
eiusq; impeditur effectus per legem;  
exceptione quippe legis civilis actio  
repelli potest, n. tantum in externo,  
sed etiam in anima iudicio ubi leges  
caesareae in vigore sunt. Laym in Theol.  
moral. de pactis C. 5. n. 4. Engel. C. j.  
tit. 35. n. 38.

At dices: Si hæc obligatio fuerit  
inefficax per legem, ejusq; impediretur  
effectus, tunc posset filiusfamilias  
solutum repetere; sed repetere non  
permittitur l. g. ff. de Sc. Maad.  
ergo. P. Maj. quia quidquid sol-  
vitur per errorem repeti semper  
potest l. quod indebit. 7. et l.  
quod pupillus. 41. ff. de condic.  
indebiti; ergo.

Q. Licet vi adductarum legum,  
quidquid solvitur per errorem, re-  
peti possit, aliter tamen res se ha-  
bet, quando lex specialis in certo  
casu repetitionem soluti prohibet,  
prout contingit in cit. l. g. Porro  
nil est inconviens ait Engel l. cit.  
n. 38. Si lex aliquos obligationis  
effectus tollat, et aliquos toleret,  
ut si deobliget filiumfamilias  
à restitutione mutui, non tamen  
ei permittat, ut si mutuum solvit,  
solutum repetere possit; eò quod  
periculū, ad quod respicit Sc. tum  
cesset, si filiusfamilias creditori  
suo satisfecerit.

Replicabis: Hoc Senatusconsultū  
non tam ad periculū, quod v. g. im-  
minet parentibus C., quam in odiū  
et poenā foeneratorū respicere;  
ergo exceptio in eo concessa non  
est extendenda à foro externo ad  
forum internum; ad id enim sunt  
restringenda Reg. J. in b. 15. in b.

Q. Hoc Sc. tum non nisi remota  
ac per accidens in poenā foeneratorū

in reperiisse, principaliter vero spectasse favorem in parentum, nempe conservatione vita eorum, cum filiorum familias propulsationem scilicet corruptorum morum, cum igitur favores sint amplian- di causa leg. ideo merito exceptio per Sc. tu concessa extendi debet a foro externo ad internum.

Neg. dicas: Iniquum esse, ut beneficium mutuantis cedat ei in poenam et damnum, cum igitur vi huius Sc. tu beneficium mutuantis fiat ei poenale et damnosum, con- sequens est, quod favere videatur iniquitati, ac proinde non est, cur exceptio per dictum Sc. tu a foro ex- terno ad internum extendi possit.

Q. Beneficium dici non debere cuius ope boni mores corrumpuntur, et vita parentum in discrimen ponitur, merito igitur per leges huius mu- tuantis factis correspondere debet poena, cum illud non vacet a cul- pa.

At dicas: Si constitutio Sc. tu est poenalis, ergo filius familias se eadem tueri in conscientia non poterit ante sententiam iudicis de- claratoriam; leges quippe poena- les ante iudicis sententiam non obli- gant in foro conscientiae.

Q. Leges poenales non obligare quidem ante sententiam iudicis quidem in conscientia, quando ad executionem poena externum hominis factu requi-

ritur, secus vero, si nullum requiratur,  
quemadmodum hic contingit. vide Ex-  
gel. c. j. tit. 2. §. 3. n. 42. et  
43.

Neg, rursus dicas: Ex hoc sequi,  
quod ~~quod~~ filiusfamilias possit  
locupletari cum damno alterius, cu-  
in quo nummi mutuati adhuc ex-  
tarent, aut in utilitatem proprii  
peculii conversi fuissent, sed hoc  
pugnat contra Reg. 48 §. in 6., qua  
nemine vult locupletari cu iactu-  
ra alterius; ergo.

R. Pro eo casu non esse verissimi-  
le, quod S. C. Maad. voluerit ab  
illa aequissima regula, quod nemo  
debeat cu alterius damno locupleta-  
ri, recedere, et filiumfamilias a  
solutione reddere securum; quod  
eo verius dicitur, quo magis cessat  
ratio S. C. i., et neg, enim tunc quid-  
quam subest causa, cur filius mutui  
solutionem, debeat vitae parentum  
infidari, neg, malis corruptus mo-  
ribus dici debeat, cum pecuniam  
servant, aut utiliter et fructuose  
impendent.

At inquires: cit. l. g. ff. §. 2. expres-  
se haec leguntur: qui filiofamilias  
credidit, decreto amplissimi ordinis  
actio denegatur, nec interest con-  
sumpti sint nummi, an extant in  
peculio; ergo patet est, quod Sena-  
tus consulto filiumfamilias a res-  
titutione mutui liberet, etiamsi inde  
factus sit ditior. Ex quo consequens est  
quod haec S. C. constitutio, solum in foro ex-  
terno, non in interno locum habere debeat,  
cum recedat a sacris Canonibus Reg. c. 48. §. in 6.

305  
R. Cū Inier de contract. c. 3. Sect.  
1. n. 25. hanc legem esse intelli-  
gendam, quando periculum imminet  
re nummi, qui adhuc extant malè  
impendantur, tunc enim filius non  
cepsetur evasisse locupletior; et  
ideo exceptione Senatus Consulti se-  
lueri potest: aliud tamen esset, si  
ornamenta sint comparata pro ra-  
tione dignitatis paterna, vel  
penul pecunia sint iam mixta cū  
penulis sine periculo eas malè  
expedendi, tunc enim S.C. cessa-  
re ex aequitate naturali: verosi-  
milis est. Et certe filius fami-  
liaris non debet esse melioris con-  
ditionis, quam pupillus contra  
quem, si factus sit locupletior,  
ex contractu sine consensu Tutoris  
inhibito, datur efficax actio l. pupit-  
lus 5. in pr. ff. de author. Tutor.

Dices iterū: Non obstante illa regula  
~~de aequitate~~ quod nemo de-  
beat locupletari cū damno alterius,  
nihilominus Lex est domina rerum  
et potest alicui dominium ex justa  
causa auferre et alteri adjudicare,  
ut supra dictū; ergo id fecisse  
S.C. in poenā foeneratorū citata Lex  
9 ff. §. 2. satis manifestū facit;  
ergo.

R. In casu locupletationis, si non  
verisimilis, saltem probabile est,  
quod Lex irrevocabile dominium  
pecuniae mutuatae filiofamilias nolue-

rit concedere, in dubio autem or  
dinariē melior solet esse conditio  
ejus, qui certat in damno vitando,  
quam qui de lucro captando quam  
admodum ait Engel de pact. l. j.  
§. 35. n. 39.

Sed quid dicendum, si is, qui pecuniā dedidit  
ignorat scilicet maced. constitutionem?

R. Cum Engel cit. l. n. 40. SC tum  
eo casu plerūq; cessare, nam l. 4. et 8. ff.  
de j. et facti ignorant. dicitur, quod  
error juris non profit quidem in lucro  
seu acquirere volentibus s. v. g. si quis  
putaret, ex errore juris possessionem  
longi temporis sine bona fide, aut ti-  
tulo sufficere ad prescriptionem: ex  
causa tamen à poena, et non nocet  
in damnis amittenda rei sue. Si  
tamen muticus scivisset, filiūfami-  
lias pecuniā abusuū, tunc propter  
ejus delictū, non est ei contra SC tum  
subveniendū arg. ex l. <sup>Regula</sup> §. ff. de  
j. et facti ignorant. ubi dicitur: mu-  
tices non laedi, atq; adeo eis succur-  
rendum esse. Nō sicubi non est delictum  
sed juris ignorantia: si igitur muticis  
ribus non prodest juris ignorantia ubi  
simul est delictū, profecto minus pro-  
derit foeneratoribus.

Quid si filiusfamilias scito, renun-  
tiavit? R. non posse, si quod hoc se-  
natuconsultū maxime in favorem  
parentum sit introductū, quorum  
juribus assistere non possunt filii.  
Quod etiā verū est, licet hoc rean-  
tatio fuisset juramento firmata,  
quia sicut reantatio simplex ita  
et juramentum ei adiectū videt in  
prejudiciū parentū; cum huiusmodi

309  
si renuntiatio probeat occasionem  
infiduciandi vite paterna; juramen-  
tum autem non est vinculum inti-  
mitatis, nec est obligatoria quod  
contra bonos mores, vel in praejudi-  
cium tertii constitutum est. cap.  
veniens 13. de iurejur. C. non est  
obligatoriu 58. de leg. juris in 6.

### Controversia 19.

Ex tit. 37. de postulando.

An advocatus possit suscipere causa  
minus probabilem?

Suppono, quod, quando causa unius  
terre nihil habet probabilitatis, ut  
sua sit moraliter spes in ea obti-  
nenda, non liceat eam advocato sus-  
cipere, quia in causa esset, quod sine  
fructu a suo cliente tempus et  
pecunia expenderentur. Difficultas  
igitur tota in eo versatur, quan-  
do causa utriusque est probabilis, al-  
terius tamen probabilior, an scilicet  
possit advocatus defendere minus  
probabilem?

### Resolutio

Potest advocatus suscipere causa  
minus probabilem, dummodo cliens  
moneatur de sua minori probabi-  
litate.

Ratio est, quia advocatus gerit  
vices litigantis, sed potest litigans  
illo casu sententiam postulare a  
iudice, suas rationes exponendo, ergo  
et advocatus per reg. juris 68 in 6.

Confirmo. Quia saepe minus pro-  
babilia sunt vera, et magis proba-



bilia sunt falsa; ergo licet ad-  
vocato causa sui Clientis patro-  
cinari, quāquā ipsi videatur mi-  
nus probabilis; quia forte judi-  
ci apparebit magis probabilis,  
imò vera cui ipse Advocatus to-  
tā rem decernendā, et definitien-  
dam committit.

† Dixi, dummodo cliens monatur  
de sua minori probabilitate.  
quia cliens sic monitus forte  
aut aliū eliget Advocatū, aut  
causā non prosequetur.

¶ Oppones 1. Judex tenetur, sen-  
tentia ferre pro parte probabilis-  
si; ergo Advocatus non potest  
defendere causā minus probabi-  
lem. Prob. Cons.; quia hoc esse  
petere à judice id, quod judex  
licite non potest.

R. N. Cons. Neq; enim Advocatus  
petit à judice ut judicet pro  
parte minus probabili, quod utiq;  
esset illicitum, sed solum conatur  
suadere partem sui clientis esse  
veriorē, quā reuera à parte rei  
potest esse verior; potest enim  
fieri, ut rationes, quae Advocato  
videbantur minus probabiles, ap-  
pareant judici probabiliore, ut in  
dictū.

Dices: Ergo eodem modo posset  
Advocatus defendere partem im-  
probabilem, ut suadeat judici, illā  
esse probabilem; sed hoc prohibe-  
tur arg. Auth. hodie jurantis  
§ Patroni C. de judiciis; ergo.

R. N. Seq. Maj. quia in hoc casu  
iā foret iniquitas clientis, qui  
petit, vel defendit rem non suā; in  
nostro autem casu supponimus in-  
tervenire judiciū probabile de jure

in Clientis, quod sufficit, ut non  
defendat re injustam.

At replicabis, causa minus proba-  
bilen comparata probabiliori fie-  
ri improbabilem; ergo.

Int. Prob. Quia causa probabilior  
majora habet motiva, quam minus  
probabilis: sed majora motiva  
vincunt, et elidunt minora; ergo  
etiam causa probabilior vincit, et  
elidit minus probabile; et sic de  
minus probabili fit improbabilis.

R. N. min. Quia motiva majora  
et minora mutuo se excedunt secun-  
dum aliquid, id est, unum habet aliam  
specie vim movendi, quam non habet  
alterum: ergo mutuo se non elidunt,  
praesertim si sint dissimilia. Et certe  
si motiva majora eliderent minora,  
tunc causa, pro qua sunt motiva  
majora, erit certa, quod est contra  
suppositum. loquimur enim de con-  
flictu causa probabilioris cum  
probabili; non vero certa cu impro-  
babili.

Oppones 2. Ad justitiam belli  
non sufficit, quod secundum opinionem  
probabilem habeas princeps jus alie  
quod contra alium, pro quo stat  
probabilior sententia; ergo nec  
Advocatus movere potest literas  
illi, qui habet probabiliorē causa.

R. N. parit. Quia Advocatus  
non est judex, sicut Princeps, qui  
du bellum infert, munus judicis im-  
plet; est enim bellum executio sen-  
tentia; at judex tenetur sequi

probabiliora; Advocatus autem non militat sententiā esequendo, sed solū proponit rationes, ut favorabilem sententiā adipsi possit.

At dices: Advocatus sic proponendo rationes minus probabiles intendit, ut suam principalem causam obtineat cū minori iure, sed hoc est illicitum, ergo.

R. N. min. Nam solū proponit rationes ad experientiam, an patet forte appareant probabiliores, vel q̄ probabiles, rationibus contrariis, quod illicitum non est.

Dices iterū: Quod si iudex et iur. consiliariis sūt rationū ponderandum incapaces, et hoc non latet advocatorum.

R. Quod pro hoc casu non possit Advocatus defendere causā, quam existimat minus probabilem, eo quod tunc directe intendat, ut iudex <sup>pronuntiet pro hoc</sup> ~~ponderet hoc~~, quod est minus probabile, quod non licet.

Oppone 3. favendum esse regi, cum sunt partium iura obscura Reg. iuris in 6. Item favendum est ei, cui favent iura, sed iura favent habenti causa probabiliorem; ergo et advocatus ei favere debet.

R. ad 1. hanc regulam tantum pertinere ad iudicem, qui debet inter utraq; partem ius constituisse, atq; ad eo ei parti favere, cui secundum q̄ ius est faciendum, non vero

ad Advocatum, cui sola incumbit  
suscipere causam defendendam, quam  
non judicaverit improbabilem: hoc  
patet ex communi consuetudine bo-  
nom. Advocatorum, qui neq. à iuris  
et doctis Confessariis ob id dam-  
nantur.

R. ad 2. breviter cum Fichler in h. l.  
cum distinctione: favendum est ei  
cui fauent jura vera C. appa-  
rentia tantum et existimata N.

### Controversia 20.

Ex lib. 1. tit. 40 De  
his, quae ex metu causa  
fiunt

An contractus metu cadente  
in virum constantem facti validi  
sint de jure naturae ac positivo?

Circa hanc controversiam triplicem repe-  
rimus sententiam: 1. na docet huius-  
modi contractus irritos esse, quando sal-  
tem metus est injuste incussus a contra-  
hente ad extorquendum consensum. 2. da  
distinguit et docet, contractus onero-  
sos validos quidem, et gratuitos irritos  
esse de jure naturae. Tertia denique  
sive onerosos, sive gratuitos contractus  
validos omnino asserit de jure  
naturae quae positivo. Ita communi-  
ter Canonistae cum quibus sit

### Resolutio

Contractus metu gravi, et injuste in-  
cussio irriti sunt de jure naturae et positi-  
vo validi.

Ratio est, quia quod ex metu fit,  
voluntarium simpliciter est, licet  
mixtum cum aliquo voluntario imper-  
fecto; hinc, qui ex metu mortis adorat

idolum, voluntarie id facit, et mortaliter  
peccat. Et qui ex eiusmodi metu  
baptizatur, vel suscipit ordines, volun-  
tarie et valide operatur. Unde et  
matrimonium tali metu prob contrac-  
tu probabiliter validum esset jure  
naturali nisi ab Ecclesia fuisset  
consensus irritatus. Non ergo deest  
voluntarium requisitum ad valorem  
actus propter metum incussum.

Confirm. Quia consensus metu  
injusto extortus non minus est vo-  
luntarius, quam metus ab extrin-  
seco vel extrinseco juste incussus.  
Sed hic secundum omnes contrac-  
tum validum relinquit. ergo et ille  
Et hoc de jure naturali procedunt.

Porro de jure positivis res videtur  
certa ex c. Abbas 2. et c. ad audien-  
tiam 4. de his que vi metusq. causa  
fiunt. Facit etiam textus in §  
verbi gratia d. instit. de exceptioni-  
bus ubi imperator ait: Si metu coactus  
stipulari sitis promissisti, quod non  
debueras promittere, palam est jure ci-  
vili te obligatum esse. ... sed ini-  
quum est te condemnari.

Oppones. d. Contra dictamen rationis  
est, ut aliquis ex injuria alteri illata  
ferat commodum. Sed hoc contingit  
vel si contractus metu gravi injuste  
incusso inibi valeret, ergo

Q. N. min. Quia optabilius est me-  
tum passio, si contractus valeat, quam  
si hoc ipso sit nullus, nam vel est ipse  
noxius, vel utilis. Si noxius, potest  
petere rescissionem, vel rescissionem  
dammorum, quam pollicentur jura.  
Si utilis potest obligare alterum ad ob-  
servandum contractum, quod non posset,  
si contractus nullus esset.

At dicitur jus non potest nasci ex injuria  
sed si contractus causati ex metu in-  
juste incuso essent validi, jus nas-  
ceretur ex injuria: ergo

R. Neg. Quia injuria non est cau-  
sa immediata contractus, sed consen-  
sus agentis, qui subsistit cum injuria  
vel Q. 2. D. maj. Jus non potest  
mediate nasci ex injuria trans.  
mediate N. Maj. nam si filius occi-  
dat patrem, filius per successionem  
ab intestato immediate acquirit jus  
ad hereditatem; per injuriam vero,  
quia occidit patrem, mediate. Simi-  
liter si ex dolo accidentali in eatur  
contractus, jus mediate nascetur ex  
injuria, immediate vero ex consensu  
contractantis: et sic etiam fit in  
presenti.

Dicitur iterum. Si valet contractus  
metu extortus v.g. promissio auri  
facta praeconi volenti occidere; er-  
go metum passus denebitur hoc  
aurum tradere;

R. Neg. Sequel. nam metum passus  
potest quocumque vult illum con-  
tractum rescindere.

Juris. Præterea in eo casu habet jus  
ad petendum aurum promissum: atqui  
ubi una ex parte jus est ad petendum,  
ex altera parte obligatio esse debet  
petitionem implendi; alioquin non  
subsisteret jus ad petendum, sed solum  
simplex petitio.

Q. D. maj. Habet jus absolutum N.  
habet jus conditionatum, si nempe casus  
non opponat exceptionem injuria. Con-  
tra habet jus tantum ex supposito  
promissione ad etiam sub obligatione  
statim restituendi. Consequenter N.

32  
At inquit: Non datur jus neq[ue] condi-  
tionatum ad injuriam; cum injuria  
esse nequeat sine injustitia; jus au-  
tem et injustitia sese mutuo exclu-  
dant, ergo.

7 et Suppositu

Q. N. Ant. 1. Sola enim coactio juris  
est injuriosa, ad quam nullu[m] dan[us] jus  
ultra concedimus; <sup>verum</sup> ad id quod pro-  
missum est, et solum mediate ex in-  
juria, immediate vero ex volunta-  
te contrahentis actu profluit cons-  
tante negamus, negamus, nullu[m] ibi  
reperiri jus saltem conditionatum  
ad petendum id, quod promissum est.

Repliebis: Illam promissionem  
ipso facto esse irritam, ergo. Prob-  
ant. nam si praedoni tradisset illud  
aurum, praedo non acquisisset illius  
dominium, ergo. Ant. prob. Quia  
l. 9. ff. quod metus causa metum pas-  
so conceditur actio non solum in perso-  
nam sed etiam in rem, ubicunq[ue] eas  
habet, ergo signum est, quod hic retinet  
vel ejus dominium; quod etiam ibidem  
magis exprimitur. His verbis: quia  
res in bonis ejus est.

Re. cum glossa, quod illa actio realis  
seu in rem fiat fictione juris, quod  
utilem rei vindicationem concedendo,  
integre restituit metum passum ac si  
ab initio contractus irritus fuisset.  
Dicitur itaq[ue] res in bonis ejus esse,  
quia ut habet l. 1. de rebus  
sub. in integ. nemo videtur re excluso  
quem Praetor in integrum se restitutu-  
rum pollicetur. vid. Reiffensl. hic  
§. 5. n. 40.

Opponas 2.º l. 1. eod. c. de resind. ven-  
dit. ubi venditio per metum facta irri-  
ta appellatur; Item l. qui in aliena  
§. celsus ff. de acquir. hered. dicitur  
qui metu verboru[m], vel aliquo timore

coactus fallens adierit hereditatem, ha-  
 redem non fieri placet. Item l. qui  
 in carcerem 22. ff. de eo quod metus cau-  
 sa dicitur: qui in carcere, quem detrahit  
 ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob  
 hanc causam factum est nullius momenti  
 est. Denique l. 116. in pr. ff. de accus. Im-  
 per. nihil consensui hanc contrarium est  
 quam vis et metus, unde merito Conti-  
 leri c. cu locu de sponsal. docet, locu  
 non habere p[ro] consentum, ubi metus vel  
 coactus intercedit.

7 Præterea metus equiparatur  
 dolo c. 28. de juraj. sed dolo  
 dans causam contractui, actu irritat,  
 ergo e.

Q. ad 1. venditionem ibi irrita appel-  
 lari, hoc est irritanda à præfide provin-  
 cia: Statim enim subditur: aditus itaq[ue]  
 nomine tuo præfides Provincia auctori-  
 tatem suam interponet: et quidem cum  
 illa sit prima lex sub titulo de rescinden-  
 da venditione, debet titulo seu ru-  
 brica, cui subest maxime congruere;  
 quare de venditione rescindenda age-  
 re debet, non de ea, qua rescissione  
 non indigeat.

Q. ad 2. Additionem hereditatis nullam  
 decerni non solum ob metum, sed etiam  
 ob defectum consensui, vocabulum enim  
 fallens simulatione et fictione impor-  
 tat.

Q. ad 3. illa verba nullius esse me-  
 menti idem esse ac nullius firmitatis;  
 eoque propter metum gravem carceris,  
 contractus irritus irritandus est.

Q. ad 4. Metum equiparari dolo latius  
 sumpto, quatenus dicit omnem lesionem in-  
 iustam, non quatenus significat fraudem  
 et circumventionem que sola tollit con-  
 sensum præsertim si versetur circa substan-  
 tiam actus.

Q. ad 5. Ea loca intelligenda esse de con-  
 sensu libero et spontaneo non autem de  
 consensu voluntario; alioquin sequeretur  
 quod contractus ex metu iuste inuolvo



nullus foret.

Neg. dicas 1. citato capitulo in locum  
Summi Pontificis equiparatum metum coac-  
tioni: sed coactio irritat omnem con-  
tractum: ergo. nā

Q. Coactione hic sumi minus stric-  
te, prout nempe opponitur sponta-  
neitati; non prout opponitur volun-  
tario; siquidem coacta voluntas est  
activa voluntas, ut habet vulgatur  
Canonistarum.

Neg. dicas 2. do. Rationem S. Ponti-  
ficis fore minus efficacem, si metus  
non tollat consensum necessarium  
ad valorem contractus: nam ex ea  
voluit probare, quod matrimonium  
ex metu injuste incepto sit nullum,  
dicens: cum locum non habeat con-  
sensus, ubi metus vel coactio inter-  
venit.

R. Quod Pontifex ibi agit de contractu  
in re irrevocabili nempe matrimonio,  
ad quod non sufficit quodcumque volun-  
tarium, sed requiritur plena libertas,  
et consensus omnino liber, si non  
de jure naturali, saltem de jure Ecclē-  
stico, ut supra dictum, et in eodem capi-  
tulo videtur.

### Controversia 21

ca. l. 2. §. 2. de foro competentis  
et l. ult. c. ubi in rem actio.

An actio realis solum in loco rei sit  
ra intentari possit.

Suppono, quod inter diversos modos fo-  
rum sortendi, etiam <sup>comprehendatur</sup> ~~comprehendatur~~ res sita  
c. sane 3. cap. fin. h. t. Et ratio est,  
quia valde conveniens est, ut forens  
ibi respondeat, ubi rem habet ne actor,  
qui rem suam presentem videt, maxime  
sumptibus rem sequi ad forum sui domi-

alio cogatur. Concordat jus civile l.  
ult. c. ubi in rem actio. Itaq. certum  
esse videtur, quod actio in rem institui  
possit, eo loco, ubi res degit, an vero  
necessario ibi intentari debeat, nec ali-  
bi institui possit, lis est maxima inter  
doctores.

### Resolutio

Actio realis non potest pro arbitrio  
actoris intentari in loco, ubi domici-  
lium reus habet, sed probabilius in-  
stitui debet in foro rei sitae.

Prob. l. ult. c. ubi in rem actio.  
sic rescribuntur Imp. Sed et in locis  
in quibus res propter quas contendi-  
tur constituta sunt, jubemus in rem  
actionem adversus possidentem move-  
ri, ubi considerandum venit illud  
verbum jubemus, quod profecto cons-  
tingit arbitrium actoris, atq. actionem  
eius loco rei sitae adigat.

Præterea Jurisconsultus l. 38. ff. de  
judiciis, cum dixisset, Legatum, si per ac-  
tionem personalem exigatur, ibi dari de-  
bere, ubi est Legatum, addit; si autem  
per in rem actionem Legatum petatur,  
etiam ibi peti debet, ubi res. ubi notan-  
tum, quod non dixerit peti posse, sed  
debere.

Actio etiam suffragatur, quia actio rea-  
lis principaliter respicit rem, quae un-  
dicatur l. 19. ff. de jure fisci. ergo  
proponi debet coram iudice, sub cuius ju-  
risdictione res ipsa iacet. Aequit, quod  
plurimū in ipso litis exordio necessaria  
sit rei exhibitio, aut limites ipsius pro-  
beri debeant, et tandem post sententia-  
m, ut executioni mandetur, res ipsa  
tradenda sit, quae omnia coram iudice,

in cuius territorio res sita est, omnino  
peragi debent.

Oppone, L. ult. C. <sup>ubi in re actio,</sup> ~~idem~~ dicitur:  
Actor Rei forum sive in rem, sive  
in personam sit actio, sequitur, ergo  
actio realis etiam proponi potest in  
loco domicilii

R. N. Cons., nam quamvis hic dicitur  
forum rei sequendum esse, etiam  
tunc cum actio in rem agitur; ni-  
hilominus ibidem explicatur, quodna-  
m forum sit competens rei, cum actio rea-  
lis instituitur. mox enim subditur:  
sed et in locis, in quibus res, de quibus  
contenditur, constituta sunt, jubemus  
in rem actionem adversus possidentem  
moveri.

Actio realis

At replicabis particulas sed et esse co-  
pulativas, seu denotare, quod non tan-  
tum in domicilio Rei, sed etiam in foro rei  
sita proponi possit. ergo.

R. N. ant. hanc enim explanationem  
non admittit verbum jubemus, nam si  
etiam in loco domicilii Reus conveniri  
posset, frustra jubere actor in-  
stituere actionem in loco rei sita. Ita  
q. particulas sed et non debent connec-  
tuntur in locis, sed cum verbo  
jubemus.

Dices: particulas sed et velle  
referre ad verbum jubemus, cum  
tamen fiat per Imperatores imme-  
diatè verbis in locis annexa, nil aliud  
est, quam misere torqueri & pauci.  
Sed hoc merito improbat, ergo.

517  
Q. N. Maj. Nam nisi dicamus, quod  
particula sed et referantur ad ver-  
bum jubeamus, sequitur, quod illud  
verbum, vel sit otiosum, vel idem si-  
gnificet ac permittimus: sequeretur  
item, quod verbum debet supra cit.  
C. 38 ff. de judiciis positum idem  
sit ac possit, quae omnia sunt ab-  
surdum.

Neg. dicas: Non esse absurdum di-  
cere, sine verbo jubeamus sine debet  
non importare necessitatem, sed equi-  
valere verbo posse, vel permittimus,  
eo quod verbum debet quandoque  
exponatur pro posse, ut perspicuum est  
ex lege cum certis q. ff. de Aur.  
et arg. Quidni etiam eodem modo  
sumi possit verbum jubeamus?

Q. Ex eo, quod aliquis terminus alieni  
in sensu omnino improprio sumatur,  
non sequitur, quod etiam alibi posi-  
tus propria vim significandi non  
retineat, alia dextus C. 19. § 1. ff.  
de judiciis: quemadmodum et plures alii,  
per verbum debet necessitate im-  
portantes, per confictum sensum  
improprium eludi possent.

Neg. reponas tam verbum jubeamus  
in cit. C. ubi in re actio, quam  
verbum debet in cit. C. 38 ff. de ju-  
diciis improprie sumi debere, ut jura  
juribus concordari possint, nam C. unie.  
C. ubi de heredit. agatur; super  
discrete dicitur: Si petitorio agatur super

hereditate, agi debere in loco ubi do-  
miliu habet reus, aut res heredita-  
ria sita sunt. Eniquomodo actio rea-  
lis non adest in loco rei sita jubetur  
quis etia in foro domicili; institui permit-  
tatur.

R. N. Suppositu, nempe quod petitio ha-  
reditatis importet actione pure realem;  
est enim mixta, quippe qua datur  
tam in persona quam in rem, mirum  
proinde non est, quod tam in loco do-  
mili; quam rei sita intentari pos-  
sit.

At instabis, <sup>etiam</sup> actione pure realem  
extra locu rei sita institui posse ex  
ll. 10, 11, et 12 ff de rei vindic.; iuxta quos  
res mobilis restitui debet ubi est, aut ubi  
agitur; ergo actio realis non semper in lo-  
co rei sita, sed etia extra eu intentari po-  
test.

R. N. Ant. universeliter sumptu; na in iis  
locis non traditur, quod quis actione reali  
alibi semper agere possit, quam ubi res est  
sed solum statuitur, si alibi agatur, re res  
situeudam esse, ubi agitur; posse autem  
quandoy extra locum, ubi res sita est, agi,  
facile concedimus, nempe quando illa ab  
eo loco subtracta, ubi lis contestata est,  
alio translata est, ut dicitur cit. l. 12 ff  
de R. V. Item si reus consentiat / praeser-  
tim si lis versetur circa rem mobile / ut con-  
tra eum agam in foro domicili; vel etia  
quando possessor dolo malo ante iudicium  
eam alio transtulit; tunc enim in loco  
domicili; conveniri potest, quasi eam si  
possideat, quia pro possessione doli, est  
C. 11 131 de recep. Imp.

At dices: Licet in cit. C. non absolute  
tradatur, quod actio realis semper alibi

519  
institui possit, quam ubi res est; nihilominus, <sup>hoc</sup> uerisimiliter <sup>hoc</sup> supponitur, cum ibi nulla fiat restrictio; et aliunde certum sit, quod bona sunt auesoria personis; consequenter recte petenda sunt coram illo iudice, cui subiungunt illa persona, bona litigiosa habentes.

R. Quod licet in cit. Cl. nulla fiat restrictio, nihilominus aliqua subintelligenda est ex aliis Cl. supra citatis, quae iubent actiones realem moveri in loco, ubi res sita est. Porro, quando actio realis instituitur, tunc bona seu res non attenduntur, tanquam aliquod accessorium, sed tanquam aliquid principaliter; quia actio realis principaliter respicit rem, quae vindicatur. l. ij. ff. de iure fisci

Instabis: Si actio realis principaliter respicit rem; ergo sequitur, quod clericus etiam conveniri possit in coram iudice laico, in cuius territorio res controversa sita est: sed hoc pugnat contra Canones; ergo.

R. Ita praesens <sup>non</sup> ferme valuisse, ut fateatur König h. 9. n. 30; quia ut dictum est in actione reali; non tam persona, quam res ipsa convenitur; nihilominus quia etiam in actione reali persona Ecclesiastica citanda, et iudicanda est, quod ab eo fieri nequit, qui in ipsa non habet jurisdictionem; hinc verius existimamus, saltem spectato iure communi et scripto: f

520  
Clericum conveniri non posse coram  
iudice Laico, in cuius territorio res  
controversa sita est; et hoc propter  
privilegium ecclesiasticæ immuni-  
tatis, quod privilegium c. c. 12 et  
passim h. s. se extendit ad omnes priv-  
atas causas; atq; adeo etiam ad cau-  
sas actionum realium. Sed de hoc con-  
troversia sequenti plurali.

Ex his facile iam colligitur, quid  
respondendum sit, quando obvi-  
citur, quod forum domicilii sit  
generale, et concurrat cum aliis  
modis sortiendo forum; hoc  
enim respectu fori rei sita uni-  
versaliter ac per se verum non  
est, sed solum in casibus qui-  
busdam supra recensitis locum  
habere potest, unde hoc Brocar-  
dion cum aliqua restrictione acci-  
piendum est.

Ceterum attendenda est etiam pra-  
xis, qua in diversis locis diversa  
est; neq; enim verum est, quod ac-  
Vulteius contrariam sententiam ad-  
tra opinionem in praxi esse recepisse  
tam; nam hoc bene negat h. 4. de  
jure Noviss. c. 2. §. testis. Et cer-  
te jure Bavarico constitutum est,  
ut actio realis non nisi in loco  
rei sita intentari possit, ut ad-  
vertit P. Friderich de foro com-  
pet. n. 220.

9 Gudelinius

## Controversia 22

Ex l. 2. d. 2. de foro competenti

An clerici conveniri possint actione  
reali coram iudice laico

Suppono, Clericum actione personali  
coram iudice laico conveniri non posse, ut  
unanimitè docent Doctores, quorum Doctri-  
na maxime iuritur Concilio Trid. sess. 25.  
c. 20 de reform. ubi docetur, Ecclesiæ et  
personarum Ecclesiasticarum immunitatem dei  
ordinatione et canonicis sanctionibus con-  
stitutam esse; nihilominus inter Doctores  
controversatur, an non saltem actione  
reali, agi possit contra Clericum coram  
iudice laico?

### Resolutio

Clerici Spectato jure nequeunt actio-  
ne reali coram iudice laico conveniri.

Prob. quia Auth. Statuimus C. de Episcop.  
et Cler. C. si diligenti. de foro compet. Can.

Continua. Can. Inelytas. Can. placuit ¶  
q. 1. et alibi passim constituitur, Clericos  
ad forum seculare trahi non posse, nec dis-  
tinguitur inter actionem realem et perso-  
nalem.

Confirm. Quia C. 6. et 7. h. d. nominatim  
est excepta causa feudalis, ut in ea Clericus  
rectè conveniatur, coram iudice laico; ergo  
in aliis causis regula stat in oppositum;  
exceptio quippe firmat regulam in casibus  
non exceptis.

Ratio etiam suffragatur; Quia Status  
antiquis ex natura rei distinctus est ab  
Ecclesiastico seu spirituali, tanquam  
subordinatus à subordinante. Non enim  
temporalia spiritualibus, temporalibus sed  
temporalibus spiritualibus ac divinis inferri  
debeant; ergo qui presidet Statusi po-  
litico presidere nequit tribunali Eccle-  
siastico, ac proinde nequit Iudex lai-  
cus ullum exercere iudicium in Clericum,  
sive dein actio personalis, sive realis, intentetur.



Oppones 1. Persona Ecclesiastica, si sint  
status immediati, qui regalia et alia  
privilegia habent ab imperio Romano  
conveniuntur licet coram Camera  
Imperiali; ergo

Q. D. Ant. Conveniuntur coram Ca-  
mera Imperiali, cum consensu saltem  
facito Summi Pontificis C. ant. sine eo  
Neg. ant. et Cons. Itaq. Persona Eccle-  
siastica, dum recipiunt regalia imperii,  
subeunt etiam onera realia, ad quod va-  
lente consentire videtur Summus Pontifex,  
eo quod in splendorem, et utilitatem Ec-  
clesiae redundare soleat.

At dicas: Actio realis non dirigitur in per-  
sonam, sed in rem, qua est obligata; ergo  
sive in eam actionem consentiat S. Pon-  
tifex sive non, recte tamen intentatur.

Prob. <sup>Ant.</sup> ex S. omnium. inst. de actioni-  
bus ubi habetur actiones reales personam  
non esse obligatam, quod alibi passim  
repetitur; ergo

Q. Licet auctori hanc actionem haben-  
ti non sit obligata persona, est tamen  
haec obligata jurisdictioni iudicis, coram  
quo convenitur, ferturq. sententia  
in eam, sententia quippe non tendit in rem,  
ut pote inanimatam, sed in personam;  
at jurisdictioni iudicis non est obligata  
persona clerici, ut iam dictum. ergo.

Neg. reponas. posse in certis causis  
obligari personam Ecclesiasticam foro civili;  
eo quod auth. Clericus C. de episc. et  
cler. disparte dicatur: si natura cause  
vel alia ratio faciat, ut negotium apud  
eum s. Episcopum decidi non possit, per  
civilem procedat iudicem; ergo

¶. Vltro à nobis concedi adendum esse  
Laicum, si lis versetur circa feudum  
Laici, aut in res ad Clericum translatas  
reservata fuit iurisdictione Laicis, vel  
à Clerico venditore defendendus est  
Laicus. verbo quando ff. canones id  
permittunt, sacus talem adita negamus.

At dices, plus voluisse Justinianum,  
nam postea ibidem subdit: sed in ci-  
vili crimine s. subintellige à Clerico  
patrato: civilis proficit iudex, ergo si  
in civili crimine iudex Laicus adiri  
potest contra Clericum, quanta magis in  
causis reie civilibus per actionem  
realem contra eum procedi poterit.

¶. Huic Novella in hoc derogatum  
esse non solum per ff. canones, sed  
etiam per novam constitutionem Tri-  
deni imperatoris Auth. ubi Statuimus  
C. de Episc. et Cler. ubi sic habetur: Sta-  
tuimus, ut nullus Ecclesiastica perso-  
nam in criminali questione et civili  
trahatur ad iudicium saeculare praesumat  
contra constitutiones imperiales, et  
canonicas sanctiones.

Dices iterum: Quando Clericus conve-  
nitur alio nomine propter officium,  
quod gerit v. g. quia est tutor, trahi  
potest in causa civili ad iudicem  
saecularem, eo quod non tam attendatur  
ipse, quam ille, cuius nomine conveni-  
tur; ergo à pari in actione reali ad  
forum civile trahi poterit, eo quod in  
hac actione non tam ipsa persona, quam  
ipsa res attendatur et conveniatur.

Q. N. C. et paritatem. Disparitas est, quod Clericus conventus, quâ tutor non sit, reus proprio nomine, sed potius defensor, mirum ergo non est, si tunc corâ judice seculari comparere possit; at quando actio realis contra eum directe intentatur, tunc ipse proprio nomine reus est, ac consequenter nequit sine laesione immunitatis, ~~et~~ Ecclesiastica corâ judice seculari comparere. Licet enim actio realis tendat immediate in rem, jurisdictione tamen et iudiciu, quod instituitur super tali re, directe tendit in ipsam personam.

At inquires: In reconventiones, quae fit per modum actionis, quâ nimirum Laicus reconvenit Clericum corâ judice Laico, iudicium directe tendit in ipsam personam, et tamen ibi nulla fit praevicatio immunitatis Eccles. ergo neq. ea arguitur, quando actio realis tendit immediate in ipsam rem; Licet ~~directe~~ iudicium consequatur in ipsam personam tendat.

Q. Verum quidem esse in huiusmodi reconventiones, nihil agi contra immunitatem Eccles. si nimirum causa sit connexa; tunc enim reconventio rationem habet exceptionis, et naturalis defensionis; at negamus, dictam immunitatem non laedi, si causa sit disparata, ut si Clericus conveniat Laicum, et petat.

centum ex causa mutui; Laicus vero  
ipsum reconvenire vellet, ex causa  
comodati; hac enim reconventio est  
altera conventio, qua proponitur per  
modum actionis, atq; freatato jure  
merito ~~re~~ reprobatur. arg. c. 2. q. 12. de for. compet.

Instabis: Clericus conveniens Lai-  
cum cora' judice seculari, ac inventus  
deteriorem habere causam, condemna-  
bitur: Sed sententia condemnatoria  
non fertur nisi in subditum; ergo  
Clericus aliquando litigare incipiens  
cora' judice Laico per conventionem  
factus est subditus; ac proinde  
in causa etiam disparata recon-  
veniri poterit; cum subiectio in  
reconventionem non videatur esse  
magis ignominiosa Clerico, quam  
in conventionem.

R. dist. min. Sententia condemnato-  
ria positive non fertur nisi in sub-  
ditum. C. m. Negative n. m. potest  
enim judex Laicus declarare per sen-  
tentiam nil juris competere Clerico in  
tali causa adversus Laicum, quem  
absolvit a petitione actoris absq;  
eo, quod proprie et positive exerceat  
jurisdictionem in Clericum. Ex eo igitur  
sententiam subeat condemnatoria, ma-  
le arguitur, quod propria ei tunc  
sit subditus.

Replicabis: Fieri potest, ut Clericus  
temere litiget, ac consequenter condemnari  
debeat in expensas: Sed tunc sententia  
positive ferretur in ipsum Clericum:

ergo pro tunc subditus sit, necesse est.

Q. Clericum posse tunc <sup>condemnari</sup> ~~negari~~ in expensis negat P. Engel de foro compet. n. 41. et alij; quia Laicus non habet jurisdictionem in criminalibus ad Clericum puniendum; unde petenda sunt hujusmodi expensae à judice Ecclesiastico. Deinde licet transmitteretur sententia condemnatoria positive ferri posse in causa conventionis, non tamen ex ea sequitur ad causam reconventionis disparatam argui potest; nam jus Canonicum permittit Clerico conventionem Laici coram Laico, ac consequenter ut subeat ejus sententiam, non vero permittit in causa reconventionis disparata, ubi Clericus proprie fit reus, cum generaliter prohibeat Clericum conveniri coram Laico <sup>etiam</sup> actio solum sit realis, ut hactenus ostendimus.

### Controversia 23

Ex l. 2. §. 13 de Restitutione Spo-  
liatorum. Item ex ff. l. sed et  
loci 4. §. 2. finium reguadorum

An possessor bona fidei possessor  
teneatur restituere fructus con-  
sumptos ex quibus ~~factus~~ factus  
est ditior.

7 mere

Nota. Quastio non procedit de fructibus industrialibus, quos scilicet sola industria profert, quia hi fructus, seu potius lucri non rem alienam sed propriam industriam sequuntur. Molin. tr. 2. disp. 739. et n. 4. et alij communissime. Nec quastio procedit pro eo casu, quod <sup>quis</sup> ex iis fructibus bona fide perceptis ac con-

Sumptis non est factus ditior, quia quod operatur industria, et cultura in fructibus industrialibus hoc operatur consumptio in naturalibus, et quod meum effectum non erat, post consumptionem meum efficitur. P. Smalzgroeber p. 2. §. 13. n. 49. Solum igitur lis versatur de fructibus naturalibus, quos videlicet sola natura gignit. Item de fructibus mixtis, ad quos nempe produendos natura simul et industria humana concurrunt, et adhuc propter locupletationem virtualiter extant.

**Resolutio**

Bona fidei Possessor probabilius tenetur restituere fructus consumptos tam naturales, quam mixtos virtualiter adhuc extantes, in quantum nempè ex iis factus est ditior.

Prob. Quia res fructificat Domino suo; ergo quamdiu fructus tales extant saltem aequivalenter, sunt Domino restituendi; extant autem aequivalenter, si possessor sit inde factus ditior.

Præterea suffragatur illa regula. Lumine natura nota 48 juris in 6. Nemo debet locupletari cum alterius jactura.

Deinde textus, quos pro sua sententia adducunt Aduersarij non sunt adeo clari, quin ex eis remaneat dubium an jus positivum, quo ad restitutionem fructuum cum locupletatione consumptorum recesserit à jure naturali; ergo dicendum est, non recessisse; cum jus naturale certum non debeat infringi per leges positivas dubias, sicut debitum certum non expungitur per solutionem aut relaxationem dubiam.

Oppones. Nullus reperitur textus legis, quo iubeantur restitui fructus bonâ fide percepti et cum locupletatione consumpti; ergo talis obligatio facile statui non debet.

Q. N. Ant. Nam l. item veniunt §. eos autem ff. de petitionibus hered. dissertis verbis dicitur: Eos autem, qui justas causas habuissent, quare bona ad se pertine-  
re existimassent, usque eo duntaxat,  
quo locupletiores ex ea re facti essent  
condemnandos esse. Et hoc amplius de-  
claratur in l. Sed etsi lege §. consuluit  
ff. eodem his verbis: Consuluit Senatus  
bonae fidei possessoribus, ne in totum damno  
afficiantur, sed in id duntaxat teneantur,  
in quo facti sunt locupletiores.

At dices: textus illi expressè loquuntur de fructibus hereditatis; ergo non de-  
bent extendi ad fructus ceterarum re-  
rum. Ant. est certum. Prob. Cons.  
Extensio legis pro uno casu ad alium  
casum non valet, ubi utriusq. casus  
diversa est ratio arg. l. ideo 27. ff.  
de legibus. Sed hereditatis ac cate-  
rarum rerum fructuum diversa est  
ratio; ergo. min. Prob. In petiti-  
one hereditatis seu in iudicio univer-  
sali fructus accrescunt ipsi heredita-  
ti, et pretium in loco rei succedit; at  
in possessione rerum singularium seu  
in iudicio singulari fructus accrescunt  
possessori, nec pretium eorum in loco  
rei subintrat; ergo ratio non est utri-  
usq. eadem ratio

Q. N. 2<sup>o</sup> dū membrum Ant. vel. 2.  
fructus accrescunt possessori, si inde  
non sit factus ditior, §. Secus N. Ant.  
et Cons. quia hūc adest unum ex duo-

33  
bus capitibus obligationem restitutionis inducentibus  
videlicet ex parte rei accepta seu possessa  
desumptum, quae reddi debet Domino suo; tunc  
enim possessor retinet adhuc rem alterius,  
saltem quoad augmentum, seu partem illam,  
quae locupletior factus est; quae proinde ob-  
noxia manet restitutioni. Praeterea §.  
offi in rem 2. de offic. iudicis dicitur, ea-  
dem intervenire in petitione hereditatis  
et singulorum, sed in petitione heredita-  
tis debent restitui fructus illi etiam bonae  
bonae fide consumpti, virtualiter tamen  
extantes; ergo etiam in aliis casibus.

Dices. Si illi fructus cum locupletatione  
consumpti restitui deberent; ergo pro eis re-  
petendis actori competeret actio. sed actori  
nulla competit actio ad repetendos huiusmodi  
fructus; ergo §. Prob. min. Non realis, seu  
rei vindicatio; quia haec supponit rem formali-  
ter existentem, arg. l. 6. de R. V. Non per-  
sonalis; quia haec praerequirit contractum, vel  
delictum verum aut quasi; Possessor autem,  
qui in bona fide est, nec contraxisse, nec de-  
liquisse supponitur; ergo.

¶ Fructus cum locupletatione consumptos  
restituere debere non quidem actione personali, vel  
reali, sed vel officio iudicis; eo quod fructus illi  
provererint ex re alterius, arg. l. certum est  
C. de R. V. Vel saltem conditione sine causa,  
arg. l. si ad eum et Titium 32. §. Si  
certum petatur. Ita Covar. l. 1. de sol. variat.  
c. 3. n. 6. concl. 1. Tunc autem competit  
condictio sine causa, quando aliquid primo  
ex justa causa est apud alterum, sed postea  
per aliquem effectum esse non debet, quae de-  
re extat titulus de condictione sine causa. in  
ff.

Instabis; Nec officio iudicis, nec conditione



31  
sine causa, quò ad restitutionem fructuum  
cum locupletatione consuptorum habere  
locum, ubi leges positiva restitutionem de-  
negant: sed leges positiva restitutionem hu-  
iusmodi fructuum denegant. ergo Prob. mi:  
ex §. 35. Inst. de reru' divif. ibi: Natura-  
li & ratione, hoc est, aequitate, si placuit  
fructus, quos percipit, ejus esse pro cul-  
tura, et cura; et ideo si postea Dominus  
superveniret, et fundum vindicet de fructi-  
bus ab eo consumptis, agere non potest. Idè  
declaratur §. §. Et si hereditas Inst. 2. de  
offic. judic. et alibi; ergo.

Q. Jura hæc facile intelliguntur de fru-  
ctibus consumptis ita ut nil eorum remaneat  
ne quidem augmentum, quo possessor ex ipsis  
fuerat locupletior factus.

Dices: Verba legum, quæ bona fidei posses-  
sorem absolvent à restitutione fructuum  
consumptorum, intelligi ita debent, ut non sit  
inutilis illa obligatio per hujusmodi leges  
facta, foret autem inutilis, si leges illæ in-  
telligi solum deberent de fructibus consump-  
tis casu, quo tali consumptione possessor  
locupletior factus non est, nam ab his restituen-  
dis jure naturali quilibet deobligatur.

Q. Nihil esse novi in jure, ut id ipsum  
statutum, quod iam anteriori vel etiam natura-  
li jure invenitur statutum. Exemplum ha-  
bes in cap. 7. de procurat. Præterea lex na-  
turalis de non restituendis fructibus aliene  
rei licet bona fide attamen cum detrimento  
alterius consumptis non est adeo manifesta,  
quin adhuc determinatione juris clarior red-  
di possit.

Inst. In dicto §. 35. dicitur, fructus, quos

332  
percepit ejus esse: sed fructus omnino  
consumpti non sunt alicujus; ergo hic fru-  
tus intelligi debet de fructibus adhuc  
virtualiter extantibus.

Q. N. min. Nam ut supra retulimus ex  
Q. Smalzgrueber: nostram alioquin impu-  
gnanti Sententiam: quod operatur in-  
dustria et cultura in fructibus industria-  
libus, hoc operatur consumptio in natu-  
ralibus: et quod meum effectum non  
erat, post consumptionem meum efficitur.

Inst. L. sed et loci 4. § 2. ff. finium  
regundarum dicitur de bona fidei possessore,  
quod fructus ~~non~~ lucrari <sup>cum</sup> oporteat, si eos  
consumpsit: At Lucrum nequit intelligi,  
nisi in casu, quo virtualiter aliquid ex fruc-  
tibus consumptis extat; ergo. Prob. mi.  
Cui nihil ex fructibus remanet, aliquid  
lucratum esse non creditur; ergo.

Q. Lucrari hic nihil aliud esse, quam ita  
fructus facere suos, ut restitui non debeant,  
nec in iudicium veniant, ut facile innotes-  
cit legenti illum locum. Et certe qui fru-  
tus ita suos facit, ut restitutioni minime  
sint obnoxii, merito eos lucratus esse di-  
cendus est, juxta reg. 115 ff. de R. J. ibi: si  
quis obligatione liberatus sit, potest vide-  
ri cepisse; sicut contra, qui eos restitue-  
re compellitur, jacturam eorum facisse  
censetur.

At inquit: Nisi memoratas leges ad omnes  
fructus etiam cum completionem consump-  
tos extendamus, via patebit in foro interno  
innumeris scrupulis, et in foro externo in-  
numeris litibus; ergo ad fructus omnino  
consumptos solummodo coarctari non debent.

352  
R. hanc obiectionem laborare inani scrupulo.  
Si enim suboriantur scrupuli, cum consilio  
viri prudentis facile sedari poterunt. Li-  
tes vero quod spectat, non vides in nostra  
sententia innumeras futuras esse: et certe  
eadem lite, qua terminabitur restitutio rei,  
poterit et definiiri restitutio facienda fructuum  
tuum.

Dices: <sup>Esto</sup> Dato, Lites inde non fore innume-  
ras, negari tamen nequit, longe plures exor-  
turi ex denegato dominio lucri fructuum  
cum locupletatione consumptorum,  
quam eo concessio; ergo cum hanc denegatio  
quiesci Reipublica obesse videatur, verifimi-  
le est, non est, quod iura eam foveant. Prob.  
cons. Si enim ob bonum publicum vitanda ma-  
litium <sup>causa</sup> potuerunt statuere legem  
prescriptionis, qua rei prescripta dominium  
adjudicatur prescribenti; ergo ob similem cau-  
sam potuere dominium lucri ex consumptio-  
ne fructuum enati adscribere bona fi-  
dei possessori.

R. N. cons. et paritatem; quia longe  
frequentiores, et graviores fuissent lites,  
nec non quies ac pax sine reipublica, sine  
privatorum magis turbata fuisset non admis-  
sa prescriptione, quam non ~~concessio~~ <sup>concessio</sup> dominio  
lucri fructuum cum locupletatione consump-  
torum, ut per se notum est; maluerunt pro-  
inde iura paucas lites ex non admisso  
hujusmodi dominio obventuras permit-  
tere s; neq; enim omnes lites eliminare  
possunt: quam jus naturale infringere.  
Præterea Lex prescriptionis est favorabi-  
lissima, tantaq; occurrerunt mo-  
menta ad eam statuendam, ut etiam in foro  
interno eam vim habere, voluere S. Canones,  
secus certe dicendum de dominio memorato, pro quo  
non tanta militant momenta, nec ei aperte fa-  
vent leges civiles, imò in quibusdam locis illud pro-  
sus improbare videntur, quo fit, ut in jure Cano-  
nico altum de eo teneatur silentium.

# Controversia 24.

ca. lib. 2. tit. 23. de presumptionibus  
Item ex l. ult. C. de probat. l. qui pro  
sententia C. de poenis, et l. absente ff. de poenis.

Vtrum ex presumptionibus aliquis con-  
demnari possit in causis criminalibus?

Questionis difficultas non procedit de causis  
civilibus; omnes enim facile concedunt in eis  
sufficere presumptionem violentam ad ferendam  
sententiam; tota proinde lis versatur circa  
causas criminales; ubi tres sibi invicem oppo-  
sita sententia reperiuntur. Prima contendit  
reum ob presumptionem etiam violentam, seu  
qua facit moralem certitudinem, damnari  
non posse, sed absolvi debere. Secunda  
priori directe opposita docet, ex presump-  
tionibus violentis ad poenam condemnari ordi-  
nariam aliquem posse, licet de cetero neque  
confessus, neque confessus sit. Tertia media  
via ingreditur, dum arbitratur, reum ex pre-  
sumptionibus condemnari posse sed poenam  
mitiori seu extraordinariam. Nos secunda  
sententia subscribimus, unde sit

## Resolutio

Presumptio violenta sufficit ad  
ferendam in criminalibus sententiam  
et dictandam poenam criminis ordinariam.

Prob. I. ex l. 34. ad l. Jul. C. de adulterio, ubi  
tanquam convictus confessusq; severissime pun-  
iri iubetur, contra quem pugnant indicia evi-  
dentia criminis. II. Ex lege fin. C. de probat.  
ubi aperte docetur, posse crimina vel idoneis  
testibus, vel apertissimis documentis, vel in-  
diciis indubitatis probari. III. Ex C. 1. §.  
Iacri de homicid. in 6.

Ratio suffragatur; quia duobus v.g. testibus  
de crimine convictus, potest ad poenam ordinariam  
condemnari; ergo et ille, contra quem stant  
probatae presumptiones violentae. Cons. prob.

Duo v.g. testes non faciunt nisi certitudinē  
moralem: et hanc etiā faciunt præsumptiones  
violenta; ergo si moralis certitudo, quae  
habetur ex testibus, sufficit ad condemnan-  
dum reū, ea etiā sufficere debet, quae habe-  
tur ex præsumptione violenta.

Oppones. Favorabiliores sunt partes rei  
quam actoris, et propiores debemus esse  
ad absolvendum, quam condemnandum, l. Arria-  
nus 47. ff. de Oblig. et Act. ergo nemo ex  
solis præsumptionibus condemnari debet.

R. Dist. Cons; Ergo ea solis præsumptio-  
bus seu iudiciis verisimilibus nemo conde-  
nari debet, Cons. Ex solis præsumptionibus  
violentis nemo condemnari debet. N. Cons.  
Equidem aequū est, ut faveamus Reo, ita  
tamen, ut scelera non maneat impunita;  
at nisi præsumptiones violenta sufficerent  
ad condemnandum, crimina occulta plerumq;  
manerent impunita.

At inquires: In causis criminalibus crimina-  
liter motis, ut possit reus condemnari re-  
quiruntur probationes luce clariores,  
l. fin. C. de prob. Sed præsumptiones vio-  
lenta non sunt probationes tam aperta et  
clara; ergo ex iis nemo condemnari potest.

R. D. maj. Requiritur probationes luce  
clariores, id est, moralem certitudinē facientē,  
C. phisicā certitudinē facientes N. maj. Na-  
aliquin duo imo tres testes non suffice-  
rent ad sententiā ferendam contra reum in  
criminalibus, cum non nisi certitudinem  
moralem faciant, quod tamen non admit-  
titur.

Dices: Verba in lege aliquid operari, nec  
superflua esse debent. C. si Papa 10. de  
privileg. in 6. l. Lex ait pater §. 1. ff. de iure-  
jur. Essent autem haec verba lucē clariores

superflua, si solum ad certitudinem mora-  
lem faciendam hic ab Imperatore usurpata  
fuissent; ergo. Prob. min. Imperator  
ibi vult, ut causa munita sint 13 indiciis  
ad probationem indubitatis. Deinde addit et  
lucē clarioribus. Sed indicia indubitata  
lucē clariora plus indicare debent; alio-  
quin erunt superflua.

R. Neg. min. et Suppositu, quod haec verba  
indicia lucē clariora sunt superflua, si  
solum morale certitudinem indicant; nam  
haec verba appropita sunt causa omnis tollen-  
dae dubitationis, et ad majorem declaratio-  
nem aut energiam. Certē in legibus et  
statutis semel dispositum non raro per  
verba inculcata idem importantia repetitur.  
Idq; plus non operatur nisi majorem decla-  
rationem ait Cardinalis Tuschus Coel. 895.  
n. 24. post Castresem, et sequitur Barbosa  
axiom. 216. n. 6.

Dies iterū: Si probationes, quae debent esse  
lucē clariōres non faciunt nisi moralem  
certitudinem; ergo non sufficiunt ad condem-  
nandum in causis criminalibus. Cons. prob.  
Nullus potest condemnari ad poenā, nisi  
sit convictus, C. qui sententiā 16. C. de poen.  
Sed per probationes, quae solum moralem  
certitudinem faciunt, nullus convin-  
citur; ergo. Prob. mi. Ad aliquem con-  
vincendum requiruntur argumenta evidentia;  
talia autem non sunt, quae solum ini-  
tuntur certitudini morali. ergo.

R. Dist. maj. Ad aliquem convincendum  
requiruntur argumenta evidentia, id est  
habentia evidentiam moralem. Conne. habent  
talia evidentiam physicam; Negatur; alioquin

551  
certa essent peccata, qua nunquam puniri  
possent, illa videlicet, qua ordinariè non  
nisi per presumptiones probari possunt,  
qualia sunt adulteria, et alia delicta  
carnis, item suppositio partus, fraus, et  
dolus, veneficium, incendiū, et similia,  
qua in occulto perpetrari solent.

Dices: Satius esse illa facinora ma-  
nere impunita, quam vel unicum inno-  
centem damnari. l. 3. absente s. pr. ff. de  
poen. Sed si liceret ex indiciis solum mo-  
raliter certis aliquem condemnare, fieri  
posset, ut etiā innocens interdū damnaretur,  
eo quod iis indiciis, licet alioquin vio-  
lentis absolute possit subesse falsum,  
ergo.

¶ Hoc argumentū nimium probare, atq. adeo  
nihil; eo enim admisso sequeretur, quod  
ad depositionem duorum testium nemo con-  
demnari possit; eo quod huic depositioni  
possit subesse falsum; Dicendum igitur,  
quod sicut duo testes, qui certè facilius  
fallunt, nec tantā faciunt certitudinem,  
quantam facit praesumptio violenta, qua  
omnem locum dubitationis adimit; suffi-  
ciunt ad ferendam sententiā, etiam  
sufficere debere indicia moraliter certa  
ad condemnandū reū.

Dices: Disparitatem esse inter tes-  
tes et violentam praesumptionē; Nam quod  
in ore duorum vel trium testium est omne ver-  
bū, est de jure divino; Unde licet subinde in ore  
eorū condemnaretur innocens, iudex condemnans in-  
munis rei erit à culpa, cum habeat juri parere ne-  
cesse. Reg. 24. de R. & in o. At non est de jure  
divino, quod aliquis praesertim in criminalibus ex pra-  
sumptionibus licet violentis condemnari possit;  
quin imo id vel ipsi juri naturali aduersari vi-  
detur, ut nempe ex solis indiciis, quibus absolute

potest subesse falsum, aliquis v.g. vitā pri-  
uetur.  
R. Neg. mi. Ideo enim Jus Divinū permittit,  
ut iudex in ore duorū testū, qui tamen fallere possunt,  
sententiā ferre queat etiam in causis crimi-  
nalibus, ut <sup>in</sup> tanto magis injustitia et iniqui-  
tas propulsentur, et ne scelera maneat  
impunita cū gravi Reipublica et legū judi-  
cio: Sed hac ratio pugnat etiā pro pro-  
sumptionibus violentis, quibus si vim plena  
probationis ademeris, scelera saepe saepius  
manebunt impunita, et inde injustitia et ini-  
quitas magis regnabunt; ubi autem eadem  
est ratio debet esse eadem juris dispositio,  
l. illud <sup>32 ff.</sup> ad l. aquil. l. ideo ff. de leg.  
ac consequenter argumento à simili deducto,  
de jure Divino saltem permissivo est, ut fer-  
ri possit sententiā ex presumptionibus vio-  
lentis.

Repones: Argumentum à simili, seu illud axioma: ubi  
eadē est ratio, ibi eadem debet esse juris dispositio  
non procedere in casibus jure expressis; casus enim provi-  
sus et expressus facit scire, et cessare taciturnum, l. fin.  
c. de pact. et convent. Sed expresse provisum est in jure,  
ut ex presumptionibus etiā violentis non feratur sen-  
tentiā; ergo. Prob. mi. Ex C. literas vestras 14. h. 7.  
Ubi Pontifex ob solā suspicionem, quamvis vehementem  
relinquit aliquem de tam gravi crimine s. heresis videlicet  
condemnari.

R. Hunc textū nihil probare, cum loquatur solum  
de suspicionem vehementi; nos vero de presumptione  
violenta agimus. Valde autem inter se differunt sus-  
picio vehemens et presumptio violenta; hac enim ori-  
tur ex indiciis indubitatis, quae faciunt moralem  
certitudinem; illa vero solum ex verisimilibus,  
quae non tollunt formidinem oppositi, nec suspican-  
tem moraliter reddunt certū, quod ab ipsa suspicio-  
nis natura indicat.

Instabis. Ob presumptionē violentā Salomon  
ex materna pietate orphā infantem quidem Salomon  
jussit restitui matri; Meretrici tamen cum  
hac litiganti ratione impudentia et temeritatis  
poenam non infligit: Ergo signum est, quod pu-  
niri <sup>non</sup> debeat, qui ex presumptione violenta pro  
reo habetur.



329  
R. Ideo Salomon ita convicta poenam nullam  
inflexit; quia altera fuit solum contenta civi-  
liter, et ad vivi infantis restitutionem  
Urgebis: Peccata, ut antea dictum, non debent  
manere impunita: ergo debuisse Salomon ex  
officio, huic temeritati congruam infligere poe-  
nam.

R. vel ipsa indicia, quibus praesumptio, et in  
haec suadata Salomonis sententia nitebatur,  
non fuerunt vehementissimè urgentia; vel  
forsitan ipse Salomon poenam ei quam-  
dam dictavit; nam licet S. Scriptura  
illius poena nullam mentionem faciat, mini-  
mè tamen positivè asserit, nullam fuisse infli-  
tam; incertum igitur est, quid huic meretrici  
obveniret, ac propterea hoc argumentum non  
convincit. Imo Josephus lib. antiq. asserit in h. loc.  
mulierem ita convictam à Salomone, punitam fuisse.  
At dices: Saltem poena mitior, et non ordi-  
naria puniri debet Reus ex praesumptionibus  
etiam violentis. Prob. ex cit. C. Litteras in  
h. d. Vbi alicui de haeresi graviter suspecto  
non tamen convicto extraordinaria poena  
inurgitur. Similiter in l. vim passa 39.  
§. mulierem 4. ff. ad l. juliam de adult.  
Mulier ex societate latronum suspecta erat  
de adulterio; quia vero convinci non potuit,  
poena extraordinaria exilii punita est.

R. ad 1. textum. Quamvis talis de haeresi  
convictus non esset, deprehensus est tamen  
haeticorum libros penes se detinere, atque  
cum haeticis familiaritatem habere, quod  
cum prohibitum sit in jure, congruam huic  
delicto merito sustinere debuit poenam.

R. ad 2. Mulierem minimè punitam esse  
propter adulterium, sed solum propter  
pessimam societatem, quam cum latroni-  
bus inivit.

Controversia 25

ex l. 2. tit. 24 de iurjurando, et ex  
§ l. 12. tit. eodem.

Utrum pactum uel contractus de jure  
nullus per iuramentum purgetur  
à vitio nullitatis

Quaestio haec non est levis momenti, si enim  
dicatur solum iuramentum seruandum esse,  
et quod pactum de jure invalidum § per  
iuramentum firmari nequeat, tunc si is, qui  
iuravit, à vivis decedat, priusquam iuramen-  
tum impleverit, haeres ejus ad implendum  
non tenebitur; nam iuramentum est persona-  
le, nec egreditur animam jurantis

Resolutio.

Iuramentum adjectum contractui à jure  
civilis in favorem privatorum irri-  
tato vim habet eum confirman-  
di, sic ut ex invalido fiat validus.

Prob. I. ex c. quamvis 2. de pactis in 6.  
ubi pactum, quo filia hereditati paterna  
renuntiavit, dicitur iuramento firmatum  
licet alioquin de jure civili sit nullum.

7. II. ex cap. cum contingat 28. ubi mu-  
lier jubetur stare iuramento super alie-  
natione dotalem, quamvis consensus in  
hanc alienationem alias jure civili sit  
irritus. III. Ex authent. Sacramenta pu-  
berum C. si adversus vendit. in qua Fri-  
dericus Imperator, Sacramenta puberum  
super contractibus rerum suarum non re-  
tractandis, inviolabiliter custodiri jubet.

Oppores. Omne iuramentum quod fit  
contra leges, est invalidum: ergo nequit  
contractus contra leges irritos efficere vali-  
dos. Ant. prob. Iuramentum contra

Bonos mores est invalidum, ac nullius obligationis C. non est 58. de R. J. in 6. atqui juramentum, quod est contra leges civiles est contra bonos mores; nam leges illa sunt justa, ac honesta, Can. est autem Cax dist. 4. Sic, violatio earum erit peccaminosa; ergo.

¶ *maximè* R. Dist. min. atqui juramentum, quod est contra leges civiles, quae obligant sub peccato, est contra bonos mores Conc. quae non obligant sub peccato, et sunt illa, quae principaliter respiciunt bonum et favorem privatorum, cui si volunt, renuntiare possunt, N. C. min. et Cons.

Ugebis. Accessorium naturam sequi congruit principali, juxta reg. 4. juris in 6. ergo si non tenet principale seu contractus à jure irritatus, neq. tenebit juramentum, eidem appositum veluti accessorium ipsius; ergo.

R. N. C. Nam regula illa solum procedit, quando in principali et accessorio reperitur eadem ratio, scilicet, quando diversa est ratio in accessorio, ut sustineri mereatur, quae non reperitur in principali, prout in praesentiarum est reverentia divini nominis, ob quam non solum juramentum tenet, sed etiam ei ~~pro~~ <sup>pro</sup>positivam vis inest, contractus alioquin invalidos confirmandi.

At inquis. Nullo jure sufficienter ostenditur, quod juramento tanta infit vis, ut possit confirmare contractus de jure civili irritos; ergo. Aut prob. Non ex jure naturali, et ipsius juramenti natura; alioquin debet etiam firmare contractus jure naturali et divino irritos, quod non admittitur. Non ex jure positivo humano civili aut

34  
Canonico; nusquam enim facti declara-  
tum est vim istam habere juramentum;  
quidquid enim ex eo adducitur, congruam  
solutionem recipit. ergo.

R. vim istam confirmandi scilicet contrac-  
tus invalidos datam juramento per jus  
positivum tam Civile quam Canonicum, quod  
in honorem juramenti roborat promissio-  
nem, quae alioquin nullum haberet robur,  
ut constat ex adductis textibus, praesertim  
ex c. quammis 2. de pactis in 6.

At dices: In huiusmodi textibus immerito  
fingi tantam inesse vim, ut contractus  
invalidos efficiant validos; nam c. quammis  
2. de pact. non probat aliud, quam ex  
jurata filii renuntiatione subsanari  
obligationem juramento propria, seu reli-  
gionis; ergo.

R. N. Ant. Ad rationem adjectam, <sup>id est</sup> falsum esse  
esse ex eo loco non nisi obligationem  
religionis enim posse; nam ibi Pontifex  
expressè asserit, quod pactum, juramento  
nec in, nec dolo praestito, firmatum, ~~sed~~ <sup>et</sup>  
servari debeat. Non dixit, servari debeat  
juramentum, sed pactum; ergo id validum  
servari non potest; quod enim nullum est, ser-  
vari non potest; si autem validum; ergo  
parit obligationem.

Repones. Quando pontifex mandat, ut ser-  
vetur pactum, intelligendus est, ut servari  
debeat non formaliter et ratione sui; cum  
sit invalidum, sed solum materialiter seu  
ex virtute juramenti; ergo secundum se nulla  
parit obligationem. Ant. prob. Quia sum-  
mus Pontifex, statim subiicit hanc rationem:  
cum non vergat in salutem aeternam dispendium.  
atque haec verba referuntur ad ipsum jura-  
mentum, et non ad ipsum pactum; ergo ipsum  
pactum proculse ratione juramenti servandum.

est, et non ratione sui, ac consequenter in se nullum manet, nec potest parere obligationem.

Q. Neg. mi. Nam haec verba referuntur ad ipsum pactum non quidem nudum, sed quia juramento firmatum, ut in cit. capitulo dicitur; Si autem firmatum; ergo validum est; ergo non solum in linea juramenti, sed etiam in linea pacti parit obligationem.

Replicabis. Quando pactum ibi dicitur firmatum, habet hunc sensum, quod ex adiecto juramento sit orta aliqua obligatio. Sicut regit religionis; praestandi id quod promissum, et conventum erat; nam absq; illo nulla fuisset obligatio id praestandi; ergo ex eo, quod dicatur pactum firmatum male concluditur, quod non solum in linea juramenti, sed etiam in linea pacti pariat obligationem.

Q. Neg. Ant. Nam hic sensus quidem asseritur, sed nullo modo probatur, imo contrarium coarctatur ex hoc, quod Pontifex statuat juramentum esse servandum, modo nec non vi nec dolo sit praestitutum, qua conditio frustra adderetur, si juramentum contractui additum non nisi Religionis obligationem induceret; nam affi-  
vis, aut dolo interveniat in juramento, atamen hanc Religionis obligationem inducit, quoties nempe sine dispendio salutis servari potest, ut certum est ex C. 8. 28. de jurejur. Consequens proinde est, quod Pontifex hic loquatur de obligatione ex alio capite introducta, qua alia esse requirit, nisi justitia, ex pacto per juramentum firmato.

Dices forsan cum P. Smier l. 2. tr. 3. c. 4. s. 1. §. 5. n. 58. mala fieri conse-

7. Non potius pactum juramento firmatum

743  
queatiam; nam equidem juramentum  
libere praeſtitum plus et efficacius opera-  
tur, quam juramentum dolo aut vi extor-  
tum non tamen in linea contractus, ſed  
in linea juramenti; nam juramentum poſ-  
terius non tantum imaginaria quaedam  
et momentanea ſolutione adimpleri, ſed etiam  
certa Superioris relaxatione infringi poſſet:  
at juramentum prius inviolabiliter et ir-  
reſcindibiliter ſervari jubetur; ergo.

R. Falli ipſum P. Smier; ſequela quippe  
eſt optima; ſed tamen juramenta non vi  
nec dolo, ~~pro~~ alioquin ſequeretur, quod  
pactum vi et dolo firmatum non fit ſer- + praeſtitum, licet juramento  
vandum; nam in eodem capitulo interroga-  
tus Pontifex, an filium pactum Patri factum  
ut dote contenta nullum ad bona paterna  
reſreſſum haberet, ſervare teneatur, Re-  
ſpondet Pontifex; quavis tale pactum  
improbet lex civilis, ſi tamen juramento  
non vi nec dolo praeſtitum fuerit,  
ab eadem omnino ſervari debet; ergo, argu-  
mento deſumpto à contrario ſenſu, quod  
eſt validiſſimum in jure C. i. §. huius ff.  
de offic. epiſ. cui mandata eſt: Si vi aut dolo huic pacto  
adjectum ſit juramentum, ſervari non eſt  
neceſſe, poſito nempe quod ſine vi et  
dolo praeſtitum ſolum induceret obligatio-  
nem in linea juramenti.

Ugebis: Verba debent inſervire intentioni,  
non intentio verbis C. intelligentia de V. S.  
atque Summus Pontifex nunquam voluit  
juramento dare vim firmandi contractus  
à jure Civili irritatos; ergo quidquid ad-  
ducitur ex dicto capitulo, quavis, ad id  
probandum, nullius eſt roboris. Prob.  
min: nullus poſſet prudenter aliquid velle  
cui non eſt conſeſſum poſſe; ſed Pontifex  
nihil habet poteſtatis in eis, qua ſtatuit

jus Civile in materia profana, ut habet  
Comunis Sententia. ergo

Q. Dist. min. Quamdiu materia ma-  
net mere profana Cone. Secus Nag. min. et C.  
At quando contractus adijctus juramenti,  
ereditur contractus quodammodo in sa-  
cramentum, ut constat ex authentica supra  
citata, ubi Imperator contractus impube-  
ru juramento firmatos vocat sacramenta,  
circa qua habet utiq; Summus Pontifex,  
quod disponat.

At dices: Quando aliquis casus dubius clarus  
est decisus in jure Civili, qua Canonico, standum  
est juri Civili: at jure Civili clare decisum  
est contractus jure Civili irritos non firma-  
ri per juramentum; jure vero Canonico hu-  
jusmodi firmatio non ita clare decisa est.  
ergo. Prob. min. ex l. dubium s. g. l.  
C. de leg. ubi Imperator, postquam dixit:  
nullum pactu, conventionem, aut contrac-  
tu valere, qui fit contra lege prohibente  
addit: certum est, neq; stipulatione hujus-  
modi tenere, nec mandatu ullius esse  
momenti, nec sacramentu admitti. Que  
quam clare decisum est, quod sacramentu,  
id est, juramentu non possit efficere, ut valeat  
contractus, qui lege prohibitus est. ergo.  
Respondent quida, hanc lege esse correctam  
per cit. authentica sacramenta puberu  
C. si advers. vend. ibi. sacramenta pube-  
ru sponte facta super contractibus reru  
suaru non retractandis inviolabiliter cus-  
todiantur. Konig hic n. 35. ait, hanc le-  
gem loqui de his contractibus, qui a jure  
reprobati sunt; eoquod contineant turpi-  
tudinem accipientis, vel sunt in prejudiciu  
tertij, aut contra bonu commune, non  
vero de iis, qui in favore privatorum

à jure irritantur, et hanc responsionem nostram facimus.

Vregebis. Ergo sequeretur, quod quandoq; jus publicum per juramentum seu promissionem juratam privatorum mutari posset, sed hoc repugnat legi l. jus publicum ff. de pactis, ibi: jus publicum privatorum pactis mutari non potest; ergo nunquam confirmatur contractus de jure invalidus per juramentum.

Q. Neg. min. Nam textus allegatus procedit, quando jus illud principaliter statutum fuit ob favorem publicum, secus si principaliter ob favorem privatorum; siquidem quilibet juri suo renuntiare potest, c. si diligenti de for. compet. et l. jurisgentium § § si paciscar ff. de pactis.

### Controversia 26

ex l. 2. tit. 24. de jura jurando  
et ex ff. § l. 2. § 2.

Utrum actor, si nihil omnino probavit, reo juramentum judiciale cum ~~missum~~ effectu deferre possit ita ut reus delatum prestare, vel referre cogatur.

Negat Affirmat Panormitanus cum aliis, affirmat vero Jason, Fachinaus, Engel & cum quibus sit. Resolutio

Actor antequam quidquam probet, potest statim in initio litis Reo juramentum judiciale deferre.

Prob. <sup>imo</sup> ex l. tutor ff. de jurejur. ubi dicitur, tutor pupilli omnibus aliis probationibus deficientibus, jusjurandum defe-





est, petere juramentum à Reo, ut <sup>iste</sup> probet sua innocentiam; alioquin favorabiliores erunt partes <sup>actoris</sup> quam ~~actoris~~ Reo.

R. N. Cons. et paritate; Disparitas est; quia quando actor plene probavit, jam de jure suo docuit; nec proinde juramento indiget, eoquod causa tunc sit Ciquida, sed ubi nihil probavit, et tamen contendit sibi deberi, Reo id negante, res est dubia, unde iurandum offerri potest, ut rei decisio fiat.

Ugebis: C. final. s. Sane h. l. dicitur, Sane si actor omnino in probatione defecerit, Reus debet esse nihil praestiterit obtinere; ergo actore nihil probante reus est absolvendus, ita ut nec iudex deferre possit juramentum.

R. Textum non esse ad propositum, loquitur enim de actore, qui probationem inchoavit, et in ipsa omnino defecit, atq; adeo nec semiplene probavit, ubi utiq; reus est absolvendus, ut prudenter advertit König hic n. 66. At nos loquimur de actore, qui ab initio nihil probare conatus est, sed in ingressu litis juramentum Reo debulit.

Dices, Incertum esse, an textus loquatur de actore, qui probationem attentavit, et in ea defecit, an vero de eo, qui in probationibus producendis defecit, quia nullas habet; ergo gratis hac data est responsio.

R. Neg. ant. Nam quando dicitur, actor omnino in probatione defecit, profecto idem est, ac si diceretur; actor omnino nihil potuit probare, seu quidquid dixit, nulla probatione, neq; semiplena fecit, et ista est horum verborum obivus sensus; nec proinde oportet aliud improprium inquirere, quod cavetur l. non aliter ff. de legat. 3.

Repones: Non esse inconveniens ad improprium confugere sensum, ut jura jurius concordari possint; nam correctio juri non

facile est admittenda c. cum expedit 29.  
de elect. in 6. atque in l. 4. C. de edendo  
solum cavetur, ne aliquis in probationi-  
bus producendis deficiat, easq. antequam  
agat, paratas habeat: qui accusare voluit,  
inquit ibi imperator, probationes habere  
debent, neq. aequitatis ratio permittit, ut  
alienorum instrumentorum inspiciendorum  
potestas fieri debeat; actore enim  
non probante, qui convenitur, etsi ipse  
nil praestiterit, obtinebit; ergo &c.

R. Tunc jura juribus concordari de-  
bere, quando sibi contrariantur: atque  
hi duo textus sibi non sunt contrarii,  
quippe unus non negat, quod alter afir-  
mat, ut patet legenti. ~~et sic~~

Neg. dicas: saltem ex eo leatu evinci  
intentum, nempe actore non probante,  
seu non producente probationes, Reum  
esse absolvendum; ergo.

R. cum distinctione: est absolvendus  
in eo casu, quo iusjurandum non exigere-  
tur, sed solum probationes ex domo Rei  
sumere vellet actor. Con. Si iusjurandum  
exigitur, Neg. Tenetur enim Reus jurare,  
ut bene resolvit Fachinaus, contr. l. 1. ex q.  
et nos supra probavimus.

Instabis: in cit. l. expresse dicitur: etsi  
nihil reus praestiterit, obtinebit, hoc est,  
erit absolvendus; ergo Reus non tenetur  
praestare juramentum.

R. N. C. Nam sensus horum verborum iste est  
quod reus nil probare, seu nullas probatio-  
nes afferre teneatur, quando actor nihil  
probat, non vero, quod jurare non teneatur,  
si ei iusjurandum offeratur.

Dices; ergo hoc ipso actor, dum nihil pro-  
bat, et petit juramentum à Reo totam proba-

tionem peteret ex domo Rei, sed id impro-  
batur l. cit. 4. de edendo, et l. 7. C. de tes-  
tibus; ergo.

R. ibi non reprobari probationē petita  
ex juramento à Reo prastito, sed solum  
evetur, ne probationes ex instrumentis  
rei exigantur; unde ha. leges nobis non  
adversantur. Praterea per juramentum  
probationes non sumuntur, ait Factinans,  
sed solum iudex et testis efficitur in causa  
propria ipse reus, quod si recuset, in mani-  
festa turpitudine et confessione versatur,  
l. manifesta ff. de iurejur.

At inquit: Satis absurdum esse, redire  
ad sacramentum, et cum desperavit alia  
probationem, ad religionem convolare, ut  
dicitur l. ii C. de rebus creditis, sed hoc  
faceret actor, nihil, antequam deferret  
juramentum, probans; ergo.

R. Hunc textum rursus non esse ad propo-  
situm; ibi enim sic loquitur, <sup>quis</sup> "si iusiuran-  
tū intulerit, et ne dum eo prastito postea  
1: ut pote sibi allegationibus abundantibus  
hoc revocaverit: Sancimus nemini  
licere, penitus iterum ad sacramentum  
recurrere 1: Satis enim absurdum est re-  
dire ad hoc cui renuntiandum putavit.

Hic igitur sermo fit de eo, qui in medio  
litis juramentum oblatum revocat, eoque  
videat sibi suppetere probationes, et postea  
illud de demum offerre cupit; nos vero lo-  
quimur de eo, qui in ingressu litis deficien-  
tibus probationibus adversario iusjurandū  
defert: quod minimè hac lege reprobatum,  
quin potius magis stabiliri videtur.

Urgebis; Ideo absurdū est recurrere ad iura-  
mentū, cui renuntiātū est, quia id fieret absq[ue]  
iudicio, sed ubi actor nihil omnino probavit, absq[ue]  
iudicio, seu sine causa rationabili exigeret iuramentū; ergo.

R. N. mi. Nam causa rationabilis iuramen-  
tum exigendi, illudq; prout est ipsa proban-  
di necessitas, et ~~ex~~ <sup>est</sup> veritatis manifesta-  
tio.

Dices: Vbi actor ad iudicium temere provo-  
cavit, nullam ~~est~~ <sup>est</sup> probandi necessitate se tueri  
potest: atqui ita provocasse non absque  
ratione presumitur, qui nec probationem ali-  
quam pro se potest adducere, ergo.

R. Neg. min. Nam ille temere provocare,  
ac litigare dicitur, qui per calumniam quid  
petit, vel sine justa causa expentur, l. 29.  
S. i. ff. de liber. caus. l. 79. ff. de iudic; quod non  
facit, qui iustam se habere causam reputans, atq;  
ob inopiam ~~probationem~~ <sup>testium</sup> aut probationum  
ex instrumentis casu deperditis petendam alteri  
iuramentum deferret.

At inquires, hoc admisso saepe contingeret, quod  
qui nec probatione, nec presumptione munitus  
est, ~~pro~~ <sup>potest</sup> fingens, se mutuas dedisse pecunias,  
litam innocenti intentare, ergo ut huic ma-  
lo obviatur, audiendus non est iuramentum  
deferens, si probationem nullam ipse addu-  
cat.

R. d. Retorquendo argumentum, hoc ad-  
misso saepe contingeret, quod qui nec probatione  
nec presumptione munitus est, saepe sapienter  
ius suum non obtineret, ergo à contrario len-  
tu, ut huic malo obviatur ad audiendum est  
iuramentum deferens.

R. 2. Quum delatione iuramenti non gra-  
vari, aut enim mala habet causa, aut bona.  
Si malam, inique petit absolvi, si bona, non  
est, quod iuramentum recuset, quando per id  
improper in propria causa quodammodo testis  
et iudex constituitur.

Controversia 27  
ex l. 2. tit. 26. de prescriptione  
et ex l. 7. C. eodem.

Utrum si proximior agnatus seu-  
dum alienatum spatio 30. anno-  
ru revocare neglexerit, ejusdem  
feudi possessor tutus sit prescrip-  
tione adversus alios agnatos, qui  
post illius mortem gradu sunt  
proximiores?

Resolutio

Si proximior agnatus vivens intra annos  
30. feudum alienatum revocare et vindicare  
neglexit, non tamen agnatus, qui post mortem  
illius est proximior prescriptionis exceptione  
repelli potest, sed licebit ei feudum vindicare.

Ratio est, quia huic agnato jus quasi-  
dum est, <sup>ex</sup> antiquis concessionibus, et investituris,  
quod per Feudi alienationem ei auferri non  
potest absq. ejus consensu juxta C. id quod  
nostrum ff. de R. J. ibi. Id quod nostrum est  
sine facto nostro / sine voluntate nostra /  
ad aliu transferri non potest.

Præterea c. 17 de alienat. Feudi expresse 7 FF.  
dicitur: hujusmodi alienatione fieri non  
posse nisi agnatis consentientibus, ad quos  
beneficium quandoq. sit reversurum.

Oppones: Ille non potest feudum vindicare,  
cui opponi potest prescriptio iam completa:  
sed in præsentis casu agnato, qui proximior  
est, post mortem alterius potest opponi præ-  
scriptio iam completa, ergo.

R. D. maj. Si sit completa tam respectu  
ipsius proximioris, quam sui antecessoris,  
Conc. Si solum sit completa respectu sui  
antecessoris, sicuti seipse dicitur est. v. maj.

Instabis. Qui habet titulum et bona fide,  
et præsentit contra præsentem possessorem,

+ praescriptio

hoc ipso etiā praescribit contra eius succes-  
sorem; ergo respectu utriusque est completa.  
Ant. prob. Ratio finis inducentis praes-  
criptionē in hoc sita est, ne dominia re-  
rum maneat incerta, ne lites facile sus-  
citantur, et praesertim ne possessores  
imortali timore vexentur, rem possessā  
iterū amittendi. l. 4. pr. C. de praescript. 30  
uel 40. annor. atqui haec ratio non minus  
militat pro hoc casu, quam in aliis; ubi  
autem eadem est ratio, eadem est et legis  
constitutio; ergo.

Q. Neg. Suppositum Majoris; Supponit-  
ur enim quod curat praescriptio, antequā  
actio nata sit, quod falsū est; prius enim  
debet quis posse agere, antequā contra  
eum incipiat praescriptio, l. 1. §. ad hoc l.  
C. de annal. except. C. sicut 3. C. de praes-  
cript. 30 annor. Itaq. cum Successor vi-  
vente agnato proximior agere non po-  
tuerit, praescriptio temporis 30. annorum,  
quā praescribens munitus est, ei obesse non  
poterit.

At inquires: effectus et natura ipsius praes-  
criptionis tolli nequeunt: sed id sequere-  
tur admissā hac sententia; ergo. Prob. mi-  
nus effectus et natura praescriptionis est reddere  
praescribentem dulum in futurū l. 1. et  
3. ff. de usucap. at si possessor per 30. an-  
nos solū praescriberet contra praesentē, et  
non contra Successorē, non esset dulus in  
futurū; ergo.

Q. Dist. maj. Effectus et natura praescrip-  
tionis est reddere praescribentem dulum in fu-  
turum contra eos, qui agere possunt C; qui

agere nequeunt, vel quibus actio necdum  
competit, N. Maj.

Urgebis: <sup>Exinde</sup> "Jequi absurdum; nam dicere, quod  
prescriptio effectum habeat contra presentem  
possessorem, non verum contra successorem.  
est dividere effectum prescriptionis, sed  
id vetatur, l. cu qui ades ff. de usucap.  
ergo.

R. Neg mi. Nam in hac lege solum ca-  
vetur ne una res diversis temporibus  
usucapiatur, ut puta cum ades ex duabus  
rebus constant, ex solo nempe et super-  
ficie, non potest superficies prescribi eo  
tempore quod usucapioni rerum mobilium  
constitutum est sed solum eo, quod rebus  
imobilibus determinatum est. Et hac est  
sententia dicta legis, qua proinde ad re-  
istam non pertinet, in qua de diversis per-  
sonis agitur.

Urgebis iterum: Si prescriptio habet effectum  
contra presentem possessorem, tunc hoc ipso effi-  
citur prescribens illius rei Dominus: atqui  
dominium semel acquisitum non potest sine fac-  
to partis auferri ex l. cit. id quod nostrum de  
R. J. ergo C.

R. Dist. maj. Si prescriptio habet effectum  
contra presentem possessorem per successorem  
ejus irrevocabilem tunc hoc ipso efficitur  
prescribens Dominus illius rei C. Si sit revo-  
cabilis per successorem ejus, nimirum per  
actionem, quia necdum est prescriptam; eo quod  
agnato adhuc vivente necdum fuerit nata, tunc  
nego, quod prescribens absolutus illius rei eva-  
dat Dominus?

Dices: Ideo dicitur ejusmodi effectus per  
successorem revocabilis; quia quae sunt prohibita



alienari s. qualia praescriptum sunt feuda: prohibentur etiam usucapi: sed contrarium evincitur ex C. Sycho ff. de usu et usufructu. ergo.

Q. Huic legi derogasse Justinianum, ut constat ex C. ult. §. sed quia C. Commun. de Legat. Præterea non in hac ratione nostram stabilimus sententiam, sed in alia, quam jam tetigimus, nempe quod praescriptio temporis annorum 30. quam praescribens se fieri posse arbitratur, Successori agnato obesse nequeat; quia vivente agnato proximior, agere non potuit, non valenti enim agere praescriptio non obest. C. j. cit. C. de ann. except.

Repones: Hanc legem ac similes loqui quando in initio ipsius Praescriptionis datur tale obstaculum: sed nihil est impresentiarum, quod obstat initio praescriptionis, cuius finis a lege inducit firmum perpetuumque effectum, ut praescribens securus reddatur contra presentem possessorem, ac consequenter etiam contra Successorem ex natura ipsius praescriptionis; ergo.

Q. Dist. min. Nihil obstat in initio praescriptionis, quantum ad presentem possessorem attinet. C. Quantum ad Successorem spectat. N. m. et Cons. propter rationem prius allatam.

Controversia 28.  
ex lib. 2. Tit 26. de praescriptionibus

An effectus praescriptionis etiam in foro interno locum habeat?

Nota d. Finis principalis introducta praescriptionis esse bonum publicum, nempe d. ne dominia plurimarum rerum diu et fere semper maneat incerta, et possessores immortalis

timore venentur, rem possessa iterum amitten-  
 di, l. 7. pr. C. de prescript. 30 uel 40 annor.  
 2. Ut praedantur lites, quietiq, tam tributa-  
 lium quam privatorum consulatur, l. ult. ff.  
 pro suo. 3. Ut acuatur hominum diligentia  
 in rebus suis inquirendis, et ad maiorem cultu-  
 ram redigendis, pr. Inst. de usufr. C. de  
 Nota 2. Indubitatum esse, per prescriptio-  
 nem in foro externo acquiri dominium rei,  
 et constat ex utraque legibus; an autem etia  
 hunc effectum sortiat in foro interno, con-  
 trovertitur inter DD.

Resolutio

Prescriptio etiam in foro interno cons-  
 cientia locum habet, ita ut prescriben-  
 tem non modo in foro fori sed etia  
 in foro poli securum reddat, suumq  
 effectum producat.

Prob. 1. Quia lex dicitur domina reru, quas  
 potest ex justa causa et authoritate uni adi-  
 nere, et in alterum transferre, sicuti possunt  
 privati in privatos per pacta et conventiones  
 C. d. dist. 8. l. j. ff. de Constit. Princip. cum  
 similibus. Lex autem justa in foro externo;  
 et etia justa in interno, ut saepe diximus;  
 ergo.

Prob. 2. Quia tantum abest, ut Ecclesia pres-  
 criptionem approbare, si in foro conscientia nul-  
 la esset, quin e contrario illa positive repro-  
 baret, sicut fecit respectu prescriptionu absq  
 bona fide, derogans per hoc juri Civili.

Prob. 3. Quia decernitur c. Sanctorum de pres-  
 cript. ut possessiones 30. annorum quiete et  
 sincere teneantur: atqui non potest fieri, ut  
 retenta cum peccato, adeoque cu continuo conf-  
 cientia remorsu quiete teneantur; ergo.

Oppones: Lex Civilis transferens dominium  
 per prescriptionem a Domino rei ad non Dominum  
 ejusdem non videtur justa, ergo nequit habere  
 locum in foro interno. Ant. prob. Lex qua

pugnat cum jure Gentium non videtur iusta; talis autem est Lex prescriptionis; ergo. Prob. min. Dominium singulorum descendit à jure Gentium, l. ex hoc jure 5. ff. de f. et g. ergo Lex Civilis auferens tale dominium pugnat cum jure Gentium.

R. Neg. Cons. Nam jus Gentium, quod dicitur, nemini auferendum rem suam, etiam dicitur, ut pareamus Republica, adeoque etiam Legi, qua prescriptionem ob bonum publicum statuit.

Urgebis: Jus Gentium nequit dicitur id, quod adversatur juri naturali; sed aliquem privari re sua absq. sua culpa, quod fit per prescriptionem adversatur juri naturali; ergo. §

R. dist. min. Aliquem privari re sua absq. sua culpa adversatur juri naturali; si privatio poenalis sit, Cons. si legalis sit, ob bonum publicum introducta. Neg. min. Instabis. Jus introduxit prescriptionem in poenam negligentiam, ut patet ex cap. Vigilanti §. de prescript. ubi Alexander III. aperit fuisse ob negligentiam instituta prescriptionem; ergo privatio hujusmodi poenalis est.

R. Dist. ant. Jus introduxit prescriptionem in poenam negligentiam secundario Cons. primario N. ant. primario quidem quippe introducta est propter fines supra recensitos, praesertim autem ad evitandas ac praesidendas lites et jurgia.

Dices: Lites evitari possunt absq. dominij translatione, negando scilicet priori Domino actionem contra praescribentem; ergo.

Q. Dicit Ant. Evitari possunt in foro judiciali.  
 Trans. In familiis et particularium domibus  
 Neg. Ant. Dominum facultate desti-  
 tuti sua in iudicio repetendi, plerumque  
 rixando, pugnando, opprimendo, occidendo  
 tentarent illa eripere e manibus possi-  
 dentium; unde odia implacabilia, et fa-  
 miliarum discordia nascerentur, quod  
 non minus bono communi foret pernicio-  
 sum, et exitiale.

Urgebis: Esto, quod lex praescriptionis trans-  
 ferat dominium in praescribentem, non tamen  
 transfert dominium liberum, sed ligatum, et  
 oneratum obligatione restituendi, si post com-  
 pletam praescriptionem, et ex post facto resea-  
 tur Dominus rei praescripta: ergo. Ant. prob.  
 Sicut ille, qui rem alienam fortuito invenit,  
 non fit absolute Dominus, sed solum sub  
 conditione, et tandem retinere potest, quan-  
 diu non innotuerit is, qui rem perdidit; sic  
 a pari non videtur, quod aliquis per praescrip-  
 tionem fiat absolute rei Dominus, sed solum  
 sub conditione, quamdiu non rescierit rei do-  
 minum; ergo.

Q. Nego paritatem; Inventori enim nulli-  
 bi leges tam clare et absolute tribuunt  
 dominium rei inventa cum plena securitate, si-  
 cut tribuunt praescribenti.

Instabis: Imperator in Novell. 9. praescrip-  
 tionem vocat impium praesidium, et improbam tem-  
 poris allegationem; ergo leges non possunt  
 tam clare et cum plena securitate tribuere do-  
 minium rei praescribenti; quomodo enim quis ple-  
 na conscientia securitatem gaudere potest, qui  
 impio fulcitur praesidio?

Q. Imperatore loqui de praescriptione, qua  
 inchoata vel saltem continuata est cum mala

fide, solius temporis habita ratione, qua o-  
lim in foro Civili tolerabatur.

Instaurabis argumentū. Qui elapso pres-  
criptionis tempore rescit rem alterius, bonā  
fidem habere requirit, ergo malā fidem  
habeat, necesse est; ac consequenter eam  
absolute prescribere requirit, aut dicendum,  
quod prescriptio sit iniquū presidium.

Q. N. maj. Habet enim bonā fidem prescri-  
bens, quod res alterius iam sit sua. eo quod  
translatum sit ad se ipsius rei dominium.  
Urgebis: Si translatum esset in se ipsius  
rei dominium, tunc posset dicitur ex alie-  
no cum alterius damno: sed nemo potest  
completari cū alterius jactura c. 48. de Reg.  
J. in 6. ergo.

Q. D. min. Nemo potest completari cum al-  
terius jactura injusta C. justā reg. min. Itaq;  
hac regula dumtaxat reprobatur completationem,  
quae fit cum alterius injuria formali; et jae-  
tura injusta. At cui lex tribuit jus et domi-  
nium rei, non injuste dicitur ex alieno, nec  
alteri injuriā formalem infert, quia prescriptio-  
ne completa res fit propria ipsius prescriben-  
tis.

Dices: Ergo lex nobis invito nostrum auferre  
potest; at id reprobatur reg. 11. ff. de R. J.  
ibi: Id quod nostrum est, sine facto nostro  
si id est sine consensu nostro posse Deo et aliis  
in h. l. ad alium transferri non potest. ergo.

R. hanc regulam locum non habere, quando  
dominium nostrum auferatur auctoritate legis,  
qua ob bonum publicum, supplet consensum  
prioris Domini.

Urgebis: Auctoritas legis se habet, sicut sen-  
tentia principis, sed qui v. g. litigando obtinuit  
praedium per sententiā principis, tenetur, ubi no-

ut, se non esse illius Dominum, ad restitu-  
tionem; ergo etiam qui per <sup>legem</sup> prescriptiones  
sequitur praedium alterius, ubi novit, se non  
esse illius Dominum, ad restitutionem obli-  
gabitur.

R. N. maj. et paritate. Disparitas est,  
quod prescriptio transferat rei Dominum,  
ut saepe diximus, non sic sententia prin-  
cipis aut iudicis, qui tantum partibus assi-  
gnat ea, quae ex allegatis, et probatis viden-  
tur ipsis competere.

Dices: fieri petitionem principis, de hoc  
etiam maxime controvertitur, an lex ita  
transferre possit rei Dominium ad prescri-  
bentem, ut amplius non teneatur ad res-  
tutionem; unde datur in responsione,  
quod est in questione.

R. Nego hic fieri petitionem principis; na-  
controversia in hoc proprie non versatur,  
an prescriptio ita transferat Dominium in  
prescribentem ut ad restitutionem non teneatur,  
sed solum an prescribentem in foro poli se-  
curu reddat. hic autem simpliciter diximus,  
per prescriptionem transferri Dominium in al-  
teru sine obligatione restitutionis, abstra-  
hendo à foro interno.

Dices. Equidem ex hac responsione manifes-  
tum fieri, quod transferatur per prescriptio-  
nem Dominium rei in prescribentem, adeo ut  
non teneatur ad restitutionem in foro fori,  
sed non probatur, quod etiam effectum suum  
consequatur in foro poli; ergo.

R. Nego, quod per hanc responsionem non  
probari. saltem consecutive, quod prescriptio  
etiam effectum suum sortiatur in foro poli; na-  
leges iustae in foro externo, regulariter sunt  
iustae etiam in foro interno; non enim est

potestas nisi à Deo; itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit Rom. 13. vj.

Et sane satis provisum non esset fini prescriptionis, si quod Canon et Lex circa dominij acquisitione approbat, confessorius reprobareret.

† regulariter

Inquies: Falsum esse hoc principium, quod Lex justa in foro externo sit etiam justa in foro interno, nam sicut ut cetera taceantur: Lex infra dimidium lapsa actionem denegans est justa in foro externo, non tamen justa in foro interno, cum maneat restitutionis obligatio in foro interno; ergo.

R. N. quod illa Lex non sit etiam justa in foro interno; non enim positive statuit, ut cadens caso satisfacere non debeat aut tribuit dominium rei in excessu pretii, sed solum negativè se habet, non assistendo in iudicio illi, qui casus est, ad minuendas lites, quae alias sicut cum ferè innumeras essent: nimirum turbarent tribunalia, quod utiq; iustissimum est tam in foro externo quam interno; alioquin delinquerent iudices, quoties denegant actionem caso infra dimidium.

Dices: Si Lex ista etiam justa est in foro interno; ergo etiam in foro interno servari debet, aut potest; ergo hoc ipso non manet obligatio restitutionis in foro interno;

R. Dist. Cons. ergo servari debet ab eo, quem Lex ista intendit constringere. Consequenter constringere non intendit N. Cons. Itaq; haec Lex dumtaxat respicit ipsum casum, sicut ut hic vi lupus legis non possit contra cadentem in iudicio agere, non verò spectat ipsum cadentem; sed quod circa eum Lex nil proprius disponat, sed merè negativè se habeat,

cum relinquens sua conscientia; unde fal-  
sum est, quod ultimo arguitur, nempe  
non remanere apud cadentem obligationem  
restitutionis in foro interno.

At inquires: Eo proorsus modo se habet  
lex prescriptionis; hac enim solum res-  
picit eum, contra quem prescribitur, in-  
quantum nempe ei denegat actionem  
ad repetendam rem suam in iudicio; ergo  
prescribentem relinquit sua conscientia  
et obligationi naturali restitutionis.

R. N. Ant. et paritatem; nam lex negans  
actionem laico infra dimidium non assistit  
positivè cadenti, ut iam dictum: at vero lex  
prescriptionis positivè assistit prescriben-  
ti, tribuendo absolute dominium rei pres-  
cripta.

Instaurabis argumentum: Si lex prescrip-  
tionis positivè assistit prescribenti, sic ut  
etiam locum habeat in foro interno, tunc  
religiosus putativus post 5. annorum decur-  
sum et silentium verus efficietur Religio-  
sus: Sed hoc est absurdum; ergo. Prob.  
maj. Vi Concilii Tridentini prescribitur  
contra religiosum, qui dicit se nulliter esse  
professum, si intra quinquennium non recla-  
met, sess. 24. de Regular. c. 19. ergo vel  
dicendum, quod talis solo tractu temporis verus  
efficiatur religiosus, vel quod lex prescriptionis  
solum locum habeat in foro externo.

R. N. Cons. et suppositum, quod tempus illud, quin-  
quennii datum sit ad prescribendum contra  
Religiosum, cum id nullo verbo Tridentinum  
significet, sed solum, quod eidem negari debeat.  
audientia in foro externo post elapsu illud  
temporis spatium propter prescriptionem ratifica-  
tae professionis; unde hoc argumentum non est  
ad propositum.



Controversia 29  
 ex l. 2. §. 26 de prescriptionibus, et ex l.  
 7. C. tit. 39. eodem

Utrum Scientia juris alieni obest  
 praescriptioni actionum et obligationum.

Summopere inter DD. controuertitur, utrum Scien-  
 tia juris alieni obest bona fidei, in praescriptione  
 qua extinguitur debitum, et actiones personales  
 intra 30. annos, quando nempe debitum est in-  
 definite contractum. V.g. Titius ante 30. annos  
 a Sempronio centum accepit mutuos absq. deter-  
 minatione certi temporis, et quia nunquam  
 intra tantum temporis spatum a Creditore  
 Sempronio fuit interpellatus, controuertitur  
 inquam, an talis rei praescriptionis sit ex mu-  
 tuo in conscientia liber?

Resolutio.

Scientia juris alieni obest praescrip-  
 tioni actionum et obligationum.

Ratio est 1. Quia nulla praescriptio, cum mala  
 fide, qua peccatum sit concedenda est ex c.  
 fin. h. d. et reg. §. possessor. 2. in 6.

Ratio est. 2. Vel debitor, qui sit sua obliga-  
 tionem et jus alterius habuit animum solvendi  
 v.g. mutuum vel non? Si non habuit, utique  
 non fuit in bona fide, si habuit nunquam fuit  
 in quasi possessione libertatis a solvendo mu-  
 tuo debito, et sic praescribere nunquam potuit,  
 vel ob defectum bona fidei, vel ob defectum  
 possessionis.

Neg. dicas: Debitorem habere animum sol-  
 uendi v.g. mutuum sed sub conditione, si credi-  
 tor exegerit, et sic eum esse in bona fide;  
 Nam contra sic argumentu instauris: Vel ta-  
 lis habet animum non solvendi, si creditor non  
 exegerit, vel <sup>habet</sup> animum solvendi, obici non exi-  
 gerit? si secundum; manet prius argumentu  
~~eum videlicet in bona fide nunquam esse potest.~~  
 eum videlicet in quasi possessione libertatis (sic non posse

Si primū; ergo talis non vult prestare, ad  
 quod tamen talis vi mutui se obligavit, quod  
 arguit malā fidem; mutuū quippe defini-  
 tur, contractus, quo transfertur dominium rei  
 in accipientem sub obligatione postea reddē-  
 di similem; ergo tandiu manet obligatio mu-  
 tuū solvendi, quamdiu non remittitur, aut pru-  
 denter presumitur remissam esse obligationem  
 solvendi; hac autem non presumitur ex eo,  
 quod quis non exigat solutionem debiti; sed  
 potius inde arguitur juris sui ignorantia; nemo  
 enim donare suū presumitur. l. cum de indebito  
148. vers. si vero ff. de probat. et presump. l. fin.  
C. de Novat.

Oppones: Nullo jure ostendi potest, quod Scien-  
 tia juris alieni in actionibus et obligationi-  
 bus inducat malā fidem; ergo scientia juris  
 alieni non obest prescriptioni actionū et  
 obligationum. Ant. prob. Textus juris Ca-  
 nonici supra adducti bona fidem in prescrip-  
 tione exigentes loquuntur tantum de prescrip-  
 tione rerum non de prescrip-tione actionum;  
 ergo.

¶ Cum D. Smaltgrueber h. l. n. 62. Etō  
 de actionibus et obligationibus textus citati  
 nil meminerint, in his tamen ratio, ob quam  
 jus Civile à Canonico correctum est, aequè pro-  
 cedit ac in rebus, cum in his omnibus peccatum  
 sit, si cum mala conscientia possideantur.  
 igitur cum agatur de peccato vitando ob  
 rationis paritatem citatorū textuū constitutio  
 est extendenda.

Vigebis: Si scientia juris alieni inducat  
 malam fidem, tunc nunquam fieri posset, ut  
 Episcopus locum alterius jurisdictioni subice-  
 rum sciens prescribere posset. Sed hoc pugnat  
 contra cap. placuit d. h. l. ubi statuitur, quod  
 Episcopus jurisdictionem in locū à se ad unita-

tem fidei conversum praescribere possit triennio, quantumvis sciat cum alteri jurisdictioni subiectum esse.

R. Hoc in favorem fidei, et odium Episcopi praedicationem negligentis statutum esse, et ideo non est trahendum in consequentiam.

~~Instatur bis Argumentum: Scientia juris alieni in actionibus ex debito indefinite contractis non involvit peccatum injustitiae; ergo non inducit mala sedem praescriptionis impeditivae; ergo locum habet praescriptio.~~

~~R. Neg. ant. Si nempe debitor animum non solvendi, et solutionem quoquo modo subterfugendi habuerit~~

~~Prob. tamen ant. Qui nihil agit contra obligationem, qua alteri est obstrictus non peccat peccato injustitiae, sed in debito indefinite contracto debitor tamen ante interpellationem non solvat, non agit contra obligationem, qua creditori est obstrictus, ergo min. prob. Qui nec a die, nec ab homine interpellatur non tenetur solvere arg. l. quod te s. ff. de R. C. Sed debitor in debito indefinite contracto nec a die interpellatur; quia certus non est adiectus, nec ab homine, uti supponitur; ergo~~

Repones, nec favor fidei nec odium negligentis Episcopi praeponderare potest peccato injustitiae, si quod esset in eo, qui cum scientia juris alieni contra alterius actionem praescriptionis auxilio se suavi cupit; ergo

R. hoc verum esse, si desit auctoritas legis, seu vero dicendum, si <sup>nampe</sup> auctoritas legis ob favorem fidei, et odium negligentis Episcopi huius adimat jurisdictionem eamque alteri tribuat; interposita enim auctoritate <sup>legis</sup> tollitur omnis ratio injustitiae.

Replicabis: Si favor fidei, et odium negligentia in tantum valet, ut lex propterea unius jus eripere, et alteri adijcere possit, valebit. quoque favor boni publici ex litium ac controversiarum naufragio emergentis, nec non odium negligentia creditorum jus suum per 30. annos intermissum, valebit, inquam, in tantum, ut merito lex hos jure petendi, prius, et debitores ab onere solvendi, liberet.

Q. Nullibi clare definitum, aut constitutum, quod quis cum mala fide, qua induit scientia juris alieni praescribere possit contra jus creditoris, sicuti statutum est, quod Episcopus ob bonum fidei jurisdictionem alterius non tam beneficio praescriptionis, quam speciali privilegio sibi comparare possit. Unde standum est juri naturali, ut cujus actiones personales v.g. ex mutuo, empto & semper durant, nisi solutio, aut remissio debiti, interveniat, ut bene notat Engel hic n. 18.

Voegels: In servitute rustica; in actione poenali, in actione redhibitoria, quanti minoris, in usufructu, pro legato & praescriptio ex scientia juris alieni non interimitur; ergo idem generaliter concludendum est in actionibus personalibus. Cons. prob. Ideo in praenominatis jure procedit praescriptio non obstante scientia; quia vel debitor non tenetur ultro ad solutionem aut satisfactionem se offerre, vel non obstringitur creditorem admonere juris sui; sed neque debitor in actione personalis explicato modo tenetur se ultro ad solutionem offerre, aut creditorem monere; ergo.

Q. s. Trans. stat. et Neg. Cons. Nam non videtur, cur debitor non tenetur se ultro ad solutionem offerre, si prudenter praesumat creditorem potius immemorem esse sui juris, quam

quod illi debitum remiserit.  
 R. 2. N. ant. Alia enim est ratio, cur  
 in praenominatis juribus non obstante scien-  
 tia concurrat praescriptio; nam imprimis in  
 servitute rustica, non est aliqua ~~pro~~ fa-  
 ciendi, sed mere patiendi obligatio, nec  
 debetur, nisi petat is, qui jus habet hujus-  
 modi servitutis; ac proinde per longum  
 tempus non utens servitute censetur ea  
 pro derelicta habuisse. Neque hic tam vera  
 praescriptio concurrat, quam vera extinctio  
 ipso jure inducitur, sicut idem de privile-  
 giis per non usum amissis, communiter tra-  
 dunt doctores.

Pariter in actione poenali; solummodo ad  
 patiendum et onus subeundum est obligatio.  
 Et qui se a se debere poenam, seipsum etiam  
 a se non debere, nisi quando exigitur; nul-  
 lus enim se ipsum punire tenetur; unde non  
 offerendo illam ultro, in mala fide minime  
 constituitur.

Porro actio redhibitoria, quanti minoris, ac  
 si qua sint similes potius a jure extin-  
 guuntur, quam lapsu temporis praescribun-  
 tur. Neque etiam extinguuntur aliter, quam  
 pro foro externo; in foro namque interno  
 remanet obligatio omne damnum refarci-  
 endi.

Quando vero dicitur, usufructum non uten-  
 do amitti l. 25. ff. quibus modis ususf. amitt.  
 non aliter admittitur ab Haunoldo apud  
 P. Smier tr. 2. c. 5. §. 1. §. 3. n. 37. quam  
 si usufructuario negligente nec ille nec  
 proprietarius fructus colligeret, vel certe  
 proprietarius tanquam pro derelictis; atque  
 adeo non titulo praescriptionis; occuparet.

quo cum hic non requiratur bona fides, ut  
n. 36. i. p. Smier nobis alias adversarius  
ultra statetur; inde facile arguitur, quod  
prescriptio illius usufructus saltem in fo-  
ro interno effectum habere nequeat.

Deniq. heres ideo secundum communem  
sententiam legatum prescribit relicto Lega-  
tario, quia cum is legatum pro lubitu re-  
pudiare valeat, ex 30. annoru silentio re-  
pudiasse presumitur; Quod si tamen he-  
res certus <sup>est</sup> legatarium legatum non repudiaste,  
sed cum adhuc juri suo insistere, tunc heres  
saltem in foro interno maneret obligatus illud  
solvendi; eo quod prescriptio non curat in foro  
interno cum mala fide, qua dignoscitur in-  
tervenire, ubi scientia juris alieni habetur.

Instaurabis Argumentu: Scientia juris  
alieni in actionibus ex debito indefinite  
contracto non involvit peccatum injustitia;  
ergo non inducit mala fidei prescriptio-  
nis impeditiva; ergo locum habet prescrip-  
tio.

§. N. art. Si nempe debitor animum non  
soluendi, et solutionem quoque modo sub-  
terfugiendi habuerit.

Probas tamen art. Qui nihil agit contra  
obligatione, qua alteri est obstrictus, non pec-  
cat peccato injustitia, sed in debito indefi-  
nito contracto debitor licet ante interpella-  
tione non solvat, non agit contra obligatione,  
qua creditori est obstrictus; ergo. min prob.  
Qui nec a die, nec ab homine interpellatur,  
non tenetur solvere, arg. l. quod te s. ff.  
de reb. cred. sed debitor in debito indefinite  
contracto neq. a die interpellatur; quia certus non  
est adjectus; neq. ab homine, uti supponitur; ergo.

Q. Dist. maj. ultimi argumenti, qui nec à die determinato, aut indeterminato, nec ab homine tacite uel expresse interpellatur non tenetur solvere C. Si à die saltem indeterminato, et ab homine tacite interpellatur, quemadmodum hic contingit. N. maj. Itaqz qui indefinite contraxit debitum ex mutuo, ut mutui se obligavit ad aliquando solvendum, ac consequenter aliqua dies, qualis demum sit interpellat: imo et ipse creditor tacite interpellat; cum enim donare suum nemo presumatur C. supra cit. 35. ff. de prob. hinc potius credendum est, quod ex humanitate differat solutionem repetere, aut quod sit juris sui imemor, quam quod illum mihi remittat.

At dices: arg. C. cit. quod te. ff. de reb. cred. habetur, ad moram culpabilem requiri justam causam, ob quam aliquis solutionem facere tenetur; ergo satis datur intelligi neminem ad solvendum teneri, quem justa non urget causa: atqui ubi creditor non exigit debitum indefinite contractum nullo urget causa reddendi. ergo.

R. N. subsumpt. justa enim causa est ipsa scientia obligationis solvendi, quam quis contraxit, cum mutuum accipit, quae semper et manet, quoad prudentem presumi nequit, debitum remissum à creditore.

Dices iterum: Scientiam obligationis solvendi, justam causam esse non posse, nisi cum expresse dies uel homo interpellat. C. debitorum 10. C. de pignor. Vbi diserte dicitur: debitores praesentes prius denuntiacionibus conveniendi sunt, ergo.

R. Illud textum non esse ad propositum; ibi enim constituitur, ut priusquam quis in

ius pignoris, per rectorem provincia committatur, oportere, ut à debitoribus proprium debitum exigatur; sed quid inde argui possit, contra nostram sententiam non video, aliud casus est, debitores non teneri debitum indefinite contractum ~~non~~ solvere, nisi exigatur, et alii debitoribus prius denuntiatis conveniendos, antequam quis eorum hypothecas ac pignora persequi possit.

Repones: Qui debitum v.g. ex mutuo sine praefixione temporis contraxit, non videtur, non alia de causa sic contraxisse, quam <sup>ut</sup> ad ultionem solutionem se non obstringeret; ergo ut solvere teneatur, prius denuntiatione iuxta cit. l. debitoribus conveniendus est.

R. N. aut. aliquis hoc ipso esset in mala fide, cum vellet destruere naturam mutui, quae postulat, ut ipsum mutuum postea solvatur, quae obligatio tamdiu manet quamdiu non praesumitur remissum debitum, sine deinde exigatur, sine non; nam non exactio minime tollit rationem mutui, nec obligationem quae ex eo nascitur, extinguit.

At inquis: Quando creditor per longissimum tempus debitum non exigit, probabiliter sibi persuadet debitor, sibi esse remissum; ergo. Prob. ex l. cum quidam 17. §. 1. ff. de usuris, ubi creditor, qui per longum solummodo tempus exigere distulit usuras, illas in gratiam debitoris remississe censetur; ergo.

R. In hac lege non ex eo praesumi remissionem usurarum, quod per longum tempus non sint exactae, sed solum ex hoc, quia creditor distulit eas exigere sub spe dignitatis per debitorem adipiscenda; qui sub spe futura gratia usuras non petit, eas remississe videtur ait Glos. marg. in h. l.



309.  
Urgebis: Imperatoris ratio contrarium  
prodit; nam postquam dixisset: parum  
juste preteritas usuras peti, statim sub-  
dit hanc rationem: quas omisisse te; hoc  
est, remisisse; longi temporis intervallum  
indicat; ergo

¶ Hæc verba, quas omisisse te longi tem-  
poris intervallum indicat, non afferri ab  
Imperatore tanquã rationem, quod preteri-  
ta usura injuste petantur, sed solum ea,  
quæ dein mox subiicit ipse imperator:  
nempe, ut gratior apud eum videlicet esse,  
petendus non putasti, et sic remisisse mori-  
to præsumeris.

### Controversia 30

Ex lib. 2. §. 27. de sententia et re  
judicata

An res iudicata, etiam habeat locum  
in foro interno, ita ut absolutus à debi-  
to per sententiã, quæ transit in re iudi-  
catam etiã in foro poli, seu in-  
terno sit absolutus.

Suppono, sententiã, quæ lata est contra jus  
litigantis, etsi iniqua sit, modo iniquitas et in-  
justitia non sit notoria, ipso jure quò ad forũ  
externum sustineri, Ratio est; quia juris præ-  
sumptio est, quod iudex recte processerit.  
Dixi, modo iniquitas sententiã non sit noto-  
ria; nam si notorie sit injusta, non minis  
ipso jure irrita erit sententiã contra jus li-  
tigantis lata, ac irrita est lata contra jus  
Constitutionis. Ratio est; quia sententiã  
contra jus partis lata tanquam valida sus-  
tinetur ex hoc capite, quòd ut primum dic-  
tum est, pro iudice sit præsumptio, eum rec-  
te processisse. atqui si iniquitas sententiã  
sit notoria, præsumptio ista cessat; ergo.

370  
Quaestio igitur versatur de sententia con-  
tra jus litigantis lata, de cuius injustitia  
notorie non constat, An scilicet sicut in fo-  
ro externo locum habet, ita et in foro interno  
sustineri debeat.

### Resolutio

Sententia licet transierit in rem judica-  
tam, non tamen habet locum in foro con-  
scientiae, si sit injusta ex parte obiecti,  
ob defectum veritatis, seu si nitatur fal-  
sa praesumptione; unde absolutus per  
eam in foro fori, non hoc ipso abso-  
latus dici debet in foro poli,  
esto etiam quod bona fide  
litigaverit

Ratio est; quia sententia iudicis fundatur  
in praesumptione, quod vincens iusta habeat  
causam, ut dicitur c. cum inter 13. h. 4. ibi: que  
praesumitur rite per omnia celebrata. atqui si  
postea deprehenditur, hanc praesumptionem fuisse  
falsam, non patrocinabitur sententia, cum pra-  
sumptio cedere debeat veritati, l. 24. et 25. ff.  
de probat. ac praecipue 29. eodem ibi: Respondi;  
veritati locum superfore.

Confirm. Ex cap. cui est caus. 11. q. 3. ibi:  
apud Deum et Ecclesiam eius neminem potest iniqua  
gravare sententia. Item ex l. 60. ff. de condit.  
indebiti, ubi habetur, quod verus debitor, effi-  
ni iudicio fuerit absolutus repetere nequeat,  
si quid solverit; quia natura debitor permanet.

Oppones: Jura tribuunt rei iudicata vim  
legis, l. 38. ff. de legib. Et rem iudicatam ha-  
bent pro veritate, l. 207. ff. de R. J. Idem  
eruitur ex l. 36. ff. famil. Herciscunda: atqui  
lex, ubi, locum habet in foro conscientiae; ergo

Ex l. 38. ff. de l. nihil probari; nam  
ibi solum dicitur, rerum similiter iudicata = 7 perpetuo

rum authoritatem vim legis habere; ergo una tantum sententia transiens in rem iudicatum, vim tantam non habet. Porro quod res iudicata habeatur pro veritate, ex l. 207. ff. de R. J. id verum est in dubio, inquit Panormitanus c. 13. h. l. secus si notorie constaret de injustitia. Denique in l. 36. ff. familiae hercise. denegatur quidem repetitio rerum hereditariarum ab illo qui per sententiam perperam fuerat declaratus cohaeres; at illa denegatio repetitionis solum respicit eum, qui lapsus postea deprehenditur, non vero eum cui adjudicata est pars hereditatis, nam circa hunc lex merè se negativè habet, cum relinquens sua conscientia ad instar illius legis, quae infra dimidium lapsi actionem denegat; haec enim dumtaxat respicit ipsum lapsum, non vero spectat ipsum cadentem; at quod circa eum lex nil prorsus disponat, sed merè negativè se habeat. Quod si contendas, memoratam legem 36. ff. famil. Herciscund. positivè etià referri ad eum, cui perperam adjudicata est pars hereditatis, tunc dicam hanc legem dumtaxat habere locum in foro externo.

At dices: Lex justa in foro externo est etià justa in foro interno ex Rom. 13. ergo etià in foro interno locum habere debet.

R. Dist. S. Ant. Lex justa in foro externo est etià justa in foro interno, nisi nitatur falsa presumptione Cone. Secus N. Ant. alioquin deberemus dicere, quod ille, qui per biennium reliquit Chyrographum, quo se debitorem agnoscit apud creditorem non acceptam pecuniam, postea in foro externo ex falsa presumptione simpliciter ad solvendum condemnatus etià in foro interno, quamquam innocens sub peccato mortali ac reatu aeterna damnationis

rationis solvere teneretur, quod asserere satis  
absurdum esse videtur,posito, quod absq; scan-  
dalo, solutionem denegare posset.

Dices hanc absurditatem non agnovisse In-  
nocentium textum III. c. 13 h. 2. ubi statuit  
sententia observanda, qua contra jus litigantis  
lata fuerat ex instrumentis donationis in-  
valida. additq; rationem, quod quantum ad li-  
tigantes ipsos jus ex sententia factum est, postquam  
transiit in rem judicata. atqui non posset dici  
jus ex sententia ortum, si res judicata talis  
casu vim in foro conscientie non haberet,  
ergo.

Q. Neg. maj. Non enim dicit S. Pontifex in-  
strumenta donationis invalida esse, sed forte  
eis non plurimum innitendum esse. Nec dicit,  
sententia contra jus litigantis facta esse, sed  
solum, quod jus ex sententia factum fuit, post-  
quam transiit in rem judicata; qua scilicet quia  
presumitur iure per omnia celebrata. Ecce quo-  
modo S. Pontifex sententiae vim jus facientis  
in tantum tribuat, in quantum presumptioni  
innititur, ex quo patet est, eam in foro interno  
locum non habere, si haec presumptio falsa sit;  
presumptio enim cedit veritati.

At dices: S. Pontifex tantam vim rei judicatae  
tribuit, ut etiam si sententia contra jus litigan-  
tis seu partis victae lata fuisset, nihilominus  
servanda ac obedientia victori sit praestanda;  
ergo spectata decisione S. Pontificis, qui cum-  
primis forum internum cordi et cura habet;  
res judicata in foro non solum in foro fori, sed  
in foro poli sua vim exercet.

Q. Cum Panormitano in h. l. ea verba: etiam si  
sententia contra jus litigantis lata fuisset, non  
debere intelligi, quando notorie constat de in-  
justitia sententiae; quia eam nullam vim habere,  
supra ostendimus; neq; Pontifex dicere posset,  
eam <sup>rite</sup> presumi per omnia celebratam esse; ~~ante~~  
igitur intelligenda sunt in dubio, ut ait Panormi-

iamus, seu quando non constat de injustitia sententia; licet tamen à parte rei sit injusta; at tunc ultro concedimus jus ex tali sententia emanatum esse; etiam in foro interno, quia praesumitur rite per omnia celebrata.

Dices: Non constat notoriè de injustitia sententia; quando soli parti victa notum est, se injustè condemnatam esse: ergo pro tunc se subdat sententia etiam in foro interno, ex verbis Pontificis manifestè arguitur.

Q. Neg. Cons. Quia ex parte persona victa <sup>deficit</sup> ratio summi Pontificis, nempe quod hac sententia sit verisimiliter rite per omnia celebrata; unde in foro interno pars victa ei non tenetur se conformare, modo absq; scandalo fieri possit.

Urgebris: Lex ista est generalis, nempe quod sententia, quae transit in rem judicatam jus faciat, quia praesumitur per omnia rite celebrata; ergo licet in particulari casu haec ratio deficiat, nihilominus obligat, legis enim ratione cessante in casu particulari non cessat ejus dispositio, l. prospexit ff. qui et à quibus

Q. N. Cons. Ad rationem adjectam respondeo cum P. Engel, li. 4. c. 2. §. 4. n. 79. Id verum esse si lex formas substantiales praescribat, vel alias conformitatem publicam respiciat, seu vero dicendum praesertim in foro poli, si ea non observatione legis, cujus ratio in particulari casu cessat, nullum oriatur in communi scandalum, ut maxime accidit in legibus fundatis in falsa praesumptione, atq; ades in sententia, quae falsa praesumptioni innititur.

Instab. Hujusmodi sententia ex verbis Pontificis facit jus inter ipsos litigantes: atqui non posset dici jus ex ea sententia ortum, si res judicata in tali casu vim non haberet in foro poli; ergo prob. mi. Quia jus dici nequit, quo quis sine

alterius injuriā uti non potest; ergo.

371  
R. eo casu, quo sententia notorie nec ipsi parti  
injusta videtur, quod hic supponere videtur  
Pontifex, proculdubio jus etiam nascitur in foro  
poli, ut iam dictum; Quod si vero ipsis partibus  
innotescat injustitia sententia, quia falsā pro-  
sumptione innititur, ea plane non nisi in  
foro externo uti poterunt. Unde ad proba-  
tionem minoris respondeo cum distinctione:  
jus dici nequit in foro interno, quo quis sine  
alterius injuriā uti non potest; Con. mi. Jus  
dici nequit in foro externo, quo quis sine al-  
terius injuria, uti non potest; neg. min. et Con.  
Contrarium quippe liquet ex jure civili. Sic  
enim olim leges civiles puta l. sicut. l. om-  
nes; l. cum notissimi C. de prescript. 30. uel  
40. Ann. tribuebant possessionibus mala  
fidei ope prescriptionis longissimi temporis  
jus rei aliena, quo tamen sine injuria al-  
terius uti non poterant hujusmodi possesso-  
res, ut facile constat ex cap. ult. de pres-  
cript.

Dices: Inde nasci maximam perplexitatem,  
nam ex una parte sententia in presumptio-  
ne fundata, ipsi summet forum externū justa  
eam procedens diceret; tu teneris v. g. Solvere;  
ex altera vero parte forum internū seu  
conscientia posset dicere, imo diceret, presump-  
tio sententia hic et nunc est falsa; unde  
nihil solvere teneris: Sed hujusmodi per-  
plexitas admitti nec potest, nec debet; ergo.

R. Neg. mi. Novum enim non est, ut ex de-  
fectu presertim probationum secundum forum  
externum seu judiciale statuatur unum, et  
secundum forum internū seu conscientia ob-  
servetur alterum, text. clar. C. litteras 13.  
5. porro et 5. quod si de restit. spol. et  
C. inquisitioni 44. de sentent. excom.

Repones hæc loca citata non esse ad propo-  
situm; ibi enim questio movetur circa cau-

sas matrimoniales, in quibus certum est, quod  
 praesumptio cedat veritati; matrimonium quip-  
 pe legitime contractum libera dispositioni  
 humana subesse nequit; Nos autem <sup>hic</sup> versa-  
 mur in causis, quae subsunt legi humanae,  
 quae cum sit domina rerum potuit tribue-  
 re rei iudicata tantum valorem, ut victorem  
 in conscientia de re ipsi adjudicata securum  
 faceret; ergo.

R. Eandem prorsus esse paritatem de causis  
 matrimonialibus, ac aliis, quae in praesump-  
 tione fundantur; unde nego quod lex hu-  
 mana potuerit, aut voluerit tribuere rei  
 iudicata, quae falsa innititur praesumptioni  
 praetensum valorem in conscientia; nam quia  
 leges ipsae met volunt, ut praesumptio cedat  
 veritati, manifestum inde fit; eas non obli-  
 gare, nec quidpiam disponere voluisse pro  
 foro conscientiae in casu cognita veritati; cum  
 haec praesumptionem à parte rei falsam eli-  
 dat.

Vigebis: Cognita veritas de re aliena ipsi  
 praescriptioni non obest, quò minus quis ei  
 etiam in foro interno se se conformare  
 possit, modo legitime completa sit; ergo nec  
 cognita veritas de re aliena sententia quae  
 in rem iudicata transit obesse poterit, quò  
 minus quis se se eidem etiam in foro inter-  
 no accomodare queat. Cons. prob. Eadem  
 rationes militans pro praescriptione, ut locum  
 habeat in foro interno, ac pro sententia, quae  
 transit in rem iudicatum; ergo si illi non  
 obest cognita veritas de re aliena, huic etiam  
 obesse non poterit. Ant. prob. Rationes pro  
 lege praescriptionis sunt, ut lites praevideantur,  
 ut quieti tribunalium consulatur, ut dominia  
 rerum non manerent incerta: Sed haec rationes  
 etiam militans pro sententia, quae in rem iudi-  
 catam transit, ergo.

Q. Dist. min. Sed ha rationes etia militent  
 pro sententia, ut nempe habeat locum in foro  
 externo Con. etiam in foro interno posito nempe;  
 quod false presumptioni innitatur Neg. mi. Itaq;  
 si is, qui injuste condemnatus est se se in foro  
 externo sententia conformet solvendo nempe  
 id ad quod <sup>condemnatus</sup> ~~condemnat~~ est, per hoc manifeste om-  
 nis praeciditur lis, licet retineat animu ~~solvendi~~  
~~ad~~ suo tempore occultâ compensatione utendi.

Sed neq; manent incerta reru dominia; nam  
 vel ille, cui res adjudicata est, existimat jus-  
 tam esse sententiam, et tunc propter bona fide  
 rem praescribere <sup>poterit</sup> ~~potest~~, vel scit esse injustam, et  
 tunc dominium rei semper remanet apud par-  
 tem injuste damnatam; eo quod iudex non absolu-  
 te sed solum sub conditione facitâ, si vera sint  
 allegata et probata adjudicat dominium; Ex  
 quo etia patet differentia inter praescriptio-  
 nem et sententia iudicis; praescriptio enim non  
 fundatur in presumptione, sed absolute domi-  
 nium rei aliena tribuit alteri; at sententia  
 iudicis innititur tanquâ fundamento alle-  
 gatis et probatis, qua verisimilia existiman-  
 tur; vnde si falsa sunt, ruat sententia,  
 necesse est saltem in foro interno,

Dices: Licet sententia iudicis fundatur  
 in presumptione seu praesumpta iustitia ad  
 ac meritis causa; sententia tamen firmitas  
 et authoritas non fundatur in veritate hu-  
 jus praesumptionis sed in obli. ordinatione  
 legali et bono publico; ergo non differt à  
 praescriptione; ac proinde cum ea pari passu  
 ambulat. Ant. prob. Expedi saluti ac  
 felicitati reipublicae, ut res iudicata potius  
 firma quam iusta sint, ut notat Gonzalez  
 C. cum inter cit; ergo sententiae firmitas  
 et authoritas fundatur in ordinatione lega-  
 li et bono publico.

Q. Neg. Ant. Nam Leges praecise introductae  
 sunt ad iustitia faciendam; Juris quippe pra-



cepta primaria sunt haec: honestè vivere,  
alteri non cadere, jus suū cuiq; tribuere;  
ergo primario justitia in republica attenden-  
da est, dum demum firmitas rei judicata. Et  
sanè si potior haberi deberet ratio de rei  
judicata firmitate, quam justitia ejus, seque-  
retur, quòd sententia notoriè injusta, post-  
quam in rem judicatum transiit, amplius revo-  
cari non possit; quod absolute falsū est.

### Controversia 31.

Ex l. 3. 9. 10. de iis, quae fiunt à Prælati.

Vtrum Prælatus absq; consensu Capituli  
possit repudiare Legatum factum  
Eclesiæ præsertim de rebus immobiliibus.

Nota quætionem hîc solum procedere de re-  
pudiatione simplici, non autem de cessione aut  
permutatione in favorem alterius; nam per-  
talem cessionem aut permutationem, prius de-  
betur ceteri legatum agnatum, ac proinde  
hæc repudiatio propriè esset alienatio rei iâ  
acquisita, quæ vetatur c. ult. de reb. Eccl.  
non alien. cum similibus.

Nota 2. Certum esse, illicitè agere Præla-  
tum, si absq; justa causa repudiat Legatum  
Eclesiæ suæ obveniens; tenetur quippe Præ-  
latus procurare utilitatē Eclesiæ <sup>sibi</sup> commissa, eademq; acquirere,  
quantum potest, can. Sine exceptione 12. q. 2.  
difficultas igitur solummodo in eo versatur  
an hujusmodi repudiatio facta à Prælato,  
sicuti illicita est, sic etiam tanquam invali-  
da ceteri debeat?

### Resolutio.

Repudiatio Legati etiā rei mōobilis facta  
à Prælato probabilis est invalida.

Ratio est; quia talis repudiatio Legati non

278  
est proprie alienatio rei & ipsius Ecclesia,  
sed potius non acquisitio, uti constat  
primo ex l. Sponsus 5. § 14 ff. de donat.  
inter virum et uxorem, ubi permittitur  
Marito repudiare hereditatem aut lega-  
tum, ut uxori obveniat, nec censetur esse  
alienatio, seu donatio inter conjuges: II. ex  
lege alienationis 28. pr. ff. de v. s. ibi:  
qui occasione acquirendi non utitur, non  
intelligitur alienare. III. Ex l. 1. §. utrum  
autem ff. si quid in fraudem patroni. ibi:  
si hereditatem libertus non adierit, fraudan-  
di patroni causa, vel legatum repulerit,  
favianam cessare: quod mihi videtur verum;  
quamvis enim legatum retro nostrum sit, ni-  
si repudietur, attamen cum repudiatur, retro  
nostrum non fuisse, palam est.

Præterea actus, qui in jure sufficienter non  
sunt expressi, atq; adeo dubij, pro validis cen-  
seri debent, l. quoties 80 ff. de verb. oblig.  
et l. quoties § 12 ff. de rebus dubijs. At  
proposita repudiationis valor et nullitas  
maximè dubia sunt, cum pro utraq; parte non  
spernenda militent juris testimonia; ergo  
pro validis haberi debent.

Oppones: Prælati atq; solemnitatibus re-  
quit alienare bona Ecclesia; sed si Prælati  
possent repudiare legatum, hoc ipso possent  
alienare bona Ecclesia; ergo. Prob. mi. Lega-  
tum acquiritur incontinenti ipsi Ecclesia;  
ergo si Prælati illud repudiaret, hoc ipso alie-  
naret bona Ecclesia. Ant. Prob. ex l. à Titio  
ff. de furtis, ibi: ea, que legantur recta via ab  
eo, qui legavit, ad eum, cui legata sunt, tran-  
seunt; ergo.

R. Hanc legem dumtaxat procedere, quando  
legatum illud acceptatur, secus si repudietur.  
Dicitur autem legatum, si postea acceptetur,  
incontinenti acquiri ipsi Legatario; quia le-

gatum recta viâ transit ad legatarium,  
ita, ut nunquam sit factum hæredis, id est,  
nunquam hæredi acquisitum, si acceptetur,  
prout dicitur in l. legatum ff. de legat. 2.  
ibi: quod eò pertinet, ut si purè relicta sit,  
et legatarius non repudiaverit, defuncti vo-  
luntatem, rectâ viâ dominium, quod hæredita-  
tis fuit, ad legatariû transeat, nunquã fac-  
tum hæredis.

At dices: Legatum acquiritur ignorantî,  
l. cum pater §. surdo ff. de legat. 2. Ergo  
absq; acceptatione aut consensu statim acquiri-  
tur ipsi legatario.

R. N. Cons. Ideo enim dicitur, quòd Legatum  
acquiritur ignorantî, non quòd ab eo non exi-  
gatur consensus, sed solum ex eo, quia scilicet  
si postea acceptetur, cum oneribus, et enolu-  
mentis suis transit ad legatarium, statim à  
momento mortis testatoris, vel à die aditæ he-  
reditatis, ut dicitur l. si tibi homo §. cum ser-  
vus ff. de legat. 1. etiamsi legatarius pro-  
tunc ignoraverit Legatum sibi relictum.

Urgebis: Ex hoc sequeretur, quòd Legatum tam-  
diu maneret in suspensò, donec repudietur, vel  
acceptetur, sed contrarium liquet ex l. ma-  
gis puto §. fundum ff. de rebus eorum. ibi  
fundum autem legatum repudiare pupil-  
lus sine Pratoris auctoritate non potest:  
esse enim et hanc alienationem, cum res sit  
pupilli nemo dubitat. Ecce quomodo lega-  
tum independentè ab acceptatione statim  
sit in bonis legatarij.

R. Inter Pupillum et Prælatum magna est  
disparitas; pupillus quippe caret omni admi-  
nistratione, non item Prælatus. Præterea pu-  
pillus non solum in acquisitis, sed etiam in  
acquirendis requirit suam conditionem, deteriorè  
facere, at Prælatus licet in acquisitis Ecclesiæ  
nocere non possit, potest tamen ejus conditio

nem deteriore reddere in acquirendis, c.  
cum apostolica 7. de his qua à Pralato;  
Unde cum cit. lex magisputo de pupillo  
loquatur, non est facile extendenda ad Pra-  
latum

At dices: Ratio hæc adjecta huic legi; esse  
enim et hanc alienationem cum sit res pupil-  
li, nemo dubitat, pugnat tam pro pupillo, quam  
pro Pralato; ergo bene extenditur ad Prala-  
tum. Ant. prob. Sicuti Legatum statim  
fit res pupilli, ut hic dicitur, cuius re-  
pudiatio est alienatio, sic pariter Legatum  
illius sit res Ecclesia; ergo ejus repudiatio  
erit alienatio.

¶ N. Ant. Ad paritatem vero adjectam,  
dico non nisi fictione juris, Legatum illius  
cenferi, in bonis esse pupilli; et hoc ideo, quia  
pupillus de se nec velle, nec nolle habet,  
arg. L. obligari 9. ff. de ~~Prætor~~ authorit. Tut.  
et C. in eod. ff. de R. J. Cum igitur pupillus  
acceptare Legatum per se non possit, equum  
fuit, ne aliquis ejus tenere atas ipsius con-  
ditionem faceret deteriore, ut jura ipsi spe-  
cialiter subvenirent, atq; adeo statuerent,  
ut Legatum ipsi factum statim cenferetur  
esse ipsius; donec forsitan Prætoris au-  
thoritate repudiaretur. At hæc ratio cessat  
in Pralato, qui velle, et nolle habet, cuius  
administratio rerum Ecclesia sibi comissa  
concessa est.

Urbis: Ecclesia pupillo, quo ad jura equipa-  
ratur c. requisivit 1. de in integrum restit.  
cum similibus; sed ut pupillus possit repu-  
diare Legatum non sufficit authoritas Tutoris,  
in cuius voluntate, consensus pupilli conti-  
netur, sed requiritur authoritas Prætoris,  
ut primum diximus; ergo à pari, ut valida  
repudiatur Legatum Ecclesia proveniens non

381  
Sufficiat sola authoritas Pralati, qui vices  
tutoris explet sed requiritur authoritas  
Superioris, qui pratori assimilatur.

R. N. Maj. Nam contra pupillarem aetate  
non currit praescriptio c. sicut in rem C.  
de praescript. 30 annoru. At contra Ecclesia  
praescriptionem habere locu manifestu est  
ex cap. ad aures G. de praescript. cum  
concordantiis, ac proinde Ecclesia non  
semper jure pupilli gaudet. Ad cit. c.  
requisivit respondemus id expresse de mino-  
re loqui, non de pupillo, ac consequenter  
non est <sup>ad</sup>propositum.

Instabis: Ecclesia vacans fungitur jure  
Pupilli, ergo etiam Ecclesia, cui praeficitur  
Prælatus eo jure fungi debet. Ant est fagna  
ni in c. novit n. 25. h. t. plures alios ci-  
tantis. Cons. prob. Prælatus nihil potest  
de juribus, quae ad Ecclesia spectant minuire;  
ergo si Ecclesia ante electionem Pralati fun-  
gitur jure pupilli, post electione eodem jure  
fungi debet.

¶ et. Suppositum

R. N. Ant. Neg. enim Prælatus hic quid-  
quam alionare supponitur, ac proinde jura  
Ecclesia minuire non potest. Ergitur hac  
juris Pupilli amissio soli Ecclesia tribui  
debet, quae dum libere eligit Prælatum, hoc  
ipso juri Pupilli renuntiare videtur.

Inst. Ecclesia per electione Pralati non  
debet censeri suam conditionem fecisse de-  
teriores, sed meliorem. at id contingeret,  
si per electionem Pralati amitteret jus Pu-  
pilli; posset enim per ipsum Prælatum im-  
pediri, quò minus acquirat, à quo tamen in-  
pedimento antea immunis erat, ergo vel diceret  
dum, quod Ecclesia desponsata retineat jus  
Pupilli, vel quod suam conditionem per des-  
ponsationem fecerit deteriores.

R. N. min. Siquidem sicut enim Minor  
majorrennis factus non fit facit conditio-  
nem suam deteriores, sed meliorem, quia

382  
licet jus Minoris amittat; at e converso  
facultatem ac potestatem consequitur sibi  
met acquirendi, atq; se ipsum tuendi, quod  
utiq; arguit meliorem conditionem, ita pa-  
riter Ecclesia, dum consequitur Pralatum,  
licet amittat jus jus Pupilli: attamen  
retinet prerogativas minorum, atq; per  
ipsum Pralatum defenditur; aut etiam  
per ejus industria substantia sua  
augescit, et si forsan contingat, ut  
in acquirendis impediat, s. rarus certe  
casus: nihilominus potest agere contra  
Pralatum, qui damnum referre tenetur  
instar ~~curatoris~~, juxta l. quidquid §.  
C. arbitrium Tutela; et sic dici non  
debet, quod per ejus assumptionem con-  
ditionem suam faceret deteriore.

Dices: Si Ecclesia potest agere contra  
Pralatum, qui repudiat Legatum, ergo  
ad illud debuit habere saltem jus ad  
rem, at non potest Pralatus Ecclesiam  
sibi jure ad rem sibi acquisito privare:  
alioquin illud alienaret, atq; Ecclesiam  
conditionem, quo ad jus ad rem iam acqui-  
situm faceret deteriore; ergo.

Q. d. cum. P. Smalzgrueb. ad l. 13.  
de reb. Eccles. non alien. n. 18. Licet  
Pralatus ita repudiando Legatum agat con-  
tra jus Ecclesia non tamen patrimonium  
ejus diminuit, in qua tamen diminutione  
consistit alienatio, qua solum prohibi-  
ta est Pralato. Q. 2. cum. P. Geiffers-  
tucl ad tit. 10. de his qua fiunt à Pralati  
n. 47. Neg. Seq. maj. Tunc enim Legatum  
solum tribuit jus ad rem, quando fuit ac-  
ceptatum, secus quando repudiatur, quem-  
admodum hic contingit, eo enim casu nun-  
quam retro censetur fuisse Ecclesia siq; jus  
ad rem non tribuisse. Ideo autem po-  
test Ecclesia agere contra Pralatum repu-  
diantem Legatum, quia hac repudiatio est

peccaminosa atq; Ecclesia injuriosa, siquidem Prælati vi officii sui atq; adeo ex adeoq; ex obligatione virtutis, justitiæ, tenetur procurare utilitatem Ecclesie sibi commissa, eiq; acquirere quantum potest. C. sine exceptione in 9. 2.

Virgebis: In legatis ad pias causas non requiritur Specialis acceptatio hominis seu Prælati, ut transeant in jus Ecclesie; ergo male dicitur quod Legatum s. saltem ad pias causas: stri- buat jus ad rem tunc solum, quando fuit acceptatum. Ant. Prob. Quia pollicitatio facta Reipublica, vel Civitati obligat ante acceptationem arg. C. j. et seqq. ff. de pollicit. cum simili- bus; ergo à fortiori Legatum factum Ecclesie ad sui valorem non requirit spe- cialem acceptationem.

Q. N. Ant. ad hujus prob. Neg. iterum Ant. Quia ut notat Lessius l. 2. de f. et f. c. 18. n. 40. in ejusmodi legibus jus civile non efficit, ut pollici- tatio facta civitati vim habeat ante acceptationem, sed solum ne ea pro cubitu possit revocari, imo postmodum semper possit acceptari ac promissum peti, prout indicatur in C. pactum ff. de pollicitationibus; hinc ut vi- talis pollicitationis teneatur quis solve- re, requiritur insuper subsequens accep- tatio Civitatis, juxta textum notabilem in cit. C. j. eodem. Ita ad hanc objectio- nem Respondet Reiffert. ad tit. 10 de his qua fiunt à Præl. n. 49.

At dices: Fortiores esse pollicitationes qua fiunt Ecclesie, quàm Reipublica; eo quod à Deo, qui est verus Legatarius, non Præla- tus illico acceptentur: ergo ad earum va- lorem non requiritur acceptatio ullius ho- minis.

384  
Q. N. ant. ejusq. adjecta rationem. Quā  
vis enim pollicitatio, seu votū Deo faci-  
tum illico acceptetur à Deo, sauis ta-  
men dicendum de Legato Ecclesia factū,  
invito quippe beneficiū non tribuitur.  
per C. invito ff. de R. J. sed requiri-  
tur acceptatio ipsius, C. absentis ff. de  
donat. hinc neq. Deus vult acceptare  
Legatum, neq. Ecclesia illud sibi vindica-  
re potest, si Prælatus, cui concessita  
est administratio bonorum Ecclesia  
illud repudiavit.

At dies cum. P. Simer C. 3. tr. 1. p. 2.  
C. 4. sect. 2. n. 7. Inter votū et Le-  
gatum Ecclesia factū tanta est affi-  
nitas, ut saepe non possis discernere,  
num votum sit, an Legatum, ergo quod  
de voto dicitur etiā intelligi debet  
de Legato.

Q. N. ant. magnū quippe discrimen  
reperire est inter votum et Legatum.  
Votum quippe immediate respicit Deum,  
Legatum vero in favorem Ecclesia imme-  
diatē respicit Ecclesia, et solum mediatē  
ad ultimum in Deum tendit. Deinde vo-  
tum à Deo statim acceptatur, ut jam dic-  
tum, neq. amplius revocari potest; at  
Legatum Ecclesia factum, eò quod fiat mor-  
tis causa, potest, quādiu vivitur, semper  
revocari, post mortem vero manet in sus-  
penso donec acceptetur, vel repudiatur  
à Prælato.

Vergebis: Postò quòd à Prælato malitiosè  
repudientur omnia hujusmodi Legata, tunc  
malitia ejus vergeret in detrimentum  
Ecclesia, sed id vetatur cap. 76. de  
R. J. in 6. ibi. Delictum persona n. debet  
in detrimentū Ecclesia redundare; ergo  
minus bene dicitur, hujusmodi Legata  
manere in suspenso, donec acceptentur,  
vel repudientur à Prælato, quia vi hujus  
regulae repudari non possunt, aut si repu-  
diantur, repudiatio nulla est.



R. Cum Innocentia, c. 2. de donat. <sup>quod</sup> Regula illa locum habet quando agitur de damno vitando non de lucro captando, sine procedit in acquisitis, non in acquirendis, ut notat glossa Canillud. S. si ergo 16. q. 6. vers. metiorum. et Abbas C. Tu nuper 9. tit. 10. de his qua. E. hic autem non agitur de acquisitis, sed solum de acquirendis. unde hac regula hic locum non habet

Controversia 32

ex l. 3. d. 25. de peculio Clericorum

An Clerici bonorum Ecclesiasticorum superfluum Dominium habeant?

Suppono 1. duplicis generis bonas posse Clericis secularibus competere. 1. Patrimonialia, et sunt ea, quae civili quovis titulo ab eis acquiruntur. 2. quasi patrimonialia, quae quidem ratione derivatis comparata sunt, non tamen tanquam fructus beneficiorum, sed tanquam stipendia quadam pro functionibus Ecclesiasticis. 3. mera Ecclesiastica, seu ex puro titulo beneficii, puta ex Canonatu, Decanatu &c. Et de hoc ultimo bonorum genere hic solum controversatur. Omnes enim facile conveniunt Clericos bonorum Patrimonialium, aut quasi perfectos Dominos esse.

Suppono 2. Communissimum esse Doctorem sententiam, Clericos beneficiatos etiam bonorum mere Ecclesiasticorum perfectam dominium, perfectamque disponendi facultatem, quod ad illam partem, qua honesta illorum sustentationi necessaria est, habere; si enim miles secularis fit Dominus, si pendij sibi concessi, quanto magis mi-

306  
les spiritualis. Posterea Clericorum honesta sustentatio vocatur Stipendium, et merces obsequii Ecclesiae praestiti, c. cum secundum ibi de probandis, Stipendium autem et merces obsequii transit in dominium obsequii praestantis, consequens proinde est Clericos beneficia horum honorum dominos esse, At an etiam eorum, quae honesta sustentationi superfluum Dominium habeant acriter disputatur inter Doctores, pro cuius decisione, sit.

### Resolutio

Probabilis est, Clericos honorum merces Ecclesiasticorum, quae superfluum per se non habere dominium, atq. ea in pias causas ex iustitia erogare debere.

Prob. d. C. fin. h. l. Pontifex de offi. bonis Clericorum loquens ait: Si quis sane Clericorum agalla, vel vineolas, in terra Ecclesiae sibi fecisse probabitur. sustentanda vita causa usq. ad diem obitus sui possideat nec testamento, aut successione iure cuiquam heredem relinquat. C. cum in officiis 7. et cap.

Relatum et ordinatur, quod ipsorum Clericorum bona intuitu beneficii acquisita per Ecclesiam debeant cuncta remanere ita ut heredes eorum nec ex testamento, nec ab intestato quidquam inde acquirere valeant. Ex quo manifeste patet Clericos horum bonorum superfluum nullum habere dominium; alioquin Ecclesia hereditibus praesertim ab intestato succedentibus injuriam faceret, eis adimendo ea, quorum dominium ad Clericum consanguineum spectabat, et in qua succedendi jus habent.

Nec juvat dicere, heredes ab intestato succedere non posse, quia Clerici huiusmodi bona in pias causas erogare tenebantur. Nam

Contra est, quod Clerici juxta Adversarios vel ex virtute Religionis, aut charitatis, vel ex precepto Ecclesiae, non item ex

~~cap. item ex iustitia d. f. p. p.~~

387  
justitia id facere tenentur, ac proinde ex justitia adhaerent  
finem ad heredes, unde et hujusmodi bonis eos  
privare non possit Ecclesia, obstante videlicet  
et virtute justitiae, contra quam agere nun-  
quam intendit Ecclesia.

Prob. 2. Ecclesia beneficiorum fundatio-  
nes recipit cum modo et ~~sub~~ pacto, ut  
qua honesta sustentationi superessent, in  
pias causas distribuere, at vero, qui ali-  
quid recipit sub modo, et cum certo pacto ali-  
quid praestandi, is tenetur ex justitia talem  
modum adimplere, et nisi faciat restitutionem  
obnoxius est, ut constat ex C. 1. 2. 3. C. de do-  
nat. Quo sub modo. Ant. prob. ex diversis  
canonibus, ut causa 12. q. 1. C. episcopi. C.  
manifesta, et qui sequuntur usq. ad finem.  
Item ex Conciliis praesertim Aguisgranensi  
C. 16. Agathanensi C. 6. Carthaginensi C. 46.  
ubi statuitur: omne, quod superest, in cau-  
sas pias et religiosas erogandum. Prob.  
item ex S. Patribus, Augustino nempe, Hie-  
ronymo, Gaudenzio, et aliis, qui dicunt, quod,  
quid quid superflui habet Clericus, ad paupe-  
res spectet.

Neg. dicas: S. Canones Concilia et Patres  
loqui de bonis superfluis, qua clerici habue-  
re ante divisionem bonorum Ecclesiasticorum  
factam circa annum 470 à Simplicio, et  
Gelasio. Nam

Contra bene sic argumentatur. Cardinalis  
Sfondrati in Nepotism. §. 4. Divisio non  
mutat naturam bonorum, nec extinguit onera,  
et obligationes quibus res aliqua ante divisionem  
affecta erat. Si enim creditoribus meis mille  
debeam, usq. patrimonium meum obligaverim  
me mortuo, et patrimonio inter heredes diviso, obli-  
gatio, et hypotheca non tollitur, at bona Ecclesiast-  
ica sunt pauperibus, piisq. causis ex sua institu-  
tione obligata, non ergo haec obligatio cessat facta  
divisione, sed ad Clericos transit, pro rata bono-  
rum <sup>superfluum</sup> ~~bonorum~~, qua possident.

388  
Confirm. Quia tales actus non operantur ultra  
intentionem agentium, ad intentio Pontificum  
qui bona Ecclesiastica dividerunt non fuit  
ut Ecclesie facultates ad profana transfer-  
rentur; alioquin prejudicium magnum Ecclesie  
causarent, hoc ipso, quod ea bona, que ipsi  
soli dicata erant, et non nisi in causas  
pias erogari poterant, nunc in usus profa-  
nos expendi possent. Praterea etiam  
post factam divisionem bona Ecclesiastica  
vocantur res Dei, patrimonium Christi, et  
pauperum, vota fidelium probia peccato-  
rum, id est ut ait Layman l. 2. r. 2. c. 3. n. 3.  
a fidelibus Deo oblata, in manibus Eccl-  
siae Praetorum, ut per hos ad pium aliquem  
usum profane offerantur dispensentur;  
quo fit, ut cum talia bona manibus Ecclesiasticis  
ad manus secularium deveniant, parum eis  
fructificent, ut adeo verisimum sit illud  
adagium: Clericorum domum raro affert  
lucrum, cujus ratio alia non est, quam  
que sunt Dei danda esse Deo, seu cau-  
sis piis applicanda, non profanis.

Oppones d. Per divisionem rerum ac-  
quiritur dominium S. fin. Inst. de offic.  
judic. l. 1. 2. C. communia utriusq. judicij:  
Sed Clericis beneficiati certis redditus sine  
distinctione inter necessarios, et superfluos  
sunt assignati, ergo tam necessarios, quam  
superfluos sunt Domini.

R. D. maj. Per divisionem rerum ac-  
quiritur dominium, si res ejus sint natu-  
ra, ut quis eorum dominium absq. prejudi-  
cio alterius acquirere possit Cone. Maj.  
Secus Neg. Cum igitur bona Ecclesiastica  
sint bona pauperum, atq. ex primaria  
intentione data ut in pios usus appli-  
cantur, manifeste inde fit, quod Clerici  
post divisionem eorum bonorum que post  
divisionem sunt Domini

congruam sustentationem superfluum, Domini non sunt, alioquin, tunc dicitur cederet in prejudicium causarum piarum, quibus haec bona superflua ante dictam distributionem de jure competebant.

Dices: Isti redditus indistincte sunt beneficiis assignati per modum mercedis et stipendij. Siquidem autem et merces, ut ut redudans ultra congruam sustentationis necessitatem transsit in dominium eorum, qui officium et laborem in se suscipiunt; ergo

R. D. maj. Isti redditus indistincte sunt beneficiis assignati per modum mercedis et stipendij, nullo cum onere et maj. cum onere et pacto ea, quae honesta sustentationi superfluum superfluum in piis causis distribuendi. Concedo.

Urgebis: Quotidianae distributiones merito inter redditus superfluos computari possunt cum absq. eis ex fructibus annuis seu grossis congruè sustentari possit Clericus; at c. vnic. de Cler. non resident. in 6. dicitur, quod qui divinis officijs non interfunt, non sint Domini quotidianarum distributionum, neq. faciant eas suas; ergo à sensu contrario, qui interfunt, frant illarum Domini.

R. Quotidianas distributiones longe verius inter bona industrialia et quasi patrimonialia computari; dantur enim ob penam industriam ac diligentiam; nos autem dumtaxat de merè Ecclesiasticis hic disputamus; vides hoc argumentum non est ad propositum.

At dices: Tridentinum sess. 22. de refor. c. 3. et sess. 23. c. 1. item sess. 24. c. 12. aperte loquitur de merè Eccl-

390  
siasticis, et tamen ibidem expresse statuit,  
ut Clerici Seculares beneficiati debite non  
presentes fructus non faciant suos; ergo à con-  
trario sensu, qui presentes sunt, fructus fa-  
ciunt suos.

Q. Dist. Cons. fructus faciunt suos,  
quò ad illos, qui necessarii sunt, pro lu-  
resta eorum sustentatione. Cone; quò ad  
eos, qui superfluis sunt. Mag. Cons. quæ  
distinctio plane contemnenda non est, ut ait  
Raiffensh. in h. l. n. 42. quia per illam  
absq; omni absurdo optime concordantur  
jura juribus ad intentionem illius cap.  
cui expediat de elect. in 6. Simulq; evita-  
tur grave ac commune Ecclesiarum cau-  
sarumq; piarum præjudicium supra demors-  
stratum servaturq; intentio fundatorum

Replicabis. Bulla Julii III. cum sicut  
nobis edita an. 1550. videtur loqui etiam  
de bonis Clericorum superfluis, eiq; horum  
bonorum dominium attribueret; sic enim  
S. A. loquitur Pontifex: pecunias et res  
alienas occasione Ecclesiarum, Monasteriorum,  
et beneficiorum Ecclesiasticorum provenientes,  
postquam ad manus beneficiorum perve-  
nerint, et cum aliis ipsorum beneficiorum  
fructibus commixti sunt, non ulterius in Ec-  
clesiasticis sed potius in ipsorum beneficia-  
torum propriis, et ab eis acquisitis bonis  
judicari, et propterea quodammodo profanis  
haberi.

Q. Ex hoc Bullæ textu non satis pro-  
batur, hanc Bullam loqui de bonis super-  
fluis Clericorum. Verum dato non con-  
cesso eam superflua Clericorum bona fec-  
tasse, manifestum tamen est eam intelligendam  
esse in casu quo hujusmodi bona mixta  
sunt cum industrialibus aut patrimoniali-  
bus; ergo à contrario sensu, casu quo aliis pecuniis non commi-

391 centur, eorum non acquirunt Dominium; unde absolute loquen-  
do bene dicitur, quod non sint per se Domini  
bonorum superfluum, cum mere per  
accidens sit quod hoc propriis bonis con-  
ceatur. Sicut à pari, licet depositarius  
si pecunias depositas, commiscet propriis,  
acquirat eorum Dominium, tamen absolute  
loquendo non dicitur Dominus eorum, à quo  
non per se, seu per ipsam depositionem  
Dominium illarum acquirat, sed per acci-  
dens, quatenus nempe commixtionem pecu-  
nia aliena cum propria acquiritur Domi-  
nium eius, manente obligatione ex justi-  
tia tantumdem restituendi; quatenus de  
alienis pecuniis commixtum est propriis.

Virgebis: Clerici sunt per se Domini bonorum  
congruent, qua honesta sustentationi con-  
gruunt, ergo etiam sunt per se Domini  
superfluum. Cons. prob. Clerici red-  
dunt omnes Ecclesiasticos, tam necessarios quam  
superfluos promissum et commixtum accipi-  
unt, ergo ibi non potest, quod tantum aliquo-  
rum per se sint Domini, non vero aliorum.

Prob. Cons. à pari, Quando quis alicui centum  
v. g. florenas ad instituendam peregrinationem  
dat hoc pacto, ut quod necessarius expensis  
superest, det pauperibus, acquirit per se ac-  
ceptor verum Dominium tam superfluum  
quam necessarium, quamvis cum obligatione  
superflua in pauperes erogandi; ergo idem  
dicendum de Clericis accipientibus bona Ec-  
clesiastica cum hac obligatione superflua  
ad pios usus expendendi.

R. Neg. ult. ant. id quod solum per acci-  
dens nempe propter commixtionem, huiusmo-  
di acceptator acquirat Dominium superfluum,  
hoc ipso quod mereat adstrictus hoc  
ipso bona superflua ex iustitia pauperibus  
erogandi.

342  
At dices: Non rescindantur sed toleran-  
tur a Superioribus Ecclesiasticis contractus  
ius et Testamenta de redditibus Ecclesiasticis  
facta superfluis facta; ergo hoc ipso  
agnoscunt Clericos habere per se dominium  
eorum, atque obligationes eos in pios usus  
expedire.

R. N. Cons. Nam multa per patientiam  
tolerantur, quae si deducta fuerint in iudi-  
cium, exigente iustitia non debent tolerari.  
p. cap. cum iam dudum ix. de proband. Itaque  
ideo huiusmodi contractus tolerantur, nec res-  
cinduntur, quia difficilimum est, citiusque con-  
tinuam occasionem foret, velle semper exa-  
minare, an hic vel ille contractus aut testa-  
mentum Clerici de bonis merè Ecclesiasti-  
cis superfluis, an verò de patrimonialibus,  
industrialibus, vel patrimonialibus, consequen-  
ter valide vel invalide factum sit.

Iust. Clerici solo jure humano prohiben-  
tur de bonis Ecclesiasticis superfluis des-  
tari C. j. 2. 7. 9. l. 1. At contra hoc  
ius iam introducta est consuetudo, quae ob-  
tinet vim legis; ergo non duntaxat per patientiam  
sed de aequitate huiusmodi testa-  
mentis tolerantur.

R. D. maj. Clerici solo jure humano  
prohibentur testari ad causas pias. Con-  
tra ad causas profanas. N. maj. obstat  
enim jus Divinum; fideles namque dum offe-  
runt bona sua Ecclesiis aut piis locis  
hoc pacto saltem tacito dant, ut non nisi ad  
dei gloriam et honorem cultumque Divinum,  
in usus et causas pias convertantur, arg.  
Can. Pontifices 3. c. 12. 9. 3. et Can. Apoth-  
carios § 13. eadem causa et 9. Consequenter Cle-  
rici ad causam profanam profata bona applicantes  
contra intentionem <sup>darium</sup> agentium agunt, valiter autem  
agere esse contra iustitiam ac consequenter contra jus Divinum  
in <sup>divinum</sup> nemo dubitat. Praeterea Innocen-



tius XII. in speciali Bulla ait: non sibi licere Ecclesiarum bona in Neapolitanam agri indigos profunderere, et unde et statuit, ut ceteri Praelati suo exemplo et preceptis condiscant de bonis et rebus Ecclesiasticis iuxta aequitatis et iustitiae leges disponere, seu donata vindicari, restituere jubet.

Vergebis: Sixtus IV. an. 1474 in Bulla Cupientes, et Julius III. 1550 Clericis in urbe et districtu Romano ad 10 milliaria existentibus dederunt licentiam de Beneficiis etiam superfluis ad causas profanas disponendi; ergo solo jure humano, non vero divino Clerici prohibentur de bonis Ecclesiasticis testari ad profanas causas, alioquin isti Pontifices jus divinum violassent. Q. N. Cons. quia Pontifex absq. eo, quod jus divinum laedat concedere potest in casu, vel loco particulari ex rationali causa facultatem ad causas profanas testandi; ei quod nullus fidelium sua bona ita offerre potuisse vel voluisse censendus est, sit, quin adhuc Pontifex tanquam Universalis dispensatori, et administratori bonorum Ecclesiasticorum renarcat libera potestas disponendi de eis, prout causa rationalis, et bonum Ecclesiae requisierit, arg. c. 2. de prebend. in 6. Cujus ratio est, quod dum Papa ex rationali causa, et pro bono Ecclesiae in casu vel loco particulari licentiam de bonis Ecclesiasticis ad causas profanas testandi tribuit, facultatem hoc ipso ob piam causam, consequente in favorem causa pia concedat, ita ut ipsa erogatio ad causas profanas concessa in favorem causa pia redundat, et per consequens Praefati Pontifices ita concedendo, jus divinum, in cuius bona Ecclesiastica in solas pias causas expendi debent minime laeserunt, sed exacte observaverunt.

Dices: Quae sunt acquisibilia privilegio sunt acquisibilia consuetudine praesertim immemoriali; arg. l. 3. §. ductus aqua ff. de

apud quotid et c. g. de offic. ordin. in 6.  
 ergo, quia privilegio acquiri potest famul-  
 tari, testandi ad causas profanas eadem etiam  
 etiam acquiri poterit consuetudine.

R. N. Corp. Quia hoc vulgare: acqui-  
sibilia privilegio sunt acquisibilia consue-  
tudine non procedit universaliter; nam  
 v. g. potest ex concessione seu privilegio  
 Papa laicus puta princeps secularis  
 cognoscere causas criminales, Clericorum  
 arg. c. 2. de iudiciis, non tamen potest lai-  
 cus hanc cognitionem acquirere, sibi, ven-  
 dicare ex ulla consuetudine. Propterea  
 dictum illud non procedit, quando consue-  
 tudo à jure est reprobata, qualis est apud  
 Clericos consuetudo testandi ad causas  
 profanas, ut constat ex c. relatum 12. h. t.  
 ubi dum S. Pontifex solum approbat con-  
 suetudinem ad causas profanas pias testandi,  
 satis inquit consuetudinem ad causas  
 profanas testandi non esse probandam.  
 Idem etiam arguitur ex c. quia Papa 40  
 de Elect. in 6. Aliunde Denique hoc con-  
 suetudo vergit in damnum Ecclesiarum nec  
 peccato caret atque adeo irrationalis est,  
 ut solide ostendit P. Engel in h. t. ac pro-  
 inde hic locum habere nequit.

Vergebis: Dicere quod apud Clericos  
 consuetudo testandi ad profanas causas  
 à jure reprobata sit, est cum tamen uni-  
 verso pere orbe iam obtinuerit, est damna-  
 re ferme innumeros Clericos, ac multos  
 scrupulis periculis, animas exponere con-  
 trarios, imo ipsos etiam damnare nisi recti-  
 quant, sed id asserere valde durum est,  
 imo vitæ non temeritatem sapit, ergo c.

R. Negando, quod proterva consuetudo  
 universo pene orbe iam obtinuerit, con-  
 stat enim, potissima Clericorum testa-  
 menta uel esse ad pias causas, dum in  
 eis plerumq; aut consanguineos, quo ad  
 statum suum pauperes, aut alias pias  
 causas pro heredibus instituunt. Vel  
 si ad causa profana testentur, uel legent,  
 testamentum, aut legatum non de bonis me-  
 re Ecclesiasticis superfluis, sed de patrimo-  
 nialibus, uel quasi, aut parsimoniatibus ple-  
 rumq; conderes, aut condidisse iuste presumun-  
 tur; semper enim indubis benigniora  
 sunt preserenda. Et sic ex nostra sen-  
 tentia minime sequitur, tot Clericos in pe-  
 riculo aeternae damnationis uersari, aut  
 eorum heredes, alias, diuites ad restitutio-  
 nem teneri, nisi tunc, cum perspectum  
 habent testamentum in ipsorum fauorem  
 ex mere Ecclesiasticis bonis factum esse.

### Controversia 33.

Ex l. 3. 4. 26. de Testamentis.

An testamentum vim habeat in  
 foro animae, si careat solem-  
 nitatibus à iure Civili requisitis.

Quatenus fraudas et doli, quibus plerumq; testa-  
 menta sunt obnoxia, certius securusq; exclu-  
 darentur, juris conditoribus pro non satis  
 prospectum esse uidebatur, heredem sibi quomo-  
 documq; designare posse, sed varias insuper  
 solemnitates, seu ceremonias ac ritus externos  
 adhiberi voluerunt; Quiritur primum, an ista  
 solemnitates adeo ad valorem testamenti sint ne-  
 cessariae, ut in omittis, sicut in foro externo nul-  
 lum est testamentum, sic etiam in foro interno nullum effectum  
 consequatur.

## Resolutio

396

Testamentum si careat debitis solemnita-  
tibus non solum in foro fori, sed etiam  
in foro poli omni robore deestituitur

Ratio est, quia leges absolute irritantes  
contractum vel actum, si iusta sint, cen-  
sentur etiam illum irritare in foro conscientie;  
tales autem sunt leges, quae ponunt testa-  
mentis solemnitates; ergo C. Maj. patet  
ex multis legibus praesertim ex illa, qua  
matrimonium clandestinum irritatur, min.  
ostenditur quibusdam juris civilis textibus  
§. ex eo 7. fin. Inst. quibus modis testam.  
mentis infirm. l. si bina 11. ff. de iurto,  
rupto l. item l. hac consultissima C. h. l.

Confirm. Sententia iusta in foro externo  
si nisi fundetur in <sup>facti</sup> falsa praesumptione. Est  
etiam servanda in foro interno, non alio  
ex fundamento quam quod iudex ex autho-  
ritate divina ferat sententiam, sed etiam  
Legislatores ex auctoritate divina leges  
statuunt, secundum illud prov. 8. Per me  
reges regnant, et legum conditores iusta de-  
cernunt; ergo eorum leges, si iusta sint, etiam  
in foro interno servari debent. 7 Sit poenalis, vel

Oppones: Haec ab intestato Scias volun-  
tatem testatoris tenetur in conscientia solvere  
legata testamento in aliqua solemnitate deficien-  
tis; ergo verum non est, ergo quod testamentum  
in foro externo nullum, etiam in foro interno sit  
irritatum. Prob. Ant. Vbi est naturalis obli-  
gatio solvendi id, quod voluit defunctus id om-  
nino etiam in conscientia solvi debet; sed quan-  
do constat de voluntate defuncti, tunc natu-  
ralis est obligatio solvendi id, quod voluit de-  
functus; ergo et id solvi debet.

R. Haec obligationem tolli vel impediri per

377  
Leges Civiles ob defectum solemnitatis ab iis  
requisite. Vide text. Supra cit.

Urgebis: Vi legum Civilium, quod solutum  
est repeti non potest, etiam si testamentum  
imperfectum fuerit; ergo verum non est, quod  
Leges Civiles obligationem solvendi id, quod  
voluit defunctus tollant, vel impediant. Prob.  
Conf. patet; quia si nulla esset solvendi obli-  
gatio, et ego ex aliquo errore solvissem, utique  
solutum repetere possem, l. 4. et 41. ff. de con-  
dit. indeb. Prob. ergo ant. ex l. C. ff. 2.  
Cod. de fideicomiss. ubi habetur, quod ea, quae  
in testamento imperfecto soluta sunt repeti  
nequeant; ergo C.

R. Ibi solummodo statui, quod non compe-  
dat repetitio eorum, quae ex testamento im-  
perfecto ab heredibus scientibus et ultro agnos-  
cente voluntate defuncti soluta sunt, quia  
presumuntur, <sup>vel</sup> a fictione juris reputantur do-  
nata fuisse, igitur ex titulo donationis pra-  
sumpta soluta repeti nequeunt, non vero in  
voluntate defuncti, quae ob defectum solen-  
nitatis lege requisita omni carebat robore.

Instabis: Solemnitates testamentorum  
inductae sunt à jure Civili ex praesumptione et  
ob evitacionem fraudis, quae circa talia comit-  
ti solet; sed leges fundatae in praesumptione  
locum non habent in conscientia, quando de ve-  
ritate ac voluntate defuncti constat, arg.  
ex l. fin. Cod. de fideicomiss. ergo sola  
in voluntate defuncti, quando de ea con-  
stat soluta repeti nequeunt.

R. Minorem veram esse, quando leges  
fundantur in praesumptione facti particularis  
delicti, vel casus, tunc enim praesumptio pen-  
tenti cedit veritati; sed verum, quando fun-  
dantur in praesumptione periculi universalis,  
qualiter fundantur solemnitates testamentorum,  
nam ideo jus Civile requirit v. g. 7. testes ad  
testamenta, quia praesumit adesse in iis commu-

niter grave periculum variorum incommo-  
 dorum ab fraudum; Itaq, lex fundata  
 in praesumptione periculi Universalis  
 incommodorum, fraudum etc. in casu par-  
 ticulari non subsit periculum, nihilomi-  
 nus permanet huiusmodi lex et parit  
 obligationem naturalem, seu obligationem con-  
 scientiae, quia fundamentum legis est  
 periculum universale, quod permanet li-  
 cet in aliquo casu deficiat; Unde com-  
 munitur dicitur, quod cessante legis fi-  
 ne in particulari, non hoc ipso cesset  
 lex v.g. Licet periculum non subsit  
 regardi matrimonium à Caio et Bertha  
 clandestinis contractum nihilominus, tenen-  
 tur contrahere coram testibus; nam lex,  
 qua fundatur in periculo universalis non  
 tollitur uno, aut altero casu, quem aliunde  
 non attendunt leges.

Urgelij: Conditores Juris Romani per-  
 suas leges irritando simpliciter testamen-  
 tum imperfectum non erant solliciti  
 de obligatione naturali seu in conscientia  
 tollenda, quam per se parit voluntas  
 ultima hominis, quia spectabant solum  
 regimen politicum, instrumentes, quid in  
 foro aeterno aut tribunalibus sit de-  
 nendum; ergo non est credendum quod  
 voluerint irritare pro foro interno.

Retorq. Argum. Principes saeculares  
 suis legibus non curant forum internum  
 sed solum externum statum; ergo eorum  
 leges nunquam obligant in conscientia;  
 Sicut ergo in hoc syllogismo negatis  
 consequentia, sic et nos in priori negamus  
 eandem negamus; eo quod haec leges cum  
 ea justa causa et aequitate lata sint, lo-  
 cum etiam habent in foro interno habere  
 debeant.

† et cassentur

Instabis. Multi actus, pacta et con-  
tractus per jura ob defectum Solemnita-  
tum irritantur, ut electiones, alienationes  
rerum Ecclesiasticarum, contractus Minorum  
qua tamen subsistunt in foro interno,  
antequam a iudice rescindantur, ergo etiam  
testamentum

Q. N. Ant. Nam alienatio, electio, et  
contractus minorum in nostra sententia  
robore evacuantur in omni foro, quando  
deficit forma seu solemnitas à jure  
prescripta, ut ex parte colligitur ex con-  
troversia C. Et profectio, si recensiti ac-  
tus nullam habent vim, aut robur  
~~obligationem~~, postquam  
per sententiam iudicis sunt cassati, <sup>neque</sup>  
~~habere. poterunt.~~  
~~obligationem~~ antequam cassen-  
tur; illa siquidem cassatio non tenet  
est annullatio, quam annullationis declara-  
tio; eo quod antecedenter ipso jure noscan-  
tur annullati. ergo antecedenter ad annul-  
lationem iudicis nulla erit vis, aut obliga-  
tio talium actuum.

Urgetur: Ex hoc sequeretur, quod si quis  
relictum ex testamento insolamni ab ha-  
rede sciente voluntate defuncti accepisset, nun-  
quam illud tanta conscientia retinere possit: sed  
hoc est contra C. non dubium ibi. C. de testam.  
item contra C. r. de fideicommissi per quas  
leges possidens liberatur a restitutione, ergo C.

Q. Hanc difficultatem dependere ab eo, an vi-  
delicet haec duae leges irritantur presumptioni  
facti vel fictioni juris? Si presumptioni fac-  
ti irritantur, quia nimirum presumunt hujusmodi  
relicta ab heredem agnoscente voluntatem defun-  
cti liberaliter donata fuisse, tunc possidens tan-  
ta conscientia relicta retinere non poterit, si  
heres liberaliter non donaverit. Quod si vero  
haec leges irritantur fictioni juris, ita ut eis  
statuatur, quod, qui agnovit imperfectam

voluntatem defuncti, et relicta donavit,  
idem fit, ac si eam approbasset, ac consequen-  
ter cederet juri suo, tunc utriusque relicta re-  
tineri poterunt. Verum in de hac juris interpre-  
tatione incertū sit; hinc melior erit conditio possi-  
dentis, ut habet axioma juris.

Utriusque: Factio *in* testamento est juris natura-  
lis; ergo parit obligationem naturalem, et in  
conscientia etiā absq. solemnitatibus; nam is natura  
debit, quem Gentium jure dare oportet, l. cum  
amplius 84. S. 1. ff. de h. j. ergo siue leges  
illa innituntur presumptioni <sup>facti</sup> iuris, siue fictio-  
ni juris, manet tamen, quod qui relictum ex tes-  
tamento infolemni ab herede sciente volunta-  
tem defuncti accepit, illud *in* conscientia re-  
tinere possit.

Q. Valde controversum esse inter Doctores,  
an facultas testandi originem à solo jure naturali  
trahat an verò à Civili; Verum esto à solo jure  
naturali; potestatem testandi originem ducere; nihil  
tamen inde contra nostrā sententiā efficaciter con-  
cludi potest; nam etiā contractus matrimoniali  
est juris naturalis, et tamen in utroq. foro  
annullatur, si debitis solemnitatibus careat,  
quia scilicet lex humana iusta potestate prae-  
dicta est, ut possit actui de jure naturali valido  
certam praescribere formā, quā non observata actus  
reddatur in utroq. foro irritus.

Dices: maximam esse disparitatem inter Leges  
Eclesiasticas, quibus irritatur matrimonium contrac-  
tum siue solemnitatibus à Concilio Trid. requisitis,  
et inter Civiles, quibus annullatur testamentum  
debitis solemnitatibus destitutum; illa enim sunt  
iusta, haec vero iniqua, ut facile colligitur ex  
cum apud 10 h. 4. ubi Pontifex aperit huiusmodi  
leges, esse à divina Lege alias, at leges iniquae  
nequeunt habere locū in foro interno; ergo.

R. N. Illas leges esse iniquas; non enim ait  
S. Pontifex, eas esse contra jus divinum, sed solum  
alias à lege divina, id est, praeter jus divinum. at age-  
re praeter jus divinum, per se non redolet iniquitatem;  
alioquin quā ratione justinari posset ille canon,  
iuxta quem, Prasul non condemnabitur nisi 72. testibus  
C. prasul 2. q. 4.

Inst. Leges Civiles solemnitatem requirentes  
sunt contra generalem Ecclesiae consuetudinem, etc.



ergo sunt iniqua, consuetudo enim obligat sicut praeceptum

7 seu adiaphora Q. Trans. Ant. Non enim dicit Pontifex contra sed alienum a generali Q. Et nego Conf. quia si in materia, quae non est per se peccaminosa sed profana pugna sit inter jus Canonici et Civile, tunc quodlibet jus in foro suo servandum est, nimirum in terris Summo Pontifici subiectis jus Canonici: in terris Imperii jus Civile ut pro regula universalis tradunt Canonistae, cuius etiam ratio est quia in materia profana nec potestas Sacrosancti subordinata est Ecclesiastica, nec Ecclesiastica Sacrosancti.

Virgebis: Q. Si iura Leges Civiles non possunt usari circa materia

Virgebis: Neg. in terris imperii Leges illae Civiles servari possunt, quae sub anathematis poena damnantur, at sub tali poena <sup>feriuntur</sup> Leges Civiles sollemnitate requirentes in testamentis, ut constat ex eodem c. cum a pres. ergo

Q. Neg. nisi Anathematizatio enim ut liquet ex eodem cap. non afficit huiusmodi Leges Civiles, sed solum eos, qui testamenta coram presbytero ac duobus vel tribus testibus facta rescindere attentaverint.

Inst: Vel ex hac anathematis interminatione manifestum fit, quod iam non versamur in materia mere profana, aut adiaphora, sed potius in ea, quae concernit conscientiam; alioquin non potuisset Pontifex eos anathemate ferire, qui testamenta coram Parocho ac duobus vel tribus testibus non duntur infringere; Cum igitur haec anathematis interminatio sit corpori juris Canonici inserta consequens est, quod vim legis universalis obtineat, atq. adeo Legibus Civilibus tanquam injustis deroget.

Q. Hoc anathemate eos solos percelli, qui Summo Pontifici etiam in materia politica sunt subiecti, posito quod ei morem gerere detestentur. Neg. obstat, quod haec constitutio relata sit in corpus Juris Canonici, quia iam dictum est, constitutionem Pontificiam in materia profana non ligare eos, qui sunt in terris Imperii, consequenter omnis poena propter transgressionem ibidem statuta minime illos afficit, sed solum cum eos concernit, qui ipsi Summo Pontifici etiam in politicis sunt subiecti.

¶ Ex. l. 4. tit. de despons. impub. et inst. de nupt.

An ad substantiam vel valorem sponsalium requiratur consensus parentum?

Resolutio

Ad substantiam vel valorem sponsalium non requiritur consensus parentum, excepto casu, quo ipsum matrimonium foret illicitum.

Ratio 1. quia Matrimonium sine consensu parentum et eorum, in quorum potestate constituti sunt contra-hentes, valet, uti decisum est in Concil. Trident. Sess. 24. c. 1. de Reformatione Matrimonii et constat ex S. Scriptura; nam Esau duxerat uxores duas, quae ambae offenderant animum Isaac et Rebeckae parentum ejus, proinde invitis parentibus eas accepit, nec tamen Isaac ea conjugia irritavit Gen. 26. Jacob item uxores duxit parentibus omnino inscius, quod non fecisset, si credidisset consensum parentum esse necessarium. Vid. Gen. 29. et 30. valet igitur Matrimonium, quod est indissolubile, absque consensu parentum: ergo a fortiori valebunt sponsalia, cum adhuc alia via dissolvi possint, vel saltem, quia sunt inchoative Matrimonium.

Ratio 2. quia spectato jure naturali valent talia sponsalia; jure autem positivo, saltem tali, cui morem in hac re gerere debeamus, non sunt irritata; ergo p.

Opp. l. 7. §. 1. ff. h. t. ad valorem sponsalium requiritur consensus parentum, in quorum potestate sunt

liberi, nempe Patris et avi: ergo jure positivo civili  
 sunt irritata sponsalia contracta à liberis sine consensu  
 parentum. R. leges civiles in ius, quæ pertinent  
 ad Matrimonium, quod à Christo est elevatum ad ra-  
 tionem Sacramenti, et sic à jurisdictione et foro sæ-  
 culari exemptum, vim non habent; imò dici potest,  
 quòd ex cit. l. 7. Solùm argui possit illicititas non ve-  
 rò invaliditas sponsalium.

*retinent:*  
*retinent:* Inst. Leges civiles, quæ concordant cum legibus Ecclē-  
 siasticis vim suam. atqui talis est lex 7. modo citata.  
 ergo p. Prob. jure canonico Can. 13. caus. 32. q. 2.  
 c. aliter caus. 30. q. 5. ad Substantiam sponsalium  
 liberorum requiritur consensus ~~part~~ parentum:  
 ergo lex 7. modo citata concordat cum legibus Ec-  
 clesiasticis. R. Hos canones ita intelligi à  
 Canonistis, ut de honestate non autem de neces-  
 sitate consensus parentum requiratur. Vel dic: Si-  
 tales Canones non solùm de illicititate sed etiam  
 de invaliditate loquantur, quòd sint correcti per  
 posteriora jura, puta per c. 13. h. t. Clem. cum vi-  
 rum de Regul. et cit. Sess. Concil. Trid. . . .  
 Urg. leges, quæ concordant juri divino, abrogari vel  
 corrigi nequeunt: atqui hujusmodi leges, quæ re-  
 quirunt consensum parentum in sponsabilibus libe-  
 rorum, concordant juri divino, ergo p. Prob. m.

præcepto 4. Decalogi jubemur honorare Patrem et Matrem, id est, ne quoquo modo offendantur: at qui maximè offenduntur parentes, si filii absque eorum voluntate contrahant nuptias: ergo de jure Divino videtur requiri consensus parentum, ac proinde leges humanae, quæ talem consensum exigunt, concordant juri Divino. **R. A.** hoc argumentum nimium probare, probaret enim, quòd talia sponsalia iniusta sine consensu Matris essent irrita, quod tamen non admittunt adversarii. **R. Z.** quòd hoc præceptum non se extendat ad Sponsalia vel Matrimonium, eoquòd nuptiæ pertineant ad statum vitæ: at status vitæ non est in parentum potestate, sicut nec vita, ut constat.

Dices: Si status vitæ quoad nuptias contrahendas non est in parentum potestate, quare igitur Deut. c. 7. dicitur parenti: filiam tuam non dabis filio Chananæi? et quare Samson rogat parentes, ut mulierem, quam amabat, sibi darent in uxorem? **J. Tob. 6. 13. ?** **R.** ex his qui <sup>7 jud. 14. Et Tobias conjugem suam petit à patre eius.</sup> dem evinci parentibus præcepta de liberis in Matrimonio collocandis tradita esse, atque adeò ad parentum curam filiorum conjugia maximè pertinere. Sed minimè inde probatur, quòd status vitæ, quantum ad nuptias contrahendas sit ita in parentum potestate, ut si eorum desit consensus, irrita sint sponsalia. imo contrarium potius evidenter demonstratur ex illo Tobie. 7. ubi legitur Tobiam uxorem duxisse in scius parentibus.

Urg. Apostolus ad Collos. 3. explicans illud quartum Decalogi praeceptum ait; id in omnibus intelligendum esse: filii, inquit, obedite parentibus per omnia: ergo planè juxta Apostolum vi hujus praecepti etiam in statu vitae eligendo liberi parentibus parere necesse habent. R. D. Ant. obediendum esse parentibus per omnia, nimirum quando agitur de moribus informandis. Con. quando agitur de electione status, Subdit. ita ut si justè et secundum Deum precipiant, non obedientes peccent filii. Con. ita ut quidquid agant semper irritum sit. Neg. nam non minus Episcopo et Ecclesiae obediendum est per omnia, quam Patri carnali et tamen si quis Laicus contra Episcopi vel Ecclesiae praeceptum baptizet, baptismus erit ratus.

Inst. Extat lex divina Exod. 22. et Deut. 22. ut si quis virginem stupraverit, det patri ejus certum numerum Siclorum et eam uxorem habeat, si pater voluerit, vel non habeat, si noluerit. <sup>ergo</sup> quando manifestum <sup>est</sup> quod status vitae quoad nuptias contrahendas ita sit in patria potestate, ut eas ratas vel irritas facere possit. R. in locis non agi de Matrimonio jam contracto, Sed de futuro causa stupri praecedentis, non enim illa conjunctio viri cum puella, quae in scio Patre in duobus illis capitibus facta describitur, copula conjugalis erat. Sed stuprum ut Scriptura loquitur.

Non enim stuprator uxorem habere voluit, sed libidinem tantum exercere, unde in poenam injungitur ei, ut puellam ducat, si eam Pater dare voluerit.

Præterea hæc veteris legis dispositio pertinet ad præcepta judicialia, quæ in N. L. vim non habent, unde ex ea adductum argumentum non convincit.

Inst. Num. 30. Statuitur, ut, si puella Deo voverit aliquid, possit Pater votum illud irritare, constat autem hanc legem non judicialem sed moralem esse: jam sic argumentor: potest Pater irritare vota liberorum Deo facta: ergo multo magis poterit irritare promissionem homini factam de conjugio. R. N. cons. et parit. disparitas est, quod vota fiant soli Deo, qui ea non acceptat, si sint in præjudicium tertii, vel si acceptavit, iterum cedit jure suo, ne tertio præjudicetur; sponsalia autem fiunt homini, qui non tenetur cedere jure suo propter tertium.

Urg. Conjugia, quæ ineunt liberi in præjudicium Patris, certo sunt illicita: ergo sponsalia, quæ talia conjugia præcedunt, sint invalida, necesse est, cum obligatio ad illicitum repugnet. R. in nostra Thesi nos excepisse casum, quo ipsum Matrimonium foret illicitum, unde hæc ratio nos non urget. — At inquires: ipsum Matrimonium sine consensu parentum in vitum ordinariè est illicitum, ergo et sponsalia taliter inita ordinariè erunt invalida.

Prob. Ant. filii tenentur in re tanti momenti vi 4<sup>ti</sup>  
 præcepti exquirere consilium parentum, ergo tenen-  
 tur etiam ordinariè illud sequi, ad quid enim pe-  
 tere consilium conducit, si illud spernatur: ergo Ma-  
 trimonium sine vel contra voluntatem Patris inritum  
 ordinariè est illicitum. R. neg. utramque sequelam  
 nam si petatur consilium à parentibus, spes est ab  
 iis omnia sincerè manifestanda, quæ liberi ob cæcum  
 amoris impetum sæpè non prævident sibi obesse, et  
 ideo rectè ac decenter petunt consilium, sequendi  
 autem necessitatem semper non patitur, nec agnos-  
 cit concessa ipsis à Deo libertas eligendi statum per-  
 petuum, nec proinde Matrimonium liberorum sine  
 consensu parentum inritum dici debet ordinariè illi-  
 citum. Imò licet non rarò peccent liberi non sequendo  
 consilium parentum in contractu sponsalium, non ta-  
 men hoc ipso subsequens Matrimonium est illicitum, con-  
 sequenter nec invalida erunt sponsalia licet illicita.  
 Dices: quod est contra jus naturale, semper est illicitum,  
 atqui Matrimonium sine consensu parentum con-  
 trahere est contra jus naturale: ergo p. prob. m. Inst.  
 de Nupt. §. iustas. dicitur: naturalis ratio suadet  
in tantum, ut iussus parentum præcedere debeat nuptias.  
 R. per illud vocabulum iussus intelligi debet consilium,  
 nam alioqui si prætendant Aarū hic absolute de-  
 notari consensum, dicimus, quòd cum illa lex re-  
 pugnet SS. Canonibus, omni jam sit destituta ro-  
 bore.

Controversia 35  
Ex l. 5. §. 3. de Simonia

Vtrum Monasterium si opulentum sit  
ex nudo sustentationis titulo ab  
ingredientibus aliquid exi-  
gere possit?

Suppono 1. Pro ipso ingressu in Monas-  
terium, vel pro ipsa professione in eodem nihil  
tempore, absq[ue] labe Simonia exigi, vel dari potest.  
Ratio est, quia ingressus in Monasterium aut profes-  
sio religiosa, hoc ipso, quod ordinatur ad finem super-  
naturalem est aliquid spirituale, ergo pro ea aliquid  
temporale exigere, vel dare redolet simonia

Suppono 2. Licetum tamen esse Monasteriis  
tam Virorum quam mulierum etiam ditissimis cum  
parentibus vel pacisci, vel exigere certam quan-  
tatem pecunie, vel aliorum bonorum temporali-  
um sub conditione, ut suscepta ad Religionem et  
professa persona omni jure hereditatis, vel alle-  
rius jure possessionis temporalis renuntiet.  
Ratio est, quia in tali casu jure exigitur tem-  
porale, pro temporali, jure namq[ue] hereditatis, cum  
cessum sit, per cap. quia 7. caus. 20. q. 3. Auth. in-  
gressi, et Auth. si qua mulier c. de N. Culas. Monas-  
terium loco liberum profitentium in hereditate succe-  
dere.

Suppono 3. Licetum etiam esse titulo susten-  
tationis, ubi monasteria non sunt sufficienter do-  
tata, aliquid ab ingredientibus exigere. Ratio  
est, quia in tali casu non exigitur nec datur  
temporale pro spirituali, ingressu videlicet in Re-  
ligionem, sed ut quid necessarium pro honesta  
sustentatione ingredientis, quod est quid me-  
re temporale. Sed an eodem modo conclu-  
dendum sit pro Monasterio opulento, et sufficien-  
ter dotato, valde controvertunt Doctores, pro quo sit

Resolutio

Quando Monasterium est, <sup>diver</sup> aut sufficienter dota-  
tum ex nudo sustentationis titulo nihil  
exigere potest, absq[ue] labe Simonia salte ju-  
ris Ecclesiastici



Prob. 1. ex c. quoniam 20. h. 1. ubi dicitur sic loquitur Pontifex: Quonia Simoniaci labes adeo pluresq; mortales inficit, ut vix aliquas sine pretio recipiant in formas paupertatis pretextu, volentes hoc vitium palliare. Ne de cetero id fiat prohibemus. Si igitur non licet sub falso pretextu paupertatis aliquid ab ingredientibus exigere, ergo neq; sub falso titulo congrua sustentationis, ubiq; enim est par ratio, imo unum infert alteru, nam ubi non est congrua sustentatio, ibi est paupertas, et vicissim. Et sane siue dixeris sub pretextu paupertatis palliare, siue sub palliato titulo congrua sustentationis semper idem redit sensus.

Prob. 2. ex S. Thoma 2. 2. q. 100. art. 3. ad 2. dicente, quod ubi Monasterium est adeo laeve, quod non sufficiat ad tot personas nutriendas, licet ante ingressum monasterii exigere, et simul accipere aliquid pro victu persona, qua in Monasterio fuerit recipienda, si ad hoc non sufficiant Monasterii opes, ergo contra ratio sensus, quod fortissimu argumentum est in iure, si sufficiant opes, aliquid exigere illicitu erit.

7 argumento

Prob. 3. Quia hoc ipso, quod quis ad religionem suscipitur, habet jus ad sustentationem ex praesentibus Monasterii capiendam, propterea enim sufficienter dotantur monasteria, ut inde congrue sustententur membra eorum; ergo ubi Monasterium sufficienter dotatu ac opulenti aliquid adhuc sub pretextu sustentationis ab ingredientibus exegerit, illud quod exigit sub hoc falso pretextu non tanquam aliquid, cum id aliunde membris omnibus affertim suppeditetur, sed tanquam pretiu ipsius ingressus merito reputatur.

Oppones. Clerici ac Religiosi licet ex fundatione beneficii aut Monasterii sustentatione abunde habeant, nihilominus possunt titulo stipendiis pro sustentatione aliquid exigere pro ministeriis sacris, vel missis Legendis; ergo a pauperibus Monasteria praesertim Monialiu licet opulenta poterunt ab ingredientibus pro sufficienti ac

honestam eorum sustentationem aliquid exigere.

R. N. Cons; Quia quod Clerici pro suis omnes stipendia & sanctis laboribus debita accipere possunt, expressè definitum est in jure, arg. c. fin. caus. 1. q. 2. Et ratio est; quia juxta apostolum ad Cor. 9. Nullus etiã dives tenetur militare suis stipendiis. Et aliunde certum est, quod operarius ob laborẽ suũ dignus sit mercede sua. Itaq; Cum Clerici vel religiosi pro suis functionibus aliquid tribuantur, id non tan titulo solius congruæ sustentationis, quam potius pro mercede ratione laboris ac industriæ impensa datur, ex quo non licet inferre, quod monasteria præsertim Monialium licet opulenta possint ab ingredientibus ex nudo sustentationis titulo aliquid exigere.

Dices: In Monasteriis potest etiam considerari labor et onus alendi personam susceptam, ergo pariter sub hoc titulo aliquid ab ea, quæ suscipi desideratur, exigi poterit.

R. N. Cons. quia labor seu onus susceptam personam alendi, nihil aliud est, nisi ipsa congrua sustentatio suppeditanda personæ susceptæ et intuitu congruæ sustentationis nihil exigi potest, ut suprà demonstravimus; ergo.

7 præsertim ex c. quonia 20. h. 1.

Verbo: Moniales habent ex privilegio ac concessione Clementis VII. et ex declaratione Innocentii 8, ut intuitu congruæ sustentationis aliquid ab ingredientibus eorum monasteria exigere valeant, ergo offi. id forsitan de jure communi eis prohiberetur, licet tamen ipsis ex privilegio.

R. Memoratam concessionem Clementis VII. et declarationem Innocentii VIII. tantum fuisse viva vocis oracula, de quibus non constat authenticè, ut in compendio Privilegiorum Ordinis Minorũ facto à P. Alphonso Casarubias de Monialibus s. 16. et 31. videre est. Sed dato, has concessiones reverè authenticas esse, iis tamen plus non probatur, quam quod Summi Pontifices locuti sunt de Monialibus inopibus, vel si divites

(invalida)

etiam spectare, solummodo voluerunt, quod Moniales non incurrant excommunicationem, vel alias juris poenas, si ab ingredientibus temporalia exigant; non vero quod non incurrant peccatum Simonia, saltem Juris Ecclesiastici.

Dices: Simonia ex obiecto suam sortitur speciem: atq; non ob aliud incurritur, nisi quia spirituales venditur, ut puta professio aut locus in religione; at in praesenti, id quod petitur non <sup>pro</sup> ipsa professione, sed pro congrua sustentatione, quod est aliud temporale, exigitur; ergo per hoc requiritur peccatum Simoniae incurri.

R. Quod sub hoc pretextu videatur palliari vitium Simoniae; Vnde ut supra argumentabamur, cum titulus ille congruae sustentationis non subsistat, videtur conferri illi, qui sub hoc pretextu aliquid temporale ab ingredientibus exigunt, non nisi pro ingressu in religionem exigere. *et sic committitur Simoniae.*

Verbis: Ex hoc quidem probari, quod in foro externo Moniales v.g. sic exigentes iudicentur Simoniaca: at licet loquimur de foro interno, seu de eo quod est secundum conscientiam, secundum quam nullum est Simoniae peccatum, si revera ab ea persona qua ingredi cupit in Religionem, unice dirigatur ad ipsius congruam sustentationem, qua intentio saltem erronee utiq; subsistere potest; ergo.

Q. D. min. iure nullum erit Simoniae Juris Divini peccatum. Con. min. nullum erit Simoniae Juris Ecclesiastici peccatum. Neg. min. et Cons. Cum enim ex hoc facto, quo nimirum sub falso pretextu sustentationis congrua aliquid temporale exigitur ab ingrediente in religionem, in foro externo praesumatur Simonia, merito proinde huiusmodi

eractio ab Ecclesia prohiberi debuit, cit. c.  
 quonia 40. h. t. et Extrav. Commun. §. Sane h. t.  
 ex qua prohibitiones, simonia juri Ecclesiastici  
 incurrere omnes illos, qui ea nudo sustentatio-  
 nis titulo ab ingredientibus in religionem exi-  
 gere non verentur, indubitatum esse videtur.

Just. Consuetudo contra jus Ecclesiasticum  
 prevalere potest; at hac consuetudo, quae pro  
 congrua sustentatione ingredientis praesertim  
 in Monasteriis Monialium certa pecuniarum  
 quantitas exigitur, iam prevaluit, et legiti-  
 me est praescripta; ergo

R. Neg. min. Quia huius consuetudini jus re-  
 sistit. Imo ea ab illo reprobatur et tanquam  
 detestabilis abusus, et ut corruptela damnatur,  
 cit. Extrav. June h. t. Praeterea, ut consue-  
 tudo legitime praescribatur, debet esse ratio-  
 nabilis, qualis haec non est, quippe quae sine  
 peccato avaritiae subsistere nequit. quid enim  
 magis redolet avaritiam, quam sub pretextu  
 sustentationis necessaria certam quantitatem pecu-  
 niae expetere, cum tamen à piis fidelibus, vel  
 aliunde pro honesta Monialium v. g. sustentatio-  
 ne abundantia media iam subministrata sint.

Vergebis. Non redolet avaritiam aliquid tempo-  
 rale ab ingredientibus pro congrua sustentatione  
 exigere, ut tunc propriis monasterii proventus  
 vel ad augendum <sup>cultum</sup> ~~nummum~~ <sup>Divinum</sup> ~~Religiosum~~, vel  
 ad alias pias causas eo abundantius appli-  
 centur; ergo.

R. Quamquam in hoc casu forsitan abesse  
 possit peccatum avaritiae, non tamen abest  
 omne vitium Simoniae imo nec infidelitatis  
 aut injustitiae, minus enim fideliter aut justè aliquid  
 expetitur pro sustentatione ab eo Monasterio, quod  
 bona sufficientia possidet; tunc enim potius sin-  
 gitur, quam reuera datur <sup>gratis</sup> ~~gratis~~ <sup>congrua</sup> ~~congrua~~ susten-  
 tationis. Nec juvat dicere, quod tunc propria mo-  
 nasterii.

monasterii bona eo abundantius ad pias causas applicari possunt; nam non sunt facienda mala, ut eveniant bona C. super eo 3. De Usuris.

Inst. Dicere, quod Moniales divites à simonia peccato non excusentur, si temporalia sub titulo congrua sustentationis exigunt, est damnare plerumque Monialium monasteria de peccato simonia. Nulli enim puella conceditur ingressus in Monasteria Monialium, quae non secum certam pecuniarum quantitatem afferat. affui hoc non videtur dicendum. Neg. 5.

R. Dist. maj. est damnare plerumque monasteria Monialium de peccato simonia materialis ut plurimum materialis Conc. maj. formalis. Neg. maj. Vltro enim concedimus, quod huiusmodi moniales in Monasteriis opulentis ab ingredientibus exigentes temporalia pro sub praetextu congrua sustentationis à simonia formalis plerumque excusentur per ignorantiam, aut ob bonam fidem, quae resultat ex longa ac immemoriali consuetudine aliquid temporale expetendi ab iis personis, quae in religionem suscipi cupiunt. Caterum non veremur, eas Moniales in hoc peccato vere simoniacas pronuntiare, quae videlicet hac de re sufficienter à viris doctis instructa sunt, si in suis incongruis exactionibus perzant.

Virgebis. Si ita est; ergo, neq. ex titulo dotis à Monialibus Religionem ingressuris, vel ingressis indiscriminatim certa pecuniarum quantitas exigi potest; at hoc minus eo quod huiusmodi dos Monasterio tribuetur intuitu oneris, quod in se suscipit alendi personam professam; at certe hoc minus convenienter dicitur; ergo. C. Prob. mi. Foeminis matrimonium carnale celebraturis debetur congrua dos, siue maritus futurus sit di-

ves, sine non, per l. ult. C. de dotibus promissis  
adeo, et foeminae spirituales nuptias per religio-  
sam professionem contracturis debetur congrua  
dos, sine monasterium sit dives sine non; ergo  
sicut maritus, quisque sit, optimo jure do-  
tem exigit sic et monasterium quodecumq; sit.  
Est siquidem bonum argumentum à matri-  
monio carnali ad spirituale arg. c. inter  
z. de hurs. Episc.

¶ 1. Licet concederemus, quod ratione  
dotis aliquid ~~indiscriminatim~~ exigi possit,  
non tamen inde sequeretur, quod alieno titu-  
lo congrua sustentationis certa pecunia quan-  
titas sine discrimine peti possit; nam si  
subsistit prius factum argumentum, Monast- 7 titulo dotis  
rium optimo jure et ex justitia aliquid exigi  
re potest ab ingrediente, at <sup>nulquam jus</sup> nulla <sup>in jure</sup>  
adduci potest, quae dicat, ex justitia aliquid  
sub praestitu congrua sustentationis ab ingre-  
dientibus in religionem ex peti posse; ergo  
ex concessa exactione pro dote argui non  
potest exactione licita pro congrua sustenta-  
tione.

¶ 2. Mihi probabilius videri, neq; subm-  
issione dotis in illis monasteriis sufficienter iam  
dotatis aliquid ab ingredientibus in ea exi-  
gi posse; nam, ut narrantur in paritate prius  
facta, sicut maritus, si dotem nuptialem  
non à sponsa, sed ab alio, pro sponsa tamen ac-  
cepisset, nihil amplius ab eadem sponsa exigi  
se posset, ita pariter cum Monasterium à fun-  
datoribus sufficienter sit dotatum seu suffi-  
cienter dotem acceperit pro personis, quae illuc  
ingrediuntur, et cum Christo, ac Religione spiri-  
tuale contribui inveniunt aliis, ceterisque Religionis  
oneribus supportandis, non videtur, quod ultra

possit ab eisdem titulo dotis aliquid exigere.

Vigebis: Multa sunt monasteria Monialium, nunc opulenta, quae fundationem suam, seu potius pingues suos redditus non nisi ex dotibus et bonis ingredientium acquisierunt; ergo saltem in eis aliquid titulo dotis ab ingredientibus exigere licitum erit;

R. N. Cons. quia si Monasterium sive à persona extranea, sive à suis membris redditus adeo pingues consecutum sit, ut iam possit omnibus ingredientibus congrua praebere sustentationem, atque omnia Religionis onera officio implere sustinere, reuera sufficienter fundatum et dotatum esse censetur; ergo titulo veterioris dotis cum ingredientibus nec quidquam petisci, sed solum quae gratis ac libere vel etiam jure hereditatis datur, accipere poterit.

Dices: Ergo Novissimi Valde durum esset, nil ab istis novissimis Monialibus expectare, sed gratias omnes suscipere, quasi vero melioris debent esse conditionis, quam prima, per quam doctes monasteria suas opes sibi compararunt.

Q. Si Monasterium sit opulentum, et iam sufficienter dotatum potius durum est sibi potest à vera Religione alienum aliquid ab ingredientibus exigere, quam non exigere; nec refert, quod ex una parte novissima Moniales melioris sint conditionis quam prima in eo scilicet, quod à dote danda liberentur, à qua prima exempta non sunt, nam ex altera parte sunt deterioris conditionis, in quantum prima Moniales non solum ut matres, sed etiam ut fundatrices suscipere, ac pro eis apud Deum supplices preces profundere solentur.

Nec juvat, si quis in favorem Monialium adducat declarationem Cardinalium apud Fagnanum in c. non amplius de institutione num. 24. nam, ut bene advertit P. Sciffensius ibi tantum dicitur, quod Moniales etiam redditibus satis provisae possint acceptare, dotem gratis oblata, vel petisci de illa danda, casu quo Monialium redditus pro nova et quasi supernumeraria sustentanda non sufficienter, ut quod sententia nostra minime adversatur.

7 in h. l.  
n. 180.

Controversia 36

ex l. 3. tit. 19 de Usuris Item C. 4. l. 32. cod.

An et qualiter in Imperio Romano  
consuetudo permittens usuras quin-  
tuces, seu 5. pro 100 à pec-  
cato excusari possit?

Suppono, Usuram lucrativam, seu omnia  
lucrum quod ultra sortem mutuam vi solius  
mutui exigitur, jure Divino imo etiam naturali  
prohibita esse, id patet dum ex multis ff.  
scripturae locis, dum ex conciliis, et est certa  
omnium Doctorum sententia. Ex quo iam  
gravis oritur difficultas, an et qualiter  
illa usura quintuces seu 5. pro 100. occa-  
sione mutui accipi solita excusentur à  
peccato. Communior docet hic non interve-  
nire contractum mutui, sed potius contrac-  
tum censualem. Verum, ut ingenuè fatea-  
mur, hactenus tantam veritatis soliditatem  
in hac sententia deprehendere non potuimus  
ut omnem anxietatem ac scrupulum à nobis  
propulsare potuerit; Et sane quisquis nobiscum  
paucis accuratius hanc sententiam examina-  
vit, non adeo solidam rationem fundatam qui-  
le deprehendet, ut ex dicendis circa finem hu-  
jus controversia innotescat. Quidam rige-  
tur aliam ineunt viam et dicunt, quod li-  
cet <sup>usura</sup> lucrativa sit de jure Divino et natu-  
rali prohibita, non tamen ita absolute, quin  
à lege ob bonum publicum, dummodo modera-  
ta sit, permitti non possit. Et hanc senten-  
tiam satis probabiliter defendi potest, imò ve-  
rior priori nobis videtur, unde sit

Resolutio

Ille Usura quintuces seu 5. pro 100 occa-  
sione mutui probabiliter reputari possunt li-  
cita ex hoc, quod omnis usura lucrativa ~~prohi-~~  
bita jure naturali et Divino prohibita, proba-  
biliter non sunt ita absolute prohibita, ut



Princeps ex causa publica eam s. modo sit moderata; permittere non possit tanquam licitam. Ita Emmanuel Saas, Tannerus, Haunoldus, Molinaus, Gletle, et alii non pauci Jurisconsulti.

Prob. Imperator, uel respublica potest per comune statutum, aut legem ex causa publica auferre jus alicujus privati, ac illud transferre in tertium; ergo etiam id poterit fieri per legem communem de concessione usurarum moderatarum, seu s. pro joo occasione mutui statutam, transferendo sic bona unius in alium. Imode factu in Imperio Romano existit hujusmodi statutum, ut constat ex Receptibus Imperij de An. 1500. 1530. 1548. Augusta, et Anno 1570 sub Maximiliano II. et 1600 sub Rudolpho II. ergo C.

Ant. patet ex eo, quod Respublica dominium altum rerum ac bonorum ad privatos pertinentium sic sibi vendicat, ut ex justa et publica causa dominium rei ab uno in alterum transferre possit, ut constat ex lege praescriptionis in utroq. jure receptas. Consequentia etiam manifesta est; unde merito inferitur, quod usura moderata de jure divino aut naturali non absoluta, sed veluti conditionate sint prohibita, nempe nisi Princeps in cuius dominio alto res et bona privatorum existunt aliud ordinandum ex publica causa censuerit.

4 vices Dei gerens

Confirm. Deus recte permisit Judais usuras exigere ab alienigenis; quia habet Supremum Dominium et absolutum Dominium in omnes res hominum; ergo etiam Princeps uel respublica cum pariter dominio alto in omnes res privatorum palleat, usuras ob bonum comune permittere poterit.

Oppones: Quae sunt prohibita jure naturali et divino nulla lege humana reddi possunt licita; atqui usurae sunt jure naturali et divino

prohibita; ergo.

R. Dist. maj. quae sunt prohibita jure naturali et divino nullâ lege humana reddi possunt licita extra materiâ justitiâ Con. maj. intra materiâ justitiâ nonpe. quâdam bona fortuna. Neg. maj. Itaq. in materiâ justitiâ cum respublica dominium alia in res subditorum habeat potest per Legem ob bonum publicum consti. tuere ut id quod alia de jure divino et naturali injustum esset, justum ellicitum efficiatur. Sic quamvis Lex divina ac naturali vetitum sit, ne quis ex alieno bono locupletior fiat, id tamen licitum per Legem humanâ prescriptionis adminiculo fieri potest.

Quae non esse paritatem inter concessionem usurae factam per principem, et Legem prescriptionis, nam usura antecedenter ad concessionem Legislatoris non exercetur sine peccato injustitia, et verò prescriptio antecedenter ad concessionem Legislatoris absq. ullo peccato nempe ob bonâ fidem inchoatur; ergo.

R. Negando non esse paritatem inter utrumq. Sufficit enim in prescriptione acquirere dominium rei bonâ fide et debito tempore post sepe post latâ prescriptionis Legem, ad quâ antecedenter talis acquisitio foret injusta, nec quidquam prodesset bonâ fide inchoata; ita pariter sufficit, quod bonâ fide accipiatur usura, postquam rationale Statutum illâ concessit licet antecedenter ad tale Statutum illicita fuisset.

Urgebis: hujusmodi Statutum nequit habere locum in foro interno. ergo nequit ponere usuram accipientem in bona fide. Prob. ant. Ideo Lex prescriptionis etiâ in foro interno vim habere potest; quia à ff. Canonibus approbata est; ergo à pari nisi Statutum seu concessio usurae legalis sit approba-

Ita à S. Canonibus, nequit habere locum in foro interno. Subs. atqui non tantum non est approbata, sed quod plus est positive reprobata est à S. Canonibus, praesertim in Concilio viennensi, ut habetur, Clem. unie. h. t. ergo.

Q. Dist. Subsumptum; est reprobata à S. Canonibus si sit excessiva, improba, mordens cum lesione et pressura proximi Conc. Si sit moderata et ex justis causis ob bonum publicum permissa à summo principe, cui à Deo competit Dominium altum in bona subditorum, quod Ecclesia ab eo nec auferre, nec intendit, sed nec potest. Neg. subs. et conf.

Inst. Rei publica aut principia plus circa usuras competere nequit, quam Summo Pontifici: atqui summus Pontifex dispensando reddere nequit usuras civitas, ut omnes conveniant, ergo nec respublica.

Q. Dist. min. Nequit S. Pontifex ex causa privata dispensando reddere usuras civitas Conc. nequit ex causa publica dispensando seu potius legem condendo reddere usuras civitas, si saltem moderata sint. N. m.

Itaq, aliud est dispensare ex causa privata seu alicujus privati bonum spectante, ut recipiat usuram nulla lege permissa, nullorum, jure vel titulo exacta, et aliud ex causa publica et ob bonum commune seu publicum usuram moderatam facere licitam ratione domini alti; illud nemo potest etiam Papa, illud non solum Papa, sed etiam quilibet princeps in suo territorio.

Dices: Usurae sunt similes mendacis c. q. h. t. atqui nulla potestas humana, licet ex causa publica, reddere potest licitam mendacium, ergo nec usuras.

Q. D. min. Usurae excessiva et cum fraude ac lesione proximi sunt similes mendacis, Conc. min. moderata et ex statuto principis ob bonum

publicum permittit. Neg. min. Id uel ex eo  
constat, quod Conditio contra mentem non  
perdet ab alto Reipublica Dominio, si-  
cut res fortuna, <sup>sen pecunia</sup> circa quastuerantur usu- 7 tanquam circa  
re; unde mendacium manet ita prohibitum  
de iure natura, ut circa illud res publica ni-  
hil disponere possit, facus uero dicendum  
de usuris moderatis, ob rationem contrariam.

Uogelb. Neg. mendacii, neq. usurarum ma-  
teria subiacet alto Principis Dominio, ete-  
nim pecunia mutuo data ex natura sua  
est res infructifera: atqui nequit princeps  
efficere, ut licite quis lucri, aut fructum  
ex re stentis sine ullo titulo capiat, quia  
hoc esset rerum naturam immutare; ergo.

Q. N. Maj. quia licet pecunia in se  
et quando nec opera hominis nec dispositio  
legis accedit, sit infructifera, tamen fit  
fructifera per per accessum opera humana  
atq. accidentis. Statuti uel legis dispositione  
lucri priori Domino inde concedentis. Quis uno  
otia in pecunia quasi usus fructus constitui potest, l. 1. l. 2. ff. de usufr. earum rer. quae usu fr.

Inst. Omnes leges cedere debent in bonum  
reipublica communes, atqui huiusmodi Statu-  
tum uel legis dispositio, si qua esset  
potius in ipsius reipublica, ac praecipue pau-  
perum aut indigentia pressorum, qui ma-  
gno numero in eorum comunitatibus existunt,  
detrimentum uergeret; ergo.

Q. Neg. min. Nam per concessionem usura-  
rum moderatarum 1.º circantur lites; si  
enim necessario requireretur titulus lucri ces-  
santis, damni emergentis & nimium turbaretur et inquietaretur  
tribunalia, cum talis titulus probari deberet,  
et à mutuatariis, qui agrè solvunt usuras;  
id esse passim negaretur. 2.º Facilius ob-  
tinetur mutuum, quod sicut reipublica mem-  
bris valde est utile, et in casibus indigentia  
imo indigentia pressis necessarium, ita non potest non esse  
valde optabile, reipublica huiusmodi legi  
dispositio, quae hanc & mutui facilitatem pro-  
curat; imo sine qua vix istis temporibus reperire

esse, qui mutuum dare vellet, quod reipublice  
 ex valde noxium foret. 3<sup>o</sup> Ex concessio-  
 ne moderatarum usurarum non leue subsidium  
 Ecclesijs, locis religiosis, viduis, pupillis, et  
 personis miserabilibus, quae per se ipsas non  
 possunt negotiando lucrum capere ex suis  
 pecunijs, obvenit. 4<sup>o</sup> Denique tranquillitas  
 conscientiarum magna ex hac legis dispositio-  
 ne oritur; siquidem nemo non videt, multos  
 orturos esse scrupulos, si necessarius foret  
 vitulus vel damni emergentis, vel lucri cespan-  
 tis, aut periculi amittenda sortis.

Dices: Si usura adeo profuit bono com-  
 muni, sequitur, quod male à jure divino,  
 aut naturali prohibita sunt; at hoc dicere  
 impium est; ergo dicendum, quod hujusmodi  
 usurae magis obfunt, quam profunt bono communi.

R. N. maj. Nam usura jure divino prohiberi  
 debuerunt, tum ut discerent homines, veram ami-  
 citiam quam sibi invicem impendere debent, confis-  
 teres in eo, quod gratis, et absq. ulla compen-  
 satione sibi benefaciant, tum ut liceat Pri-  
 ncipes, titulo dominii alti in bona fortuna  
 non nisi moderatas, nullatenus vero excessi-  
 vas usuras ab eis permitti posse usuras.  
 Vel dic, quod quantum est in se, et abstra-  
 hendo à presenti rerum statu, praesertim  
 à moderni populi tenacitate, duntia, avari-  
 tia, aut refrigerata charitate magis reipubli-  
 ca noceant, quam profint, eaq. proinde le-  
 ge divina, et naturali prohibitas fuisse;  
 at attendendo, quod in ea aetate vivamus, ubi  
 refrigerante charitate malunt homines suas pe-  
 cunias habere otiosas, apud se retento dominio  
 quam eas sine ullo emolumento alijs mutuas  
 tradere; praesertim cum ex nullo precepto ad id  
 faciendum obligentur, liquet, quod concessa  
 usura iam de facto magis profint quam obfunt,  
 vis siquidem sunt ceteras rationes supra iam allatas  
 taceamus; facilitatur mutuum, quo facilius  
 et citius necessitatem patientibus subue-  
 nitur.

Virgebi: Ex hoc evincit, Usuras non posse  
 habere locum in foro interno, sed ad summum in fo-  
 ro externo; nam usura, ut dictum, solum ob-

+ reipublicae

duritiam et avaritiam hominum permittuntur. Sed quod taliter permittitur nec a Deo nec ab humana potestate positive approbatur, ac proinde usura sic permittitur nequaquam in foro interno, sed solum externo locum habere possunt.

R. N. min. nam ut saepe diximus, illa concessio usurarum fit ob bonum publicum; ergo est justa in foro externo: at lex justa in foro externo ordinariè etiam justa est in foro interno, ut liquet ex controversia 3. Legem vero taliter justam approbari a Deo, ac consequenter ab humana potestate, nemo ambigit. Nec obstat, quod propter duritiam, aut avaritiam hominum quodammodo lata sit; nam licet Deus duritiam aut avaritiam non approbet, potest tamen approbare id, quod occasione duritiae aut etià avaritiae à Principe statutum est, si nempe vergat in bonum reipublicae.

Urgebis. Leges illae, quae inaequaliter onera communis dispensant, sunt iniustae, quamvis ordinentur ad bonum commune, ut docet D. Thomas 1. 2. q. 96. art. 4. Tales autem sunt leges usurarum, ut patet quibus praecipue gravantur pauperes, atque pecuniis subito indigentes, ergo C. Quis imo usurae vergunt in grave damnum reipublicae, cum absorbeant egentium fortunas.

R. Neg. min. Nam singuli indigere possunt mutuo, ergo omnibus sunt optabiles tales leges, quae mutuum faciilitant. Præterea valde sunt favorabiles Ecclesiis, locis religiosis, pupillis, viduis &c. qui ex earum usu sustentantur. Deinde non magis absorbeantur egentium fortunas per usuras à lege permittas, quam per eas, quas permittunt alii tituli, puta lucri cessantis, damni emergentis &c. liquet igitur, quod illae leges sint justae, ac proinde in foro interno etiam vim fortiantur.

Dices. Omnes illae leges civiles, quae permittunt usuras moderatas nituntur hac præsumptione, quod scilicet adsit titulus, vel lucri cessantis, aut dam-

ni emergentis, vel periculi amittenda sortis,  
ergo ubi huiusmodi titulus cessat, cessat et  
licetitas usura. pro b. min. Ant. ex Necessibus  
imperii. praesertim ex iij, qui editi sunt in co-  
mitis Spirensibus de anno 1600 §. 60. Nil  
min. ubi ita habetur: quantum in ad pra-  
sumptionem, quod creditor intra hoc tempus  
pecunia sua negotiationi exponere, et lic-  
to modo ad minimum quinque, pro cantu ob-  
tinere possit, ergo l.

R. Quod lex vel statutum fundatum in pra-  
sumptione generali, ac in ordinariè contingenti-  
bus rectè feratur, vixq; habeat pro omni ca-  
su; etsi in quibusdam casibus particularibus  
cesset illa ratio, in qua fundatur in iura. Sa-  
ceter id est statutum, ut iam supra ostendimus  
Controv. 33. Inst. 2. Et certè consuetudo, qua  
vim suam habet à consensu legislatoris id ip-  
sum declarat, nam praesi receptum est, ut  
Judices debitorem condemnent ad usuras  
quintuages solvendas etiam si constet, creditori  
nullum ex mutuo dato damnum obvenisse, vel  
minus lucrum reportasse.

Dices: hoc idem fieri, quia si huiusmo-  
di consuetudinis non accipitur aliquid ultra  
sortem ratione mutui, sed ratione aliorum  
contractus v. g. censualis: at, hoc modo non  
approbant usuras, quae necessario proveniunt  
ex mutuo, nec provide, ad eas solvendas debi-  
torem condemnant; ergo

R. N. maj. Quia in Tribunalibus nulla fac-  
ta mentione aliorum contractus, quam solus  
mutui condemnant judices debitorem ut pra-  
ter sortem, id quod ultra promissum est, si  
moderatum sit, creditori solvat. Praeterea  
si in emptione census non intervenit vel titu-  
lus vel lucri cessantis, aut damni emergenti-  
non video, cur potius ex hoc contractu censua-  
li liceat potius exigere aliquid ultra sortem,  
quam ex contractu mutui. Certè tantum ma-  
tantur nomina contractuum, re ipsa autem  
idem sit.

† Judices  
q ex hoc titulo

Negz diu, notabilem inter utruq; contrac-  
tum reperiri differentiam; nam in mutuo  
bonis et facultatibus debitoris casu ali-  
quo peruentibus nihilominus pecunia mu-  
tuata cum usuris repetitur; at uerò in  
contractu censuali, si res, ex qua redditus  
annuus emptus est, intereat, confus quoq;  
et facultas repetendi pretium interit.  
nam

Contra est 1<sup>mo</sup>, quod in casu, quo res non  
interit, qui interitus non presumitur, dum fit  
merè per accidens, nec adest titulus lucri  
cessantis, uel damni emergentis, maneat,  
quod inter utruq; contractum nullum nisi  
nomine tenus discrimen reperiat. Quis  
autem credat, quòd Deus ex eod. uno contrac-  
tu aliquid lucrari permittat, et non permit-  
tat ex alio, qui tamen solo nomine ab alio  
differt?

Contra est 2<sup>do</sup> Quia uel ex allata diffe-  
rentia constat quòd de facto in Germania  
rarissime, uel forsitan nunquam celebratur con-  
tractus censualis, dum pro summa capitali  
nullo existente titulo passim Viri tumiorati  
docti et indocti, seculares et Ecclesiastici  
per sufficientem hypothecam, pignus, fidejussio-  
nem plenè de sorte assecurati & pro 100 exi-  
gant, et accipiant, nullo habito respectu ad  
interitum, cui subsunt bona debitoris; Vel  
ergo dicendum, quòd omnes isti homines  
in continuo statu peccati mortalis uersen-  
tur; uel quòd nostra sententia tanquam ve-  
rè probabilis recipi debeat.



495

Sinn Künig und Elisen  
Controversia

# Index

Capitulum, paragraphorum, Sectionum, controversiarum in hoc opere contentarum.

## Quaestio proemialis

Quid et quotuplex sit justitia?

Quid et quotuplex sit jus?

De jure naturali et positivo.

De jure divino et humano.

## Caput 1.

De jure Canonico, ejusque partibus  
§. I. De notione, definitione, ac divisione  
juris Canonici.

§. II. De origine, objecto, et subiecto juris  
Canonici.

§. III. De partibus corporis juris Canonici

Sectio I. De Decreto Gratiani, et modo  
illud citandi.

Sectio II. De 5 libris Decretalium  
ac reliquis partibus corporis juris Ca-  
nonici, et eas citandi usu.

Sectio III. De auctoritate Decreti  
ac reliquarum partium juris Canonici.

Sectio IV. De quibusvis, superscrip-  
tionibus, ac summaris capitulorum.

§. IV. De partibus juris Canonici, quae  
extra ipsum corpus vagantur.

Sectio I<sup>ma</sup> De Concilio Trid. Bullario magno, li-  
censionibus, etc., ac Regulis Cancellariae.

Sectio 2<sup>da</sup> De Declarationibus Cardinalium et  
earum auctoritate.

## Caput 2.

De Jure civili, ejusque partibus.

§. I. De definitione et divisione Juris civilis.

§. II. De partibus corporis juris civilis.

## Caput 3.

De convenientiis, differentiis, et contrarietatibus  
Inter utroque jus, ac legum interpretationibus.

§. 1. De differentiis et convenientiis juris civilis cum canonico.

§. 2. De contrarietatibus inter jus civile et canonicum.

§. 3. Quid observandum quando pugna est inter jus canonicum et civile.

§. 4. De interpretatione Legum.

Caput 4<sup>um</sup>

De locis argumentorum legalibus.

Caput 5<sup>um</sup>

De Principiis et axiomaticis utriusque Juris.

Caput 6<sup>um</sup>

De Regulis Juris in quinto et 6<sup>to</sup> Decretalium

§. 1. De Regulis Juris in genere.

§. 2. De Regulis Juris in antiquis seu quinto Decretalium annexis in specie.

§. 3. De Regulis Juris in 6<sup>to</sup>

Caput 7<sup>um</sup>

De Regulis Juris civilis.

Caput 8<sup>um</sup>

De Terminis juris ac in primis de actionibus.

§. 1. De Definitione ac Divisione actionum.

§. 2. De actionibus ex causa efficiente.

§. 3. De actionibus ex causa finali.

§. 4. De actionibus ratione quantitatis in eis deductis.

§. 5. De actionibus ex qualitate

Caput 9<sup>um</sup>

De aliis Terminis Juris magis usitatis ac sicut magis necessariis secundum ordinem alphabeticum.

Caput 10<sup>um</sup>

De modo legendi abbreviationes in utroque Jure.

§. 1. quomodo legi debeant nomina authorum abbreviata.

§. 2. De aliis abbreviationibus.

Caput 11<sup>um</sup>

De Peregrinis juribus utriusque profertim canonici.

Controversia 1.

An heretici quemadmodum Catholicis legibus Ecclesiasticis teneantur.

Controv. 2. an peregrini teneantur legibus aliter territorij, per quod transiunt.

- Controv. 3. utrum Lex Ecclesiastica ac civilis obligent in conscientia.
- Controv. 4. utrum Lex Pontificia mox ut Romae promulgata fuerint, vim obligandi habeantur.
- Controv. 5. utrum ad introducendam consuetudinem requiratur bona fides.
- Controv. 6. an electus impedimento quodam occulto elatus, in electionem contestatam possit.
- Controv. 7. an Divinus, vel solum Ecclesiasticus iure Translationis Episcoporum sint prohibita.
- Controv. 8. an resignatio beneficii in favorem Tertij fieri possit coram ordinario.
- Controv. 9. utrum potestas et iurisdictio Episcopi propter eius negligentiam universaliter devolvatur ad Archiepiscopum.
- Controv. 10. an Prima Transura sit ordo Ecclesiasticus proprie dictus.
- Controv. 11. an Episcopus in illegitimis ex defectu natalium ad ordines etiam majores dispensare possit.
- Controv. 12. an pro bigamis habendi sint etiam ij, qui ante baptismum duas uxores habuerunt.
- Controv. 13. utrum Vicarius generalis iurisdictionem habeat ordinariam.
- Controv. 14. an idem sit mandare ac delegare iurisdictionem.
- Controv. 15. utrum iudex possit illum condemnare, qui secundum privatam scientiam est innocens, publice tamen probatur nocens seu criminis reus.
- Controv. 16. an liceat Principi Christiano, si bello prematur ab alio Principe Christiano, federe inire cum Principe infideli, eumque in societatem belli adsumere.
- Controv. 17. an ex pacto nudo in iure canonico concedatur actio.

- Controv. 18. an filius familias ex mutuo accipito in foro consuetudinis constringatur.
- Controv. 19. an advocatus possit suscipere causam minus probabilem.
- Controv. 20. an contractus rebus cadente in vicium constantem facti validi sint de jure naturali ac positivo.
- Controv. 21. an actio realis solum in loco sit intentari possit.
- Controv. 22. an clerici conveniri possint actione reali coram iudice laico.
- Controv. 23. an bono fidei possessor debeat restituere fructus consumptos ex quibus factus est litior.
- Controv. 24. utrum ex presumptionibus aliquis condemnari possit in causis criminalibus.
- Controv. 25. utrum pactum vel contractus de jure nullus per iuramentum progetur à vitio nullitatis.
- Controv. 26. utrum actor si nihil omnino probaverit, deo iuramento iudiciale cum effectu deserre possit, ita ut deus delatus protestare vel deserre cogatur.
- Controv. 27. utrum si proximior agnatus feudum alienatum spatio 30 annorum revocare neglexerit, eiusdem feudi possessor futurus sit prescriptione adversus alios agnatos, qui post illius mortem gradu sunt proximiores.
- Controv. 28. an effectus prescriptionis etiam in foro interno locum habeat.
- Controv. 29. utrum scientia iuris alieni obstat prescriptioni actionum et obligationum.
- Controv. 30. an res iudicata etiam habeat locum in foro interno, ita ut absolutus à debito per sententiam, quo transfuit in rem iudicatum, etiam in foro poli seu interno sit absolutus.

Controv. 31. utrum Proculus ab ipso consensu Ca- 430  
pituli possit revocare legatum factum Ecclesie  
profectim de rebus immobilibus.

Controv. 32. an clerici bonorum Ecclesiasticorum  
superfluum dominium habeant.

Controv. 33. an testamentum vim habeat in foro  
arimo, si careat solemnitatibus à jure civili re-  
quisitis. *q. n.*

Controv. 34. utrum Monasterium si quodentum  
sit ex nudo sustentationis Titulo ab ingredientibus  
aliquid exigere possit.

Controv. 35. an et qualiter in Imperio Romano  
consuetudo permittens usuras quintices seu 5 pro  
100 à peccato excusari possit.

*q. n.*  
Controversia 34.

Ex l. 7. tit. de sponsal. Injub. et Inst. de Nupt.

An ad substantiam vel valorem Sponsalium  
requiratur consensus Parentum?

431

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, possibly Latin or German, covering the upper half of the page.]*



*Index*  
*Index*

77 43

X. 7. + 7. 1 - 367 + 18307a - 431


31 x 19 cm

~~X. 7. + 7. 1 - 367 + 18307a - 431~~ . 32-34. 261-<sup>3</sup>/<sub>63</sub>





LA 75



X. 2. +

~~X. 2. +~~

- 431

31 x 19 cm

8 32-34 in 9.261-63